LSTB 109-11,3

WESTFÄLISCHES URKUNDENBUCH XI • KÖLNISCHES WESTFALEN, LIEFERUNG 3

VERÖFFENTLICHUNGEN DER HISTORISCHEN KOMMISSION FÜR WESTFALEN

I

Westfälisches Urkundenbuch

Elfter Band

DIE URKUNDEN DES KÖLNISCHEN WESTFALEN

1301–1325



ASCHENDORFF MÜNSTER
2005

WESTFÄLISCHES URKUNDENBUCH

BEGRÜNDET VOM VEREIN FÜR GESCHICHTE UND ALTERTUMSKUNDE WESTFALENS

Elfter Band

Die Urkunden des Kölnischen Westfalen 1301–1325

Lieferung 3: 1321–1325, Indices

Bearbeitet von

MANFRED WOLF

Lippische Landesbibliothek
03068495

ASCHENDORFF MÜNSTER
2005

LSZB 109-11,3 Lesesaal



G 757c.4°-11,3

Landschaftsverband
Westfalen-Lippe www.lwl.org

© 2005 Historische Kommission für Westfalen, Landschaftsverband Westfalen-Lippe, Münster
Printed in Germany

Das Werk ist urheberrechtlich geschützt. Die dadurch begründeten Rechte, insbesondere die der Übersetzung des Nachdrucks, der Entnahme von Abbildungen, der Funksendung, der Wiedergabe auf fotomechanischem oder ähnlichem Wege und der Speicherung in Datenverarbeitungsanlagen bleiben, auch bei nur auszugsweiser Verwertung, vorbehalten. Die Vergütungsansprüche des § 54, Abs. 2, UrhG, werden durch die Verwertungsgesellschaft Wort wahrgenommen.

Gesamtherstellung:VDS Verlagsdruckerei Schmidt · 91413 Neustadt an der Aisch

Gedruckt auf säurefreiem, alterungsbeständigem Papier ♾

ISBN 3-402-06694-7

Inhalt

Vorwort VII

Urkunden 1003

Literaturverzeichnis (Ergänzungen) 1337

Abkürzungsverzeichnis (Ergänzungen) 1339

Corrigenda zu Lieferungen 1 und 2 1341

Personen- und Ortsindex 1343

Sachindex 1541

Vorwort

Mit der Vorlage dieser 3. Lieferung des XI. Bandes, die auch die Register enthält, führt die Historische Kommission für Westfalen eine Bearbeitungsphase des Westfälischen Urkundenbuchs zu Ende, die vor rund einem Jahrhundert begonnen hat, ja geradezu mit der Gründung der Kommission 1896 in Zusammenhang steht. Die Geschichte des Westfälischen Urkundenbuchs hat bekanntlich bereits 1847/51 mit den beiden ersten durch Heinrich August Erhard besorgten Bänden der „Regesta historiae Westfaliae" begonnen, denen ein „Codex Diplomaticus" beigegeben war, der Volltexte ausgewählter Urkunden zur Verfügung stellte, und dieses Quellenwerk war vom Verein für Geschichte und Altertumskunde Westfalens getragen worden. Die Gründung der Historischen Kommission für Westfalen erfolgte 1896, um die Edition von Quellen zur Westfälischen Geschichte auf eine neue, effizientere organisatorische Grundlage zu stellen, vor allem auch, um den Fortgang der Arbeiten am Westfälischen Urkundenbuch zu sichern. Roger Wilmans hatte bereits seit 1854 begonnen, den Urkundenstoff, soweit er die Provinz Westfalen betraf, bis zum Jahre 1300 zu edieren, und zwar geordnet nach Bistümern des Alten Reichs in jenem Gebiet: Münster, Paderborn, Minden und das kölnische Westfalen. Das war eine pragmatische Lösung, und sie hat sich bewährt, wenngleich im Falle Minden nicht die Rede davon sein konnte, das ganze Gebiet des alten Bistums zu erfassen. Wilmans selbst bearbeitete Münster (WUB III, 1859/71) und vermochte 1874 und 1880 noch einen Teil der Urkunden des Bistums Paderborn vorzulegen (bis 1250), doch nach seinem Tod 1881 hat erst Heinrich Finke diesen Band IV 1894 vollendet.

Heinrich Finke – der erste Vorsitzende der neu gegründeten Historischen Kommission - hat die weiteren Perspektiven für das Urkundenbuch entworfen. Die Gründung der Kommission galt der Sicherung des Abschlusses der Edition der Urkunden bis 1300, und das war 1908 geschafft. Aber Heinrich Finke rief bereits auf der Gründungsversammlung der Historischen Kommission dazu auf, das Westfälische Urkundenbuch über diese Grenzlinie hinauszuführen, und bereits 1899 meldete der Jahresbericht, dass Robert Krumbholtz für den Band Münster 1300–1325 fleißig an der Arbeit sei (WZ 57 I, 1899, S. 154). Um diese Erweiterung des Bearbeitungszeitraums des Westfälischen Urkundenbuchs zu stützen, hatte die Kommission damals auch die Initiative zur Inventarisierung der nichtstaatlichen Archive Westfalens ergriffen, wobei die Erschließung der Urkundenbestände der Adelsarchive für die Bearbeitung des Urkundenbuchs das vorrangige auslösende Motiv darstellte. Dabei wurden die Urkunden bis 1400 einzeln regestiert, und das zeigt, dass die Horizontlinie für die Arbeit am Westfälischen Urkundenbuch weit gesteckt war, selbst wenn man sich vorerst mit der Grenze des Jahres 1325 begnügte.

Das ist – in kurzen Strichen skizziert - die Konstellation, aus der heraus die Arbeitsperiode am Westfälischen Urkundenbuch ihren Anfang nahm, die nun zu Ende geht. Im Jahre 1913 konnte Rudolf Krumbholtz den Band für das Bistum Münster vorlegen, kurz vor seinem Tod 1939 vollendete er den Band Minden, der 1940 erschien, und von 1972 bis 1993 folgten die von Josef Prinz bearbeiteten Lieferungen des Bandes Paderborn. Nun schließt die letzte Lieferung zu den Urkunden des kölnischen Westfalen diesen Arbeitsabschnitt des Westfälischen Urkundenbuchs ab.

Auch dieser Band bietet wiederum den gesamten Urkundenstoff der Region, angereichert durch einzelne chronikalische Nachrichten; deutlicher als in früheren Bänden werden auch die hansischen Bezüge Westfalens, vor allem durch Dortmund betreffende Stücke aus englischen Archiven. Gegenüber dem von Krumbholtz in jenem ersten, dem Bistum Münster gewidmeten Band III befolgten Konzept, das eine überwiegende Regestierung der Urkunden bevorzugte, ist der Bearbeiter Manfred Wolf für den Band XI im Grunde zur Praxis der Volldrucke zurückgekehrt. Damit liegt für ein wichtiges Teilgebiet Westfalens ein vollständiges Corpus für vergleichende Untersuchungen zur Entwicklung von Urkundenformeln und Urkundendiktat vor.

Wiederum lässt der Band auch erkennen, wie stark die Schriftlichkeit in der bearbeiteten Periode angestiegen ist. Für das gesamte 13. Jahrhundert ergaben sich im Band VII 2758 Stücke, Band XI verzeichnet für das erste Viertel des 14. Jahrhunderts bereits 2251 Nummern. Diese wachsende Schriftlichkeit erzeugte eine Vielzahl von Urkunden und variierende Schreibweisen. Der Bearbeiter hat sich entschieden, im Namenindex die sonst übliche Vereinheitlichung

von F und V sowie C und K nicht zusammenzufassen. Im Gegensatz zu Indices zu Urkundeneditionen für das frühe und hohe Mittelalter sind die Personen nicht nach den Vornamen geordnet, da sich die Nachnamen inzwischen zu verfestigen begonnen haben. Im Sachindex findet der Benutzer eine Tiefengliederung, die dem Index einen eigenen Wert verleiht und den Band XI des Westfälischen Urkundenbuchs wiederum zu einem Standardwerk für die landesgeschichtliche Forschung werden lässt.

Die Arbeit am Westfälischen Urkundenbuch ist in seiner bisherigen Geschichte im Wesentlichen von den Archivaren, insonderheit des Staatsarchivs Münster, getragen worden. Nur Wilhelm Diekamp, der 1855 einen Supplementband zu Band I/II vorlegte und Heinrich Finke machen eine Ausnahme. Auch der jetzt fertig vorliegende Band XI ist von zwei Archivaren des Staatsarchivs Münster, Gerhard Pfeiffer und Helmut Richtering vorbereitet und von Manfred Wolf tatkräftig zu Ende geführt worden. Ihm, als dem vorläufig letzten Bearbeiter des Westfälischen Urkundenbuchs, der viele Jahre und in den Ruhestand hinein seine unermüdliche Arbeitskraft für diese und andere Editionsvorhaben der Historischen Kommission für Westfalen eingesetzt hat, gilt deren tief empfundener Dank.

Mit der Fertigstellung des vorliegenden Bandes ist eine wichtige Phase in der Erschließung und Edition der mittelalterlichen Urkunden Westfalens abgeschlossen. Die Historische Kommission für Westfalen und ihr Ausschuss für Urkunden, Akten und Amtsbücher werden im Rahmen des Publikationsprogramms neue Herausforderungen suchen müssen. Obwohl in der Diskussion der letzten Jahre die Weiterführung territorialer und regionaler Urkundenbücher – unter die auch das Westfälische Urkundenbuch einzureihen ist – bis weit in das 14. Jahrhundert hinein als wünschenswert empfunden worden ist, müssen die editorischen Wege erst geprüft werden, die zu einer solchen Fortführung des Westfälischen Urkundenbuchs führen könnten. Ein unmittelbarer Anschluss in der bisherigen Form, wie er zu Beginn des 20. Jahrhunderts stattfand, steht zurzeit nicht in Aussicht. Wohl aber hat die Historische Kommission seit etwa 1980 verstärkt begonnen, in ihrer Reihe XXXVII (Westfälische Urkunden. Texte und Regesten) Urkundenbücher zu westfälischen Klöstern und Stiften zu veröffentlichen. Das Gros der hier publizierten Urkunden deckt das spätere Mittelalter seit 1325 und die frühe Neuzeit ab. Bisher sind hier neun Bände erschienen, und zwei weitere Bände zum Prämonstratenserstift Varlar und zum Zisterzienserinnenkloster Wormeln gehen demnächst in den Druck. Auch diese Bände sind durchweg von Archivaren bearbeitet worden, und es ist zu hoffen, dass ihre Bereitschaft zu editorischer Arbeit anhält.

Die bislang geleistete Arbeit am Westfälischen Urkundenbuch hat in der wissenschaftlichen Kritik in der Regel freundliche Aufnahme gefunden, und damit verbunden waren stets auch willkommene Hinweise auf Versehen und Fehler, wie sie bei einem Werk dieses Ausmaßes unvermeidlich sind. Ein grundsätzlicher Vorwurf ist gerade gegenüber den jüngsten Urkundenpublikationen der Historischen Kommission erhoben worden (DA 59, 2003, S. 631f.): Das Fehlen diplomatischer Untersuchungen zum bearbeiteten Urkundenstoff, vor allem im Hinblick auf Fälschungen. Solche Untersuchungen sind jedoch für die in den letzten Bänden des Westfälischen Urkundenbuchs bearbeitete Periode aufgrund der Forschungslage und des allgemeinen Standes der Diplomatik kaum zu leisten, und sie stehen auch nicht im Vordergrund der in diesem Zusammenhang sich ergebenden editorischen Aufgaben. Hier geht es vor allem um die sachgerechte Vorlage des Materials, auf dem die diplomatische Forschung aufbauen kann. Anders steht es um das Material, das in den Bänden I und II, im Supplementband Wilhelm Diekamps von 1855 und in Roger Wilmans' Additamenta von 1877 publiziert ist. Dieser Teil des Westfälischen Urkundenbuchs bedarf in der Tat einer gründlichen Neubearbeitung unter Anlegung der urkundenkritischen Sonde. Eine solche Neubearbeitung gehört ebenso wie die Weiterführung der Edition der Papsturkunden Westfalens (WUB V, 1888) bis 1378 zu den Herausforderungen, denen sich die Historische Kommission für Westfalen in der nächsten Zukunft zu stellen haben wird.

Münster, im Dezember 2004

Prof. Dr. Wilfried Reininghaus
1. Vorsitzender

Prof. Dr. Dr. Peter Johanek
Vorsitzender des Ausschusses für Urkunden, Akten und Amtsbücher

1709

1321 Avignon

Egidius, Patriarch von Alexandria, zwei Erzbischöfe und zehn Bischöfe fordern auf, diejenigen gut aufzunehmen und mit Spenden zu unterstützen, die sie als Sammler für den Unterhalt des Heilig Geist-Hospitals in Unna, das von Armen und Kranken aus der gesamten Kölner Diözese in Anspruch genommen wird, aufsuchen, und gewähren allen, die für das Hospital mit Geld und Werken einen Beitrag leisten, einen Ablaß.

Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis nos miseracione divina Egidius Allexandrinus, patriarcha, Matheus Duracensis, Baldewinus Collocensis, archiepiscopi, Petrus Civitatis Nove, Petrus Naruiensis[a], Egidius sancti Iustini, Gwillermus ad [partes][b] Tartarorum, Iordanus Astoricensis, Egidius Andrulopolensis, Ffranciscus Senecensis, Nicholaus [...][c], Andreas Taraconensis, Stephanus Lubicensis, episcopi, salutem in Domino. Pietatis et elemosinarum opera humane fruenta salutis remissionem nostrorum peccaminum ex divine maiestatis[d], quam cottidie inbecillitatis nostre operibus provocamus, fore placacionem precipuam arbitrantes sollertiori iuri inducimur iuxta commissi nobis officii debitam ad illa piis locis et personis[e] liberalius et devocius impendenda meritis fidelium excitare, illos quoque muneribus[f] spiritualium donorum ad ea incitare. Cum itaque hospitale sancti Spiritus in Vnna, in quo pauperes degunt et infirmi Coloniensis diocesis, ad quod ipsorum et pauperum confluit multitudo et in ipso aliquantulum reficiuntur, et ad ipsorum sustentacionem proprie non suppetunt facultates, nisi ad hoc devotorum suffragiis adiuventur, universitatem vestram rogamus in Domino et hortamur attente in remissionem vestrorum[g] pecaminum[h], quatinus ut cooperatores suis operibus pietatis accedentes ad vos veros nuncios benigne recipere et honeste tractare curetis eos gratia subsidii et pias elemosinas conferentes, ut, quod eisdem contuleritis in terris, duplicaretur, recipiatis et in celis; aut qui in festivitatibus nativitatis Domini nostri Iesu Christi, Circumsisionis, Epiphanie, Resurrectionis et Pentechosten ac omnibus et singulis festivitatibus beate Marie, Omnium sanctorum, Iohannis Baptiste etc. ad dictum hospitale vere confesse et contrite cause devocionis transierint, aut qui ad ornamenta et ad alia dictorum pauperum et infirmorum eiusdem hospitalis necessaria manus porrexerint adiutrices, aut qui secuntur[i] sacrum corpus Christi, cum pauperibus portatur et infirmis, aut qui similiter in sexta feria ante festum beati Iohannis Baptiste ymaginem beate Marie virginis gloriose secuti[j] fuerint, cum portatur, aut qui in extremis laborantes quicquam dicto hospitali suarum legaverint facultatum. Nos vero ut eo ad hoc reddamur promptiores, quo vos noveritis propterea plus mereri, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi singuli nostrum singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penitentiis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo dyocesani ad id accesserit etiam[k] consensus. In cuius rei testimonium presentes literas sigillorum nostrorum duximus appensione muniri. Datum Auiuioni anno Domini tricentesimo vicesimo primo.

Abschrift des 15. Jahrh., StAM, Stadt Unna (Dep.), Papier; auf demselben Blatt Bestätigung des Kölner Erzbischofs von 1324 Mai 8.

[a]) Als Einfügung über dem Text stehend; [b]) im Text Lücke; [c]) Lücke; [d]) dahinter Streichung von zwei Buchstaben; [e]) die letzten zwei Worte als Randvermerk statt Streichung; [f]) dahinter Streichung; [g]) in der Vorlage „vobis"; [h]) in der Vorlage „pecamminum"; [i]) Wort korrigiert; [j]) in der Vorlage „secute"; [k]) in der Vorlage nur „et".

1710

1321

Cunegundis, Äbtissin des Klosters Himmelpforten, erklärt, Heinrich, Konverse des Klosters, habe mit seinem Geld eine Rente von einer Mark aus bei der Stadt Werl gelegenen Gütern gekauft. Diese Rente soll er zu seiner Lebzeit für sich selber verwenden. Nach seinem Tode fällt sie ans Kloster. Die Äbtissin wird am Fest vom Gedächtnis von Fronleichnam[1] aus den Einkünften der Rente den Nonnen eine Leistung zukommen lassen.

Universis Christi fidelibus, quibus hoc presens scriptum fuerit exhibitum, soror Cvnegundis dicta, abbatissa in Porta celi, eternam in Domino salutem. Ea, que rationabiliter et pie gesta sunt, veritatis debent testimonio roborari. Presentium itaque tenore protestamur et notum esse cupimus universis, videlicet quod frater Hinricus, noster conversus, cum nostro scitu et voluntate redditus unius marce apud oppidum Werle suis denariis rite ac rationabiliter conparavit tali conditione, quod dictus frater Hinricus huiusmodi redditus cum nostra libera licentia ad tempora vite sue erit recepturus in suos usus convertendos. Cum vero prefatus H. vita decesserit, predicti reditus nostre cedent ecclesie et .. abbatissa, que pro tempore fuerit, .. nostro conventui in festo Commemoracionis corporis Christi servitium, prout melius fieri poterit, ex redditibus prenotatis benigne procurabit et hoc ob honorem et reverentiam eiusdem corporis Christi nullomodo negligendo. Ut autem hoc ratum et inconvulsum permaneat, presentem litteram sigilli nostri munimine duximus roborandam. Datum anno Domini M° trecentesimo vicesimo primo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten Urk. Nr. 92, Siegel der Äbtissin (Bild: Frauenfigur, in der Linken einen Krummstab, in der Rechten ein Buch haltend) abhängend; Rückvermerke: 1. (17. Jahrh.): exspiravit, 2. (18. Jahrh): all diese brieffe sein nit einen sest vor werth, so viel ich vor meine wenigkeit erkennen kann.

[1]) Das Fest vom Gedächtnis von Fronleichnam ist Fronleichnam selbst (so H. Grotefend, Zeitrechnung des deutschen Mittelalters, Bd. 1, 1891, S. 72).

1711

1321

Hildeger, Scholaster zu (St. Patrokli) Soest, entscheidet als Obermann den Streit zwischen Gyseltrudis, der Witwe des Henemann von Ostinchusen, sowie ihren beiden Söhnen Wilhelm und Wessel auf der einen Seite mit Propst, Priorin und Konvent von St. Walburgis Soest auf der anderen Seite wegen des Anspruchs der letzteren auf die Lieferung von jährlich zwei Hühnern aus dem Hof zu Husen[1] zugunsten des Klosters und bestimmt, daß die Witwe und ihre Erben neben den sonstigen Abgaben jährlich anstatt der zwei Hühner zwei Pfennige aus dem Hof zu entrichten haben.

Omnibus presentes literas visuris et audituris nos Hildegerus, scolasticus ecclesie Sosatiensis, notum facimus publice protestando, quod cum dudum inter honorabilem virum dominum Arnoldum, prepositum, .. priorissam et .. conventum monasterii sancte Walburgis ex una necnon inter Gyseltrudim, relictam quondam Henemanni de Ostinchusen, Wilhelmum et Wescelum, filios, ac ceteros eorum coheredes ex parte altera super pensione annua duorum pullorum, quam ipsi dominus .. prepositus, .. priorissa et conventus sibi per eosdem Gyseldrudim, filios et coheredes suos de manso in Husen solvendam esse dicebant, lis et questio coram .. vicepreposito Sosatiensi mota extitisset, tandem ipse partes pro huiusmodi lite et questione decidenda in dictum Heydenricum, cantorem ecclesie nostre predicte, et in Henricum, rectorem cappelle in Themink, presbiterum, tamquam in arbitratores[a] seu amicabiles conpositores conpromiserunt, ipsumque arbitrium pena pecuniaria vallaverunt, sic quod ipsi arbitri plenariam potestatem habuerunt ipsas partes conponendi et concordandi in amicitia vel in iure, quod, si facere nequirent, quod ipsi duo possent arbitrum superiorem eligere, qui secundum negotii qualitatem pronuntiandi potestatem haberet id, quod sibi iustum et rationabile videretur. Illius quoque superioris arbitrio et pronuntiationi partes ipse deberent contenti. Igitur prefati .. cantor et Henricus in sua pronuntiatione concordare nequirentes in arbitrum superiorem nos concorditer elegerunt, partibus etiam consentientibus supradictis. Unde nos arbitrium huiusmodi in nos assumentes et de qualitate negotii proinde cognoscentes in Dei nomine pronuntiamus arbitrando et arbitramur pronuntiando, quod dicta Gyseldrudis et filii eius ac coheredes salva dictis .. preposito, .. priorisse et conventui alia pensione de manso in Husen solvi consueta eis pro duobus pullis predictis in quolibet festo beati Cuniberti solvent et dabunt perpetuam et hereditariam duorum denariorum pensionem. Huic igitur pronuntiationi nostre partes predicte coram nobis constitute se parere velle in perpetuum asserebant. Et in huius rei testimonium nos una cum[b] domino .. vicepreposito Sosatiensi necnon cum .. cantore et Henrico predictis pre-

sentes literas duximus nostris sigillis roborandas. Et nos .. viceprepositus Sosatiensis necnon .. cantor et Henricus predicti protestamur, quod ad preces domini .. scolastici et partium predictarum nostra sigilla presentibus apposuimus in testimonium premissorum. Pronuntiatum, actum et datum anno Domini M° CCC° vicesimo primo.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 71, Siegel ab; Abschrift in Msc. I 219 Bl. 85 der 2. Zählung.

[a]) Wort teilweise doppelt geschrieben; [b]) über der Zeile eingefügt.
[1]) Husen bei Dortmund-Aplerbeck?

1712

1321

Äbtissin, Priorin und Konvent des Klosters Fröndenberg bekunden, Johannes Klepping, Bürger zu Dortmund, habe eine Zehntlöse von zwei Mark aus dem schmalen Zehnt erworben. Das Kloster habe von den Dobben den Zehnt (insgesamt), der auf dem Friedhof in Menden präsentiert werde, gekauft. Klepping habe nun die Rente von zwei Mark dem Kloster vermacht. Dafür nimmt ihn das Kloster in die Gebetsbrüderschaft auf und verspricht, sein Jahresgedächtnis zu begehen.

In nomine Domini amen. Nos abbatissa, priorissa totusque conventus cenobii Vrondenbergensis notum fieri volumus universis presentes litteras inspecturis publice protestantes, quod Johannes dictus Klepping, civis Tremoniensis, ex inspiratione divina cordi suo inspirante emptione legali duarum marcarum redditus annuos ex minuta decima, que vulgariter thenetlose nuncupatur, sua propria cum pecunia comparavit. Que scilicet decima solet nostrae ecclesiae in festo beati Jacobi apostoli in cimiterio Mendene presentari. Quam decimam emimus contra [...][a] Dobben. Hos redditus idem Johannes nostrae ecclesiae ex nunc perpetue legavit et deputavit pro salute animae suae recipiendos necnon possidendos. Nos vero totusque noster conventus ipsum recipimus in nostram confraternitatem et facere et fideliter, quod nostrae consistit confraternitatis. Promittimus eam memoriam sui et benefactorum suorum singulis annis et perpetuis temporibus in octava beati Jacobi apostoli in vigiliis, oracionibus et missis perpetuue solempniter peragere et devote. Et ipso die octavo predicto dicta debet peragi memoria. Totus conventus ex praefatis integris redditibus pitanciam sive refectionem habeant et solamen. Preterea, si in dictis memoriis negligentes essemus, quod tamen absit, meliores eleemosine, que ex nostro conventu fieri possunt, secundum equalitatem redditum anime sue et benefactorum suorum perveniant in solacium et iuvamen. In cuius rei robur et certitudinem perpetuam presentem paginam cum appensione nostri conventus sigilli munimine fecimus roborari. Datum anno Domini 1321.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. 100 b; Druck: DUB Erg. Bd. Nr. 557, S. 241.

[a]) In der Vorlage ccos mit Kürzungsstrich, offensichtlich Lesefehler des Abschreibers. Wahrscheinlich stand an der Stelle ein Vorname.

1713

[1321–1349][1]

G(ottfried von Arnsberg), Bischof von Osnabrück, gibt dem Grafen von Arnsberg im Tausch Riquin und Almod, die Kinder des Regenhard von Epe, und erhält dafür als Ministeriale Riquin und Gertrud, die Kinder des Johann von Bertlere.

G. Dei gratia Osnaburgensis episcopus omnibus in Christo fidelibus salutem in vero salutari. Notum esse volumus omnibus, ad quos presens pagina devenerit, quod nos consilio prelatorum et ministerialium ecclesie nostre duos pueros Regenhardi de Epe, Requinum et Almodim, in concambium dedimus pro pueris Iohannis de Berclere, Requino et Gertrude, qui fidelitatem nobis et ecclesie nostre pro consuetudine et iure

fecerunt, presentibus et approbantibus decano ecclesie nostre Wilhelmo et domino Henrico de Cappelen, domino Hardberto de Yburg, domino Gerardo Pincerna, domino Ambrosio, domino Hugone, Fretherico Scepene, Swethero de Lynen et, cum proxime comes der Arnsberg ad nos venerit, quod istis presentibus fecimus cum eo verbo tenus.

Abschrift des 15. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 B (Kopiar der Grafen von Arnsberg), Bl. 35.

[1]) Zu datieren nach den Regierungsjahren des Bischofs Gottfried von Arnsberg.

1714

1321 Januar 7 Altena

Engelbert Graf von der Mark macht den Ritter Johannes gen. Clot zum Burgmann in Mark und gibt ihm als Burglehen die von ihm von Hermann von Geseke angekauften Güter zu Vöckinghausen im Kirchspiel Dinker, wobei die auf diesen Gütern wohnenden Leute nicht inbegriffen sind. Graf Engelbert behält sich ein Rückkaufsrecht vor.

Nos Engelbertus comes de Marka universis presentia visuris et audituris notum facimus presentibus protestantes, quod cum consensu et plena voluntate domine Mechthildis, nostre legitime collateralis, Adolfi, nostri primogeniti, ac omnium nostrorum heredum dilectum nobis Iohannem dictum Clot, militem, et .. suos veros heredes nostrum et .. nostrorum heredum in castro Marka castellanum ordinavimus, fecimus, ordinamus et facimus per presentes, dantes et assignantes eisdem pro pheodo castrensi bona nostra in Vockinchusen in parrochia Dinchere sita, que a Hermanno de Geseke iusto empcionis titulo comparavimus cum omnibus et singulis attinentiis et obventionibus, prout dicta bona iacent, hominibus in eisdem ad presens habitantibus dumtaxat exceptis, hereditarie possidenda, tali tamen conditione adiecta, quod .. nos et .. nostri heredes ab eodem Iohanne et .. suis heredibus singulis annis in festo beati Petri ad cathedram pro sexaginta marcis bonorum denariorum legalium et dativorum, marca puri pro sedecim solidis computata, seu equivalentis pagamenti reemere poterimus, contradictione qualibet non obstante. Quibus tamen reemptis et dictis sexaginta marcis eisdem integre persolutis extunc iidem Iohannes et sui .. heredes cum eisdem marcis allodium comparabunt seu redditus sex marcarum annuales nobis supraportabunt. Quod seu quos dicti Iohannes et .. sui heredes a nobis et nostris .. heredibus hereditarie et perpetue pro pheodo castrensi possidebunt et tenebunt, personalem residentiam in dicto castro nostro Marka faciendo. In quorum omnium premissorum testimonium et firmitatem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum in castro nostro Althena sabbato post Epiphaniam Domini anno eiusdem millesimo trecentesimo vicesimo primo, suprascriptionem argenti approbamus[a].

Ausf. Perg., Landeshaupt A Koblenz, Bestand 53 C 25 (Depositum Stein) Nr. 2310, Siegel ab; Regest: StAM Kleve-Märkische Regierung, Lehnssachen Nr. 21 Bl. 17 (Aktentitel: Westermanns Hof).

[a]) Die angekündigte Einfügung des Wortes „argenti" ist offensichtlich nicht erfolgt.

1715

1321 Januar 18 Arnsberg

Der Knappe Antonius von Ense, Burgmann zu Arnsberg, teilt dem Richter in Hellefeld mit, Heinrich genannt Slickencrop habe Propst und Konvent zu Rumbecke zu der Zeit, als er (Anton) Drost des + Grafen Ludwig von Arnsberg war, wegen gewisser beweglicher und unbeweglicher Güter bedrängt. Schließlich habe man beim Haus der Schöffen zu Arnsberg einen Vergleich geschlossen. Propst und Konvent hätten ihm namens der Herrschaft und dem Slickencrop sechs Mark gezahlt, worauf letzterer auf alle Ansprüche verzichtet habe. Wenn er nun erneut unberechtigt Forderungen an den Propst und den Konvent richte, so sei er bereit, vor dem Gericht des Richters Währschaft zu leisten.

Ego Anthonius de Ense, famulus, castellanus in Arnesbergh, notum facio tibi .. iudici in Heleuelde ac universis hanc literam visuris vel audituris, quod cum Henricus[a] dictus Slikencropt impeteret .. prepositum et .. conventum de Rumbeke super quibusdam bonis mobilibus et immobilibus coram me, cum essem dapifer nobilis viri domini Lodewici pie memorie quondam comitis in Arnesberg, concordatum fuit iuxta[b] domum scabinorum in Arnesberg, presentibus scabinis ibidem in hunc modum, videlicet quod .. predicti .. prepositus et .. conventus debebant mihi racione sive nomine dominii et predicto .. Slikencrop sex marcas solvere, quam recognosco nobis numeratas, traditas et solutas. Pro quibus dictus .. Slickencrop renuntiavit et effestucavit coram me omni impeticione, qua impetiit seu impetere posset predictos .. prepositum et .. conventum quomodolibet in futurum. Quapropter minus iuste impetit .. prepositum et conventum prefatos. Et si, quam facit seu faciet[c] impetitionem de bonis mobilibus vel immobilibus super hiis[d], facio eis coram tuo iudicio et ubicumque necesse habuerint debitam warandiam harum[e] mearum testimonio literarum. Datum Arnesberg in festo beate Prisce virginis anno Domini M° CCC° XXI°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Rumbeck Urk. Nr. 53, Siegel des Ausstellers (beschädigt, WS 158 Nr. 1) abhängend; Rückvermerk (16. Jahrh.): underscheitliche brive.

a) Auf Rasur; b) desgl.; c) in der Vorlage „facet"; d) auf Rasur; e) davor gestrichen „nostrarum".

1716

1321 Januar 20 Menden

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren zu Menden verkauft Heynemann genannt Hofknecht dem Kloster Oelinghausen eine Rente von drei Schillingen aus seinem Haus und Hausplatz in Menden.

Nos proconsules .. ceterique consules oppidi Mendene universis presencia visuris et audituris notum facimus publice protestantes, quod Heynemannus dictus Houeknegth de consensu et libera voluntate uxoris sue Gesen et matris predicte Gesen liberorumque suorum Gobelini, Lutmodis ac omnium heredum suorum vendidit et venditione legali assignavit claustro in Olinchüsen secundum procurationem fratris Heynemanni dicti Surbir annuos redditus trium solidorum ex domo sua seu area hereditario et perpetue quolibet anno in festo Michaelis percipiendos et tollendos. Et cum idem Heynemannus hos redditus venderet, predicta domus seu area nullis redditibus fuerant occupata, exceptis sex denariis. Acta sunt hec in symitorio Mendene sub preposito domino Rotgero dicto Moylike tunc temporis eiusdem claustri, presentibus Iohanne[a] de Wiglon, iudice[b] tunc temporis in Mendene, Euerhardo, precone[c], Gobelino dicto Houeknegth[d], Gobelino Vaselkamere, Gerhardo, suo filio, et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium ad petitionem premissorum nos prefati proconsules et consules presentem paginam cum appensione nostri sigilli oppidalis[e] duximus communiri. Datum anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo primo, in die Fabiani et Sebastiani martirum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 229, Siegel der Stadt Menden (nach Abbrechen des Randes restauriert, WS 73 Nr. 3) abhängend, Rückvermerk (15. Jahrh.): de Heynemanno dicto Houekeenght, isti denarii dabuntur cellerarie et hospitarie; Abschrift des 14. Jahrh. im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 194; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 239.

a) In der Vorlage „Iohanni"; b) in der Vorlage „iudici"; c) in der Vorlage „preconi" d) das zweite „e" über der Zeile eingefügt; e) in der Vorlage „oppidali".

1717

1321 Januar 25

Der Ritter Wilhelm genannt Rost verspricht, den Grafen Wilhelm von Arnsberg wegen seiner Bürgschaft beim Grafen Heinrich von Waldeck aufgrund der Gefangenschaft des Rost schadlos zu halten.

Universis presentes literas visuris seu audituris ego Wilhelmus miles dictus Rost notum facio ac presentibus publice protestor me promississe ac presentibus data fide promitto nobili viro domino Wilhelmo comiti de Arnsberg, quod de fideiussione illa, quam fecit pro me nobili Henrico comiti de Waldecke ac suis heredibus ratione captivitatis mee, secundum quod in literis suis super illa fideiussione confectis plenius continetur, ipsum teneor, volo ac debebo per omnia quitum reddere ac indempnem. In cuius promissionis mee testimonium, quia proprio sigillo careo ad presens, petivi dominum meum dominum .. comitem de Virniborch, ut presentes literas sui sigilli appensione communiret. Et nos Ropertus comes de Virneborch ad preces ipsius Wilhelmi militis dicti Rost predicti, quia hec predicta scimus esse vera, in eorum testimonium sigillum nostrum duximus appendendum. Datum anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo primo, ipso die Conversionis sancti Pauli.

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domstift Urk. Nr. III/ 932; Siegel ab.

1718

1321 Januar 26

Vor Beatrix, Äbtissin des Stifts Essen, erklärt die im Stift wohnende Alheidis, die Tochter des verstorbenen Ritters Mauritius von Heregutinchusen, sie habe mit Zustimmung der Söhne ihrer verstorbenen Schwester für 49 Mark an den Dechanten und die Kanoniker des Stifts Essen ihre Güter zu Lütken-Schalke mit den Eigenhörigen Hildegundis und Everhard verkauft und aufgelassen. Sie bittet die Äbtissin, die Käufer mit den Gütern zu belehnen.

Universis presentes literas visuris vel audituris Beatrix, Dei gracia abbatissa Asindensis, salutem in Domino sempiternam. Notum facimus, quod constituta coram nobis Alheydis, nata quondam Mauricii de Heregütinchüsen, militis, apud nobis manens confitebatur ac publice recognovit se cum consensu et consilio Theoderici, Hugonis ac Amelingi, filiorum quondam sororis ipsius, ac aliorum heredum suorum bona sua tu Lutteken Schadelecke cum universis attinenciis suis cum Hildegunde, filia quondam Iohannis dicti Lauelose et Gertrudis coniugum, ac cum Everhardo, filio Iohannis dicti Cotenwoth ac Conegundis coniugum, dilectis nobis in Christo .. decano et .. canonicis ecclesie nostre hereditarie possidenda ac tenenda rationabiliter et legitime vendidisse pro quadraginta et novem marcis bonorum denariorum integraliter sibi persolutis. Que quidem bona cum eorum attinenciis dicta Alheydis coram nobis supportavit et resignavit, petens .. canonicos predictos inpheodari a nobis de bonis eisdem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad peticionem dicte Alheydis literis presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo primo, in crastino Conversionis beati Pauli, presentibus Swedero de Ringhenberghe, cognato nostro, Wernhero de Apelderbeke, officiato nostro, Syfrido, notario nostro, Henrico de Schadelecke, Theoderico de Berichem, Ludewico de Marlere et Alexandro, nostro coco, ac pluribus aliis fidedignis.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 293, Siegel der Äbtissin (sehr gut erhalten) anhängend.

1719

1321 Januar 26

Johannes von Dorenborch kauft für 24 Mark von Heinrich von Wickede, Komtur, und dem Konvent zu Welheim auf Lebenszeit eine Kornrente aus einem Hof des Konvents zu Wanne.

Noveritis .. universi audituri presentia et visuri, quod nos Iohannes de Dorenborch ac Beatrix, uxor eius legitima, comparavimus et emimus ab honestis viris dominis videlicet Henrico de Wickede, commendatore, nec non ceteris .. fratribus domus in Welhem tria maldra siliginis, tria maldra ordei et tria maldra avene ex domo sua dicta in der Wande, que sibi dari consueverunt ex eadem, ad tempora vite nostre tollenda et possidenda cum omnibus iuribus, videlicet hominibus iure servitutis et aliis dicte domus attinentiis ad ipsos pertinentibus pro viginti quatuor marcis denariorum sibi numeratis integraliter a nobis et conversis per eosdem

in usus domus in Welhem prius dicte domus sub hiis conditionibus infrascriptis, quod colonus dicte domus in Wande et heredes sui nunc existentes pro predicta pensione ipsam domum, quoad vixerint, colent et possidebunt, quos etiam nos in omni iure, secundum quod tenet litera sua, quam habent a dicta domo in Welhem, debebimus penitus observare. Ceterum, si dictos colonum et suos heredes omnes, quod absit, mori contigerit, nobis seu altero nostrum adhuc vivente debebimus locare extunc in domum predictam alios colonos nobis iure servitutis pertinentes, qui post mortem nostrum amborum cum ipsis bonis ad .. commendatorem et .. fratres domus in Welhem, qui pro tempore fuerint, libere revertentur. In quorum omnium testimonium et notitiam evidentem dedimus predictis .. commendatori et fratribus hanc literam sigillis honestorum virorum dominorum Theoderici de Lethene ac Henrici de Vitinchoue, militum pro nobis appositis sigillatam. Et nos Theodericus ac Henricus, milites predicti, recognoscimus, quod ad ad petitionem Iohannis de Dorenborch ac Beatricis, uxoris sue legitime, sigilla nostra[a] duximus apponenda in testimonium omnium premissorum. Datum anno Domini M° [CCC] vicesimo primo, in crastino Conversionis beati Pauli apostoli.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A (Dep.) Urk. III Nr. 499 (Welheim), Siegel ab.

[a]) Pergament an dieser Stelle abgerissen.

1720

1321 Februar 1

Propst Godfried, Priorin und Konvent des Klosters Glindfeld bekunden, ihre Mitjungfer Katherina habe von Johann Wigandi eine Rente von einer Mark aus der unteren Mühle zu Ahusen[1] gekauft, die sie sich auf Lebenszeit vorbehalten habe. Gegen eine Entschädigung durch eine andere Rente verkauft das Kloster die Rente von einer Mark an die Mitjungfer Jutta von Imminghausen, die sich die Rente ebenfalls auf Lebenszeit vorbehält. Nach ihrem Tode fällt sie ans Kloster, das dafür ihr Jahresgedächtnis und das ihres Bruders Thomas, Pfarrer in Höringhausen[2], zu begehen hat.

Nos Godefridus, prepositus, .. priorissa totusque conventus in Nouo Quistelberg universis, ad quos presentes pervenerint, volumus esse notum, marcam denariorum Medebeke legalium, quam Katerina, nostri dicti conventus puella, emit sive comparavit a Iohanne Wigandi nostro cenobio in inferiore molendino Ahusen sito iure hereditario sibique ipsi pro vite sue termino, vendidimus Iutte de Ymmencusen, nostri predicti conventus puelle, pro quadam summa nobis data pecunie possidendam ac tollendam annis singulis vite sue temporibus, et hoc de dicte Katerine voluntate, consensu plenario et favore, ita tamen, quod nos Gotfridus, prepositus, priorissa, conventus predicti assignabimus predicte Katerine iure compensationis dicte marce, quam in molendino Ahusen sibi, ut pretactum est, comparaverat, in bonis seu redditibus nostris usquam quandam marcam aliam. Quia prefata Katerina renuntiavit huic marce in Ahusen penitus, una nobiscum vendendo et assignando Iutte de Ymmencusen prelibate in possessionem veram et pacificam ob nostri conventus sepedicti profectum pariter et amorem. Preterea prememorata Iutta de Ymmencusen pia ac devota intentione de salute ac remedio animarum amicorum suorum sibi magis familiarium cogitans, a nobis suis precibus supplicibus et humilibus hoc obtinuit, quod post vite sue terminum semper die obitus sive in die anniversario fratris sui sibi predilecti, Thome plebani de Horencusen, dimidietas marce Iutte sepedicte per nos vendite in consolationem seu presentiam presentabitur et dabitur puellis nostri cenobii. Residua vero pars marce die obitus sui ipsius, videlicet Iutte, puellis iam dictis ministrabitur, ut, cum dies anniversarius advenerit, Thome et Iutte predictorum, devotior et sollempnior apud nos ipsorum memoria perpetuis temporibus habeatur. Ne autem hec, que Iutte puelle de Ymmencusen supradicte licentiavimus et admisimus pro nostro posse, per nos vel per quampiam de nostris irritari vel infringi valeant, presens scriptum ipsi Iutte dedimus sygillis prepositure nostre ac conventus anno incarnationis dominice M° CCC^mo^ vicesimo primo, die beate Brigide virginis fideliter communitum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Glindfeld Urk. Nr. 29, Siegel ab.

[1]) Flurname 2 km südlich von Medebach; [2]) 8 km östlich von Korbach.

1721

1321 Februar 2

Propst, Äbtissin und Konvent der Nonnen zu Welver verkaufen für 18 Mark ihrem Kämmerer für die Bekleidung der Nonnen zwei Kotten zu Hundesdick[1], aus denen als Zins 18 Schillinge und acht Hühner zu entrichten sind.

Nos Bertoldus, prepositus, Elisabet, abbatissa, totusque conventus sanctimonialium in Weluerbûrg universis hanc litteram visuris et audituris notum esse volumus et tenore presentium protestamur, quod nos cum consensu totius conventus et conversorum vendidimus camerario nostro duas casas sitas in proxima villa, que vulgo Hundeldich nuncupatur, pro decem et octo marcis, quam videlicet unam casam conduxit Hinricus dictus Heyme et uxor sua Gertrudis, qui solvet annuatim tredecim solidos et VI pullos; aliam casam conduxit Wendelgardis, relicta Gerhardi dicti Stûwen, que solvet annuatim quinque solidos et duos pullos, tali tamen etiam discretione interposita, quod si aliqua forte de causa case predicte frangerentur et pensionem predictam solvere non valerent, de aliis redditibus ecclesie predicta pensio XVIII solidorum camerario, qui tunc pro tempore fuerit, persolvetur ad vestimentorum subsidium dominarum. Datum anno Domini M° CCC° XXI°, in Purificatione sancte Marie.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 168, Siegel des Konvents (in weißem Wachs mit starkem Tonbeisatz, beschädigt, WS 114 Nr. 9) abhängend; Rückvermerk (17. Jahrh.): exspiravit.

[1]) Zu Meyerich vergl. Anmerkung zu Nr. 702.

1722

1321 Februar 2

Die Ritter Hermann der Ältere und Hermann der Jüngere von Lüdinghausen setzen an die Stelle des verstorbenen Ritters Hermann von Gemen, der für sie gegenüber dem Abt und dem Konvent zu Werden gebürgt hat, den Ritter Hermann genannt Slye.

Universis presencia visuris seu audituris ego Hermannus senior et Hermannus iunior milites de Ludinchusen notum facimus, quod, cum Hermannus miles de Geymen, qui se pro nobis honorabili viro domino abbati et conventui monasterii Werdinensis obligaverat secundum modum et formam instrumenti super hoc confecti, viam universe carnis sit ingressus, Hermannum dictum Sclye, militem, secundum formam nostri promissi in locum defuncti substituimus et presentibus subrogavimus, ita videlicet, quod idem H. miles una nobiscum et cum aliis nostris fideiussoribus in instrumentis super hoc confectis in scriptis omnia et singula fide data promittit secundum formam et tenorem principalis instrumenti super hoc confecti inviolabiliter observare. Et ego Hermannus dictus Slye, miles predictus, ad peticionem Hermanni senioris et Hermanni iunioris militum predictorum fide data promitto omnia et singula secundum omnem sui formam inserta in instrumento super hoc confecto similiter obervare. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} XX^{mo} primo, in festo Purificacionis beate Marie virginis.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Werden Urk. Nr. 145, Siegel (zerdrückt) anhängend.

1723

1321 Februar 3

Die Brüder Hermann und Gerhard von Wittene, Söhne des + Ritters Gerhard, teilen das Haus Steinhausen[1] und ihr sonstiges Erbe.

In nomine Domini amen. Wy Herman unde Gerhard twe bruder von Wittene, hern Gerhardes sune eines ridders was, deme Gott genedig sy, dut kundig all dem ginen, die dissen gegenwertigen breef sehent over

horent lesen, unde bituget in dussene breive, dat wy mit rahde unser mage und unser vrunde hebbet gedeilet unse aedeliche erve, also dat ich Herman, die altiste bruder, und mine erven bihalden soll die oberste wonunge tu dehme Steinhus, toren unde kymnade, den wingarden dar achtene, dat backhuis und die stallunge tuschen deme backhuss unde deme turne, die site uet unde einen water weg ower die Wers, mure van dem turne op die Rure unde dat niderste veyhus, alline an holte unde an velde, als it mine vader hadde, sunder die holtzschar van Budenbue, dy tu deme veyhus hort. Die sullen wy, min bruder Gerhard und ich gelike hebben in deme holte; den weg, die dor min veyhus geit unde die overfart over die Rure, die sule wy bede erflike beide hebben. Ich, Gerhard, und mine erven sullen behalden die ander sithe, die capellen unde die kemnaden, die kuckene unde dem grashoff, wo dat gelegen is, bis an dat porthus over den grashof. En sall ick noch mine erven nicht hoer timmeren, dan die mure nu hoch is. Anders mag mallig opne syne timmeren, watt he will. Die grote stallinge by dem porthus, die unses vaders was, die sal ick, Gerhard, unde mine erven behalden, dat porthus unde alle die porten von dem oversten hus, die bruggen und die graven tuschen dem veyhus unde dem porthus unde all umbe dat oberste huss, dat sal unser beider wesen unde op unser beide kost gelike, sunder die grafe, dy umb dat veyhus geit. Den sall ich, Herman, unde mine erven alleine hebben. Den portner sollen wy beide bikostigen. Dy sall uns beden hulden unde unsen erven. Wolte unser een in orlage wan unses selves wegene over von unser vrunde wegene, dar en sall die andere nicht wieder vallen, oier unser ein sall deme anderen helpen, huss weringe dun unde rechten borich wrede halten erflick. Unde malick mag halden, wen er will. Wer, dat ick, Herman, over mine erven woninge binnen der muren verkopen wolte, dat sall Gerharde ove sinen erven umbe hundert marck dortmundsche geldts given. Unde dat sall ick eme ein iahr vor seggen mit urkunde unser mage. Wer, dat ick, Gerhard, over mine erven mine woninge binnen der muren verkopen wolde, die sall ick, Herman, over sinen erven geven umbe viftig marck dortmundesches geldes. Unde dat sall ick eme ein iahr vor seggen mit urkunde unser mage. Dat veyhus opme Stade unde Nolkins huss van Overbecke tu Wittene imme dorpe, wo dat gelegen is, dat sall ick, Gerhard, erflicke hebben. Wider die bowinge tu deme Steinhus, den Potthof oppe deme Staden, den sal ick, Herman, half hebben nest deme garten. Den selven Potthof half under wert, den sal ick, Gerhard, hebben. Unse fischery unde unse muhlen hebben wy getheilet, als tu deme Huckeshofe, da die Sype nider vellet tu rechten over die Rure bit an den sten. Die underste fischerey unden die mulen tu dem Sunderen, die sall ick, Herman, unde mine erven behalden. Die overste fischery unde die muhlen, die sall Gerhard unde sine erven behalden. Dat gerichte tu Wittene unde die grudt sal ick, Herman, unde mine erven hebben, unde Gerhardts lude sollen dat grudt nemen, die binnen deme gerichte wonet. Darwider sall ick, Gerhard, unde mine erven behalten dat holt gerichte unde die pannen, unde Hermans lude, die binnen deme gerichte wohnet, die veile bruet, die sullen mit miner pannen bruwen unde geven enen penning van den bruwede. Gerhards lude unde sin gut sulen tu rechte staen vor deme gerichte tu Wittene und sullen rechtes plegen. Mer wat sin lude verbrecket, dat an geld geit, dat geld sall Gerhardts wesen van sines selves luden. Mer wy verbricket ein lieff, die sall mit eine live betteren, dat sal ick, Herman, unde mine erven richten. Die selve vorwerde hevet Hermans guth und sin lude vor gehore dat holtgerichte. Dat leen van der kircken, dat sall unser ein given tu der einer stundt und die ander tu der ander stundt. Mer ick, Gerhard, sall dat neste gewall lenen. Vortmer die lude, die oppe mallickes gude sittet, die malen tu mallickes mulen. We anders in deme gerichte wonet, die malen half tu des eines mulen und half tu des anders muhlen. Unse ander guth, dat hebbe mallick mit den luden, also als it in syn teil is gefallen. Vort meer hebbe wy bede in truwen gesickert vor uns unde vor unse erven, all disse delingen unde diese vorwerde stede und vast ane erglist tu haltene mit all den vorwarden, die disse breif spricht. Darumbe hebbe wy twe bruder beide diese breife mit unsen ingesigelen besigelt tu eme urkunde, dat disse deilinghe ewelicken stede unde vast blive, unde hebbet vort mehr wy twe bruder gebeden unse neiste mage, her Didriche van der Lethene, den iungere, her Gerhard van Wittene, her Gerlache van Luttellenove unde her Burcharde van Elverfeldt, dat die vier ridder mit ihren ingesigelen disse brive siegelen mit uns tu stedigene allit, dat diese breive spreckt, unde tu tugene ewelike unde ummermehr. Wy veir ridder, her Diderich, her Gerhard, her Gerlach unde her Burchard hebbet disse breive besiegelt mit unsen ingesigelen dor bede willen unser twiger magen, Hermans unde Gerhardts van Wittene, tu eine urkunde al der deilinge die disse breif heldet, dat die stede unde fast blive ewelicke unde ummermehr. Hie was over unde ane mit uns veir ridderen, die dissen breif hebbet be-

siegelt, her Lambert von Hovele, her Diderich van dem Vorste, her Hinrich van Luttelenove, her Conrad van Didinghofen, ridder, Hinrich de Schele, Henrich von Hardenberg unde andere ire vrunde und ire mage genogd. Diese breif is geschreven na Godes geburden dusent iahr drey hundert iahr in deme enentwingisten iahre, des nesten dages Lichtmisse.

Copiam hanc vero in pergameno ingrossato et mihi producto originali praevia diligenti collatione optime consonam esse repertam testor ego Petrus Maximilianus de Monchanin, sacra imperiali authoritate notarius publicus requisitus manu mea propria.

Abschrift des 17. Jahrh., A von Elverfeldt zu Canstein, Siegel des Notars aufgedrückt, mit Signet des Notars; Druck: UB Elverfeldt II S. 255, Nr. 679.

[1]) In Bommern nordwestlich von Hagen.

1724

1321 Februar 9

Dietrich, Abt des Benediktinerklosters St. Pantaleon in Köln, überläßt dem Schulten Johann und seiner Frau Hille für einen an den Oberhof Eickel zu entrichtenden Zins von drei Schillingen die zum Oberhof Eickel gehörenden und Hoilthusen *genannten Güter*[1].

In nomine Domini amen. Nos Theodericus divina miseracione abbas monasterii sancti Panthaleonis ordinis sancti Benedicti in Colonia notum facimus universis presentes litteras visuris et audituris, quod nos provida deliberacione cum beneficiatis hominibus nostris in Eyclo prehabita quedam bona in curtem nostram Eyclo pertinencia, que Hoilthusen appellantur, concessimus et concedimus per presentes Iohanni, villico nostro, et Hille, coniugibus, eorumque heredibus pro perpetuo et hereditario censu trium solidorum Coloniensium denariorum bonorum et legalium, quos ipsi vel eorum heredes in die beati Martini episcopi hyemalis solvent et solvere tenebuntur singulis annis in curtem nostram Eyclo predictam villico pro tempore existenti et a nobis aut nostris successoribus constituto, ita quod nullus casus qualitercumque eveniat ipsos vel eorum heredes aut successores, ad quoscumque devenire contigerit, a solucione dicti census relevare poterit nec aliqualiter excusare, huiusmodi eciam condicione adiecta, quod dicta bona a nobis et a nostris successoribus suscipi debent semper, et pro suscepcione dabitur nobis vel successoribus nostris duplex census bonorum eorundem ab heredibus dictorum coniugum vel, si ad aliquam manum aliam devenire contigerit bona prenotata. Ut autem dictis coniugibus et eorum heredibus vel successoribus, ut est pretactum, magis cautum existat, presentes litteras eisdem tradidimus sigilli nostri appensione communitas. Actum foris ecclesiam in Eyclo presentibus Godefrido, cappellano nostro, Henrico, pastore de Pinstorp, Rutgero de Dorenburg, milite, Iohanne de Dorenburg, Iohanne de Dalhusen, Henemanno de Eyclo, Francone de Wattinscheit, armigeris, Arnoldo de Hoyfsteidin, Panthaleone super Laire, Syghebodo ibidem, Heynzo et Bertolfo ultra Ripam et Henrico de Marmanshagin, beneficiatis nostris in Eyclo, et Daniele de Hersele, sculteto nostro Colonie, et aliis quam pluribus probis et honestis quinto idus Februarii anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo.

Abschrift des 15. Jahrh. in einem Kopiar des Klosters St. Pantaleon (Hist. A der Stadt Köln, Geistl. Abt. Nr. 203, Bl. 304v) Wiedergabe nach dem Druck bei Strange, Nachrichten, Heft VII, 1868, S. 58, desgl. Beiträge zur Geschichte Dortmunds und der Grafschaft Mark 51, 1954, S. 86: dort unter dem Datum Februar 3.

[1]) Nach Günther Höfken (Zur ältesten Geschichte des Oberhofes Eickel, in: Dortmunder Beiträge 51, S. 79) ist die Lage des Hofes Hoilthusen nicht zu ermitteln. In der Urkunde von 1326 in dem genannten Kopiar wird eine Hufe „Hoilhus" mit „bei Bochum" lokalisiert. Einen Hof „Pantlion", ein Hoferbe des Hofes Eickel, gab es in in der zu Gelsenkirchen gehörenden Braubauerschaft (Timm, Kataster, S. 211, Nr. 3567).

1725

1321 Februar 25

Vor dem Ritter Dietrich von Vaerste erklärt Dietrich genannt Torck, er habe den Zehnten zu Mühlhausen[1] für 28 Mark an Lambert von Mulhusen verkauft. Er läßt dem Zehnten dem von Vaerste als dem Lehnsherren auf, worauf dieser den Käufer damit belehnt.

Universis, ad quos presens scriptum pervenerit, ego Theodericus miles de Warste cupio fore notum, quod Theodericus dictus Thorich constitutus in mea presentia cum libera voluntate sua et cum consensu uxoris sue et suorum .. heredum vendidit rite et rationabiliter Lamberto de Mûlhusen et uxori sue ac suis veris heredibus decimam suam in Mûlhusen, cuius sum legitimus inpheodator, prout sita est in frondibus et cespitibus hereditario iure perpetuis temporibus possidendam pro viginti marcis et octo Susaciensium denariorum pecunie sibi tradite penitus et solute. Quam decimam dictus Theodericus Thorich dicta emptione facta ad manus meas integre resignavit et eandem ipso facto Lamberto antedicto iure porrexi pheodali, utpote dictus Thorich ipsam in forma pheodi de manu mea possidebat. Et ego Th. dictus Thorich recognosco omnia et singula in omni forma sui esse vera, sicut premittuntur, constituens dicto Lamberto de Mûlhusen et suis heredibus pro recta warandia emptionis supradicte Iohannem de Vlfersne, Menricum dictum Sprenghe, Henricum dictum Thorich et Wilhelmum de Mykelinchusen, qui una mecum insolidum promiserunt fide eorum data corporali, quod moniti intrabunt opidum Vnna ad commestus ibidem iacendum[a] nec abinde recessuri, quousque dicto Lamberto et suis .. heredibus plenarie fuerit satisfactum, si in aliquo premissorum in parte vel in toto negligens fuero vel remissus. Nos itaque Iohannes de Vlfersne, Menricus dictus Sprenghe, Henricus dictus Thorich et Wilhelmus de Mykelinchusen, fideiussores iam dicti, in omni forma, ut premissum est, promittimus Lamberto sepedicto, petentes discretum virum Th. de Varste, militem antedictum, sigillum suum presentibus apponere in testimonium premissorum. Et ego Th. miles iam dictus ad petitionem dictorum fideiussorum et Th. dicti Thorich memorati sigillum meum presentibus in testimonium premissorum duxi apponendum. Presentes vero huiusmodi rei fuerunt Gerhardus de Wittene, miles, Iohannes dictus Scureman, dictus Vrydagh de Eriste, Hermannus dictus Ludinchus et Tethardus dictus Kerichof et alii quam plures fidedigni. Datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} vicesimo primo, feria quarta post festum beati Petri ad cathedram.

Ausf., Perg., StAM, A von Romberg-Brünninghausen, Siegel ab.

[a]) In der Vorlage überflüssiger Kürzungsstrich: „iamcendum".
[1]) Östlich bzw. südöstlich von Unna.

1726

1321 März 14[1]

Lubert von Boynen erklärt, seine Mutter Constantia habe den Kirchen in Mark und Hamm für die dortigen Pfarrer je zur Hälfte eine Rente von vier Schillingen aus dem von ihr bewohnten Hause beim Rasenplatz in Mark vermacht. Dafür sollen die Jahresgedächtnisse des Vaters, der Mutter, des Lubert und der Vorfahren begangen werden.

Universis, ad quos presentes pervenerint litere, ego Lubertus de Boynen cupio fore notum et protestor, quod Constantia, mater mea, cum adhuc esset sane mentis et corporis, de meo ac Lamberti, filii mei, et heredum meorum omnium consensu et beneplacito adhibitis plenarie et expressis pro .. patris mei et sua meaque et suorum progenitorum animabus legavit et contulit redditus quatuor solidorum denariorum Hammone legalium ecclesie in Marka pro media parte et pro residua ecclesie in Hammone ad usus plebani vel plebanorum utrobique ex domo seu mansione sua, quam inhabitavit, sita ante viridarium in Marka post eiusdem matris mee obitum quolibet festo beati Mychahelis percipiendos annis singulis et tollendos, ita ut dies obitus patris mei predicti et ipsius ac mea, prout evenerint, in utrisque ecclesiis cum vigiliarum et missarum sollempnitate adhibitis ad hoc progenitorum suorum commemorationibus in perpetuum peragatur. Est tamen adiectum,

quod, si ego vel heredes mei post dicte matris mee obitum huiusmodi mansionem vel domum ex integro vendere voluerimus aut vendiderimus, extunc de pretio illius ad comparandum consimiles redditus, prout citius poterint utrarumque ecclesiarum plebanus vel plebani quatuor marcas dictorum denariorum percipient et habebunt. Actum sabbato post festum Gregorii in domo Agnetis de Vorshem, sororis mee, presentibus eadem Agnete, Wilhelmo, plebano in Marka et in Hammone, Lamberto, filio meo predicto, Lamberto et Luberto fratribus de Vorshem. In huius rei testimonium et perpetuam firmitatem sigillum meum duxi presentibus apponendum. Datum anno Domini M° CCC^mo XXI°, die beati Gregorii predicti.

Ausf., Perg., StAM, Hamm, Milde Stiftungen Urk. Nr. 1, Siegel ab, Urkunde mit Chemikalien behandelt.

[1]) Es besteht ein Widerspruch, daß das „datum" (12. März) zeitlich vor dem „actum" (14. März) gelegen haben soll.

1727

1321 März 22 Köln

Dietrich von Kleve Graf von Hülchrath (Hilkerode) *und sein Bruder Luf (Lůyf) von Kleve bestellen in ihrem Streit um das väterliche und mütterliche Erbe ihren Onkel Friedrich von Virneburg* (Virnenburch), *Propst von St. Kunibert in Köln, sowie ihre Verwandten Hermann von Strünkede* (Strunche) *und andere als Schiedsrichter.*

Ausf., Perg., HStAD, Kleve-Mark, Urk. Nr. 155, Moderschäden, mit Transfix von 1321 März 24; Regest: Schleidgen, Kleve Mark Nr. 163; REK IV Nr. 1227.

1728

1321 März 24

Friedrich von Virneburg (Virnenburch), *Propst von St. Kunibert in Köln, Hermann von Strünkede* (Strunche) *und andere fällen einen Spruch im Streit des Dietrich von Kleve Graf von Hülchrath mit seinem Bruder Luf von Kleve über die Teilung des väterlichen und mütterlichen Erbes.*

Transfix, HStAD, Kleve-Mark Nr. 155, Siegel ab, Moderschäden; Regest: Schleidgen, Kleve-Mark Nr. 164.

1729

1321 März 29

Vor den Ratsherren zu Menden verkauft Gobelin, der Sohn des Lefhard, dem Kloster Wedinghausen eine Rente von zwei Schillingen aus seinem Haus und dem Hausplatz zu (Menden).

Nos civium magistri ceterique consules oppidi Mendene universis presencia visuris et audituris cupimus fore notum, quod Gobelinus, filius Lefhardi, de consensu et bona voluntate uxoris sue Walburgis ac omnium heredum suorum vendidit et assignavit monasterio in Wedinchůsen annuos redditus duorum solidorum usualis monete ex domo sua seu area perpetue ac hereditarie percipiendos in quolibet festo Petri ad cathedram[a] pro[b] duabus marcis numerate pecunie et solute, presentibus Gerhardo, filio Lefhardi, Conrado dicto Zeltere, Lefhardo, Iohanne dicto Růnacke, Lefhardo habens filiam Suaues, Gerhardo filio Růnacke, Andrea filio Lefhardi et aliis quam pluribus fide dignis. Ad peticionem premissorum nos predicti consules presentem paginam cum appensione nostri sigilli oppidali duximus roborari in testimonium super eo. Datum anno Domini M° CCC^mo vicesimo primo, in die dominico, qua cantatur Letare.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 111, Siegel der Stadt Menden (am Rand abgebrochen, WS 73 Nr. 3) abhängend; Abschrift in Msc. VII 5737 Bl. 39 und Msc. I 209 Bl. 216v.

[a]) In der Vorlage „Cathedra"; [b]) in der Vorlage eine per-Abkürzung.

1730

1321 April 3 Stromberg

Vor Hermann, Burggraf und Burgmann in Stromberg, läßt der Knappe Ludolf von Sendene genannt Swarte dem Udo von Wingarten und dessen Bruder Heinrich seinen vom Grafen von der Mark zu Lehen gehenden Hof zu Langenberg, Diözese Osnabrück, mit den betreffenden Kolonen und allem Zubehör auf, desgleichen den schmalen Zehnten zu Langenberg. Letzterer wurde ihm vom Ritter Nikolaus vamme Torne übertragen. Hof und Zehnten hatte Udo bereits als Brautschatz seiner Frau Elisabeth für 60 Mark in Besitz gehabt. Jetzt zahlt er Ludolph noch einmal 40 Mark, worauf ihn Ludolf mit Hof und Zehnten unterbelehnt. Nach dem Tode des Ludolph ist der Hof vom Grafen von der Mark als Lehen zu empfangen, der schmale Zehnt vom Ritter vamme Torne.

Nos Hermannus burgravius et castrensis in Stromberg universis tenore presentium protestamur litterarum, quod dilectus concastrensis noster Ludolphus de Sendene dictus Swarte, famulus, Beatrix, uxor sua, Otto et Ludolphus, Helenburgis et Gertrudis, nati sui, ad nostram venientes presentiam viva voce et consensu omnium heredum suorum legitimorum resignationem sollempnem fecerunt in manus Vdonis de Wingarten, Elyzabeth, uxoris sue, Hinrici, fratris sui, et heredum suorum legitimorum domus Iohannis et Lutgardis, uxoris sue, una cum eisdem colonis et cum pertinentiis quibuscunque, quam de comite de Marka tenet nomine homagii, et decime minute, quam confert Nycholaus miles dictus vamme Torne, sitarum in parrochia Langenberge dyocesis Osnaburgensis possidendarum perpetue hereditaria successione. Dictas enim domum et decimam idem Vdo ratione dotis, vulgariter brutschat dicte, cum Elyzabeth, uxore sua predicta pro sexaginta marcis denariorum legalium possedit prius, modo autem ad resignationem premissam idem Vdo superaddidit predicto Ludolpho quadraginta marcas legalis monete ibidemque domum eandem ipsi Vdoni loco homagii idem Ludolphus porrexit coram nobis. Quam porrectionem huiusmodi domus post mortem predicti Ludolphi supradictus Vdo cum heredibus suis non de natis ipsius Ludolphi, sed a comite de Marka predicto exiget et requiret, decime vero porrectionem a milite predicto vamme Torne. In cuius rei certitudinem ad petitionem partium predictarum utrarumque generale sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Actum et datum Stromberg anno Domini M CCC° XXI°, tertio nonas Aprilis mensis.

Ausf., Perg., A von Galen zu Assen, Urk. Nr. 8; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 31, Bl. 161, mit Siegelzeichnungen; Abschrift Mooyer 1843 aus dem A des Hauses Büren; Regest: WUB VIII Nr. 1471.

1731

1321 April 5

Ritter Borgard von Vonderen[1] *quittiert dem Grafen Adolf von Berg den Empfang von 30 Mark für sein vorenthaltenes Lehen.*

Universis presencia visuris et audituris ego Borgardus de Vonderen, miles, notum facio et presentibus publice recognosco, quod spectabilem virum Adolphum comitem de Monte, dominum meum karissimum, de triginta marcis Brabantinorum denariorum, uno bono regali turonensi pro quatuor denariis computato, ad bonam computationem quitum per presentes proclamo et solutum, quas Iohanni, filio meo, ratione feudi mei mihi detenti tradidit et deliberavit testimonio sigilli mei presentibus appensi. Datum die dominica, qua cantatur Iudica anno Domini M° CCC° vigesimo primo.

Ausf., Perg., HStAD, Berg, Urk. Nr. 110, Siegel ab.

[1]) Vondern (Vundern), adliges Haus in Oberhausen-Osterfeld.

1732

1321 April 9

Der Ritter Reinher von Dalwigk schenkt dem Heinemann von Dorfeld Einkünfte von 20 Hühnern aus dem Dorf Glindfeld.

Noverint universi presencium inspectores et auditores, quod[a] nos Renherus de Dalwig, miles, Elizabet, nostra uxor legitima, Elgerus, Renherus, Hermannus, nostri filii, ceterique nostri heredes recognoscimus per presentes, quod bona voluntate et communicatis manibus dedimus presentibus et donamus strenuo viro Heynemanno de Doruelden et suis heredibus viginti pullorum reditus in villa Glintfelden, prout ad nos iure hereditario ex nostris parentibus spectabant perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendos[b]. Testes huius donationis sunt dominus Godescalcus de Mulhusen, miles, Hermannus de Ren[1], armiger, Conradus dictus Scerre, hospes domini predicti, et alii quam plures fidedigni. In cuius facti evidens testimonium nos Renherus, prefatus miles, nostrum sigillum apposuimus huic scripto. Datum anno Domini M° CCC° XXI°, feria quinta proxima ante festum Palmarum.

Abschrift vom Ende des 18. Jahrh., A des Altertumsvereins Paderborn Akte 110, Bl. 425v, Nr. 30; Regest: Führer, Medebach S. 30.

a) In der Vorlage „quot"; b) in der Vorlage „possidendo".
1) Rena.

1733

1321 April 25

Die Brüder Johannes und Dietrich von Allen, Bürger zu Soest, erkennen die Schenkung einer Rente von sechs Schillingen an, die Hildegundis, die Witwe des genannt Gulekeman, an das Zisterzienserinnen kloster Himmelpforten vollzogen hat. Die Rente ist aus dem Haus und der Hausstätte des Gerard genannt von Zode, gelegen in der Stadt Werl vor dem Westtore, zu entrichten.

Noverint universi, ad quos presens pagina pervenerit, tam presentes quam futuri, quod nos Iohannes et Theodericus de Allen, fratres, cives Susacienses, publice recognoscimus in hiis scriptis, quod nos unanimi consensu et bona voluntate Cristine, uxoris mei Th. predicti, ratam habemus et gratam donationem pensionis sex solidorum, quam Hildegundis, relicta quondam dicti .. Gulekeman donavit et assignavit honorabilibus et religiosis personis .. abbatisse et .. conventui in Porta celi ordinis Cisterciensis Coloniensis dyocesis ex domo et area Gerardi dicti de Zode, sita in opido Werle ante portam occidentalem, perpetue et inviolabiliter absque ulla contradictione .. omnium successorum et heredum nostrorum annis singulis persolvendam. Huius rei testes sunt Wilhelmus de Borbene, Hinricus dictus Prosekese, Conradus dictus Notlike et quam plures alii fide digni. Quod nos Theodericus de Holdinchoue et Hermannus dictus Bars, tunc temporis proconsules in Werle, Theodericus Lilie, Thomas in Atrio, Conradus Capetowe, Hermannus Tegghe, Hermannus Wissaghe, Iohannes Punir, Iohannes de Horst, Hinricus de Stene, Theodericus dictus Wortele, tunc temporis consules ibidem, sub appenditione sigilli nostri, quia coram nobis actum est, recognoscimus esse verum, quia pro eo a partibus utrisque fuimus exorati. Datum anno Domini M° CCC^mo^ X°X° primo, in die sancti Marci ewangeliste.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten Urk. Nr. 89, Siegel der Stadt Werl (WS 71 Nr. 5) anhängend; Rückvermerke (17.-18. Jahrh.): 1. inquiratur, 2. ich glaube aber kaum, daß all diese briefe einen thaler werth einbringen.

1734

1321 April 25

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren zu Werl verkauft Helmich, ehemals Schulte in Lünern, jetzt Bürger zu Werl, für sechs Mark dem Helmich von Hemerde, Bürger zu Soest, eine Rente von sechs Schillingen aus seinem Haus und dem Hausplatz in Werl bei dem Hause des Dykes. Für eine Mark kann er von der Rente einen Schilling ablösen.

Universis Christi fidelibus presentem paginam inspecturis nos .. proconsules et .. consules opidi Werlensis cupimus fore notum publice protestando, quod constitutus coram nobis Helmicus, quondam villicus in Lûnhere, noster nunc coopidanus, de consensu uxoris sue et omnium verorum suorum heredum et coheredum bona voluntate recognovit se vendidisse Henrico de Hemerde, civi Sosaciensi, et suis veris heredibus vel cuicumque ipse presentem literam dederit vel assignaverit sex solidorum pensionem ex domo et area sua sita in opido nostro iuxta domum Dykes pro sex marcis Sosaciensis pagamenti in perpetuum libere et quiete possidendam tali condicione mediante, quod predictus Helmicus pro una marca reemere poterit unius solidi pensionem, soluta prius pensione annis singulis, quando sibi placet. Reliqua vero pensio quinque solidorum absque ulla reemptione in festo Pasche annis singulis perpetuo solvet. Huius rei testes sunt Theodericus de Hollinchoue et Hermannus dictus Bars, tunc temporis proconsules, Theodericus dictus Lilie, Thomas in Atrio, Conradus Capetowe, Iohannes dictus Punyr, Iohannes de Horst, Henricus de Scone, Theodericus dictus Wortelen, Hermannus dictus Tecke et quam plures alii fidedigni. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad preces dictorum Helmici, .. uxoris et heredum suorum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo primo, in die beati Marci ewangeliste.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 230, Siegel der Stadt Werl (stark beschädigt, WS 71 Nr. 5) anhängend, Abschrift des 14. Jahrh. im Oelinghauser Kopiar (Archiv des Altertumsvereins Paderborn, Cod, 348) S. 137; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 240.

1735

1321 Mai 4

Walram Edelherr von Arnsberg, Propst zu Meschede, Degenhard, Dechant zu Meschede, und Heidenreich genannt Torck, Cantor von (St. Patrokli) Soest, transsumieren auf Bitten des Propstes zu Oelinghausen, Rutger, fünf Urkunden des Kölner Erzbischofs und der Edelherren Bertold von Büren (über den Zehnten zu Eiden).

Nos Walramus nobilis de Arnsberg, prepositus ecclesie Meschedensis, Degenhardus, decanus ibidem, et Heydenricus dictus Torch, cantor ecclesie Susaciensis, notum facimus universis tenore presencium publice protestando, quod infrascriptas literas sub veris stilo, filo et sigillis .. archiepiscopi Coloniensis nec non nobilium dominorum .. de Buren vidimus et audivimus in hec verba:

es folgen die Urkunden von 1256 Mai 31[1], 1264 Juli 4[2], 1264 April 4[3], 1264 Mai 10[4] und 1264 Mai 1[5]

Datum autem hoc transscriptum nostrum ad petitiones fratris Rûtgeri, prepositi in V̊linchusen, sub sigillis nostrorum predictorum anno Domini M° CCC° X°X°I°, in crastino Inventionis sancte crucis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 230 a, Siegel des Propstes zu Meschede (oberer Teil abgebrochen), des Dechanten zu Meschede und des Cantors von St. Patrokli Soest (WS 135 Nr. 9) anhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 241.

[1]) Ausf., Oelinghausen Urk. Nr. 79; Druck: WUB VII Nr. 902; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 85; [2]) Ausf., Oelinghausen Urk. Nr. 99; Druck: WUB VII Nr. 1156; Regest: REK III Nr. 2308, Wolf, Oelinghausen Nr. 106; [3]) Ausf., Oelinghausen Urk. Nr. 95; Druck: WUB VII Nr. 1149; Regest: REK III Nr. 2295, Wolf, Oelinghausen Nr. 102; [4]) Ausf., Oelinghausen Urk. Nr. 97; Druck: WUB VII Nr. 1153; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 104; [5]) Ausf., Oelinghausen Urk. Nr. 96; Druck: WUB VII Nr. 1152; Regest: REK III Nr. 2299, Wolf, Oelinghausen Nr. 103.

1736

1321 Mai 9

Vor den Ratsherren der Stadt Salzkotten verkauft Ecbert genannt Luckebole mit deren Erlaubnis dem Geseker Bürger Heinrich genannt Scleyttere eine Rente von drei Schillingen aus seinem Haus und der Hausstätte zu Salzkotten.

Universis presentes literas visuris vel audituris nos Volquinus dictus Ludekinch et Bertrammus, proconsules, Conradus Apud Molendinum, Volmarus Regenhardinch, Euerhardus dictus Speych, Henricus Alradinch, Henricus dictus Vogel, Iohannes dictus Faber, Conradus Wesceli, Albertus de Tudorp, Iohannes dictus Polene et Bertoldus Slagenkop, consules in Zoltkoten, notum esse cupimus tenore presentium publice protestantes, quod Ecbertus dictus Luckebole, Marburgis, uxor ipsius, ac eorum legitimi heredes, scilicet Ecbertus, Margareta, Gertrudis, Wendelburgis, Marburgis, Meycheldis et Walburgis, habita nostra licentia vendiderunt discreto viro Henrico dicto Scleyttere, oppidano in Gyseke, Beatrici, ipsius uxori, et eorundem veris et legitimis heredibus redditus trium solidorum denariorum in Susato legalium ex domo sua sita in nostro oppido et area ipsius domus singulis annis in vigilia beati Martini episcopi recipiendos et iure hereditario perpetuo possidendos. Quos quidem denarios dicti vendentes et eorum successores pro tempore dictam domum et aream possidentes predicto termino supradictis ementibus et eorum heredibus in Gyseke singulis annis omnibus occasionibus et inpedimentis semotis presentabunt. Si vero dicti venditores vel eorum successores in solutione dictorum reddituum supradicto termino negligentes fuerint vel remissi in parte vel in toto extunc prefati emptores et eorum heredes prefatam domum cum area ipsius in crastino beati Martini predicti tamquam propriam locare vel vendere poterunt cuicumque voluerint pro sue libitu voluntatis, contradictione dictorum vendencium et eorum successorum qualibet procul mota. Ne autem huiusmodi facti oblivio deleat, sed pocius memoria perhennis permaneat, nos .. consules predicti has literas propter preces dictorum vendencium sigillo oppidi nostri supradicti fecimus roborari. Datum sabbato post Invencionem sancte crucis, anno Domini M° CCC^mo vicesimo primo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Abdinghof Urk. Nr. 102, Siegel der Stadt Salzkotten (WS 78 Nr. 2) anhängend, mit Transfix von 1358 September 4; Druck: WUB IX Nr. 1972.

1737

1321 Mai 10 bei Soest

Bischof Ludwig von Münster und (Weih)bischof[1] Hermann gewähren dem Kloster St. Walburgis vor Soest einen Ablaß.

Ludewicus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus ac nos Hermannus Dei gratia Belonuiolensis episcopus universis Christi fidelibus, ad quos presentes litere pervenerint, salutem in eo, qui [est][a] omnium vera salus. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illustrat inestimabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius maiestatis sperantium tunc benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum precibus et meritis adiuvatur. Cupientes igitur, ut monasterium sancte Walburgis extra muros Susatienses congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad ipsum monasterium in festivitatibus beate Marie virginis et in festo patronorum ac in dedicatione eiusdem monasterii causa devotionis et orationis accesserint et qui ymaginem argenteam in honore beate Marie semper virginis predicto conventu sanctam et consecratam, circa cimiterium dicti monasterii vel alias cum devotione portaverint vel reverenter secuti fuerint ac missam coram ipsa sollempniter celebrari audierint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum apostolorum Petri et Pauli auctoritate confisi uterque nostrum quadraginta dies de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus. Datum anno Domini M° CCC° XXI, dominica, qua cantatur Iubilate, apud Susatum.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219, Bl. 3 der 2. Zählung; erwähnt ebenda S. 10 der 1. Zählung; Regest: WUB VIII Nr. 1478; Sauerland, Vat. Reg. V Nr. 1293.

[a]) Sinngemäß zu ergänzen.
[1]) Weihbischof zu Münster, als Suffraganbischof von Scythopolis in Palästina.

1738

1321 Mai 14 Soest

Den Propst, Dechanten und das Kapitel (von St. Patrokli) in Soest bittet der Knappe Heinrich genannt Wrede von der Sorpe um die Überlassung des Eigentumsrechts an der Nieder-Mühle im Kirchspiel Dinker und läßt ihnen dafür das Eigentumsrecht an zwei Dritteln seiner Güter und seiner an der Sorpe errichteten Befestigung[1] auf, um diese künftig vom Stift als Lehen zu empfangen.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Henricus, Dei gratia prepositus, .. decanus, totumque .. capitulum ecclesie Sosatiensis notum facimus publice protestando, quod cum strennuus famulus Henricus dictus Wrede van der Sorpe nobis supplicaverit, ut cum ipso nos pro parte nostra cum proprietate molendini to der Nydren Mûlen, quod situm est in parrochia Dinchere, idemque Henricus cum proprietate duarum partium et cum munitione sua, que sita sunt to der Sorpe, permutacionem facere dignaremur, nos attendentes huiusmodi permutacionem proprietatum nobis et ecclesie nostre magis prodesse quam obesse, supplicationibus eiusdem Henrici inclinati permutationem eandem duximus admittendam, ita videlicet, quod ipse Henricus, .. uxor et heredes sui proprietatem duarum partium bonorum suorum to der Sorpe et munitionis sue constitute ibidem nobis et ecclesie nostre supraportaverunt et eam in manus nostras resignaverunt, recognoscentes se perpetuo infeodandos esse eisdem per nos .. prepositum et successores nostras pro tempore existentes, nos quoque ipsis proprietatem dicti molendini ex permutatione huiusmodi supraportavimus, tradidimus et assignavimus et eam ipsis liberavimus tenendam et suam voluntatem de ea disponendam loco bonorum suorum predictorum, renunciantes omni iuri, quod nobis et ecclesie nostre in ipsa conpetebat et conpetere poterit temporibus affuturis. In cuius rei testimonium perpetuum prefatis Henrico et heredibus suis has literas tradidimus nostris sigillis communitas. Actum et datum anno Domini M° CCC° vicesimo primo, crastino beati Seruatii episcopi, presentibus in ecclesia Sosatensi singulis canonicis ibidem, presentibus etiam honorabili viro domino Godescalco, thesaurario ecclesie sancte Marie ad gradus, officiali curie Coloniensis, Conrado de Meninchusen, Hartleuo Pyl, Rotgero de Meninchusen et Iohanne de Rodenberg, armigeris, Brunone dicto Maken, magistro consulum Sosatiensium et pluribus aliis fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 169, Siegel des Propstes (beschädigt, WS 132 Nr. 5) und des Kapitels von St. Patrokli Soest (beschädigt, WS 9 Nr. 5) anhängend.

[1]) Wohl Haus Amecke.

1739

1321 Mai 14

Der Knappe Heinrich Wrede von der Sorpe läßt für das Eigentumsrecht an der Niedermühle im Kirchspiel Dinker dem Propst, Dechant und Kapitel von (St. Patrokli) in Soest das Eigentumsrecht an zwei Dritteln seiner Güter und seiner Befestigung an der Sorpe auf, um sie als Lehen zu empfangen[1].

Universis presentes literas visuris et audituris ego Henricus dictus Wrede van der Sorpe, famulus, Cristina, uxor mea legitima, Iohannes, Antonius, Heinricus et Alburtus, filii mei, notum facimus, quod, cum viri venerabiles venerabiles domini Heinricus, prepositus, .. decanus totumque capitulum ecclesie Sûsatiensis proprietatem sui molendini dicti to der Nyderenmolen, quod situm est in parrochia Dinchere, nobis per legitimam permutationem pro proprietate duarum parcium bonorum nostrorum atque munitionis nostre to der Sorpe supraportaverint et assignaverint, eandem proprietatem in manus nostras resignantes, nos propter hoc recognoscimus proprietatem nostrorum bonorum ac munitionis nostre predictorum ex permutatione huiusmodi ad ecclesiam Sûsatiensem perpetuis temporibus debere, nostra ac successorum nostrorum ac coheredum contradictione non obstante, pertinere et nos per .. prepositum Sûsatiensem, qui pro tempore fuerit, infeodandos esse bonis meis et munitione memoratis, eandemque proprietatem ecclesie Sûsatiensi supraportavimus, tradidimus et assignavimus ac ipsam resignavimus liberaliter in manus dominorum Heinrici, prepositi,

.. decani et capituli predictorum. Et in huius rei testimonium ego Heinricus pro me, uxore et filiis meis predictis has literas dominis et ecclesie Sûsatiensi tradidi sigillo meo consignatas. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo primo, crastino beati Seruacii, presentibus honorabilibus viris domino Godescalco[a], thesaurario ecclesie sancte Marie ad gradus Coloniensis, officiali curie Coloniensis, Conrado de Meyninchusen, Hartleuo Pyl, Rotgero de Meyninchusen et Iohanne de Rodenberg, armigeris, Brunone Make, magistro consulum Sûsatiensium, et aliis fidedignis.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII 6102 (Kopiar von St. Patrokli Soest) Bl. 62.

[a]) Davor gestrichen „Theo".
[1]) Vergl. die Urkunde von demselben Tage.

1740

1321 Mai 20

Ropert Graf von Virneburg, Marschall von Westfalen, überläßt den Sälzern zu Werl einen zunächst für den Kölner Erzbischof reklamierten Salzbrunnen im Stadtgraben von Werl.

Nos Ropertus comes de Virneburg, Westphalie marscalcus, notum facimus singulis ac universis presentia visuris, quod, cum in fossa Werlensi puteum salinarum effodi et purgari faceremus, hac ratione, quod ipsum puteum putavimus reverendo domino nostro .. archiepiscopo Coloniensi et sue ecclesie attinere, tandem a multis hominibus fidedignis et discretis, qui notitiam huius rei ab antiquis temporibus habuerunt, fecimus et sumus plenarie docti et funditus expediti, quod dominus noster .. archiepiscopus predictus vel sua dyocesis seu ecclesia nil iuris habent in puteo memorato, scilicet quod pleno iure attinet hominibus salinariis in Werle, qui dicuntur Seltere apud volgus, ita quod ipsi et eorum heredes omnem suam voluntatem facere poterunt cum puteo memorato. In cuius rei testimonium dedimus eis has litteras nostro sigillo roboratas et suffultas. Datum anno Domini M° CCC° XX° primo, feria quarta ante diem beati Vrbani.

Ausf., Perg., Sälzerarchiv Werl, Druck: SUB II Nr. 582, S. 169; Regest: REK IV Nr. 1242.

1741

1321 Mai 24

Vor den Ratsherren der Stadt Lippstadt verkauft ihr Mitbürger Gottschalk genannt Ertwininc aus dem von ihm bewohnten Haus und der Hausstätte dem Amelung, Rektor der Scholaren in Lippstadt, eine Rente von drei Schillingen.

Universis presentem literam visuris vel etiam audituris. Nos consules opidi Lippensis notum facimus protestantes publice, quod constitutus coram nobis Godescalcus, noster concivis, dictus Ertwininc recognovit se habito consensu et voluntate uxoris sue ac omnium heredum suorum redditus trium solidorum denariorum apud nos usualium et bonorum, tollendos singulis annis duobus terminis, videlicet quolibet festo beati Michaelis mediam partem, aliam vero dimidietatem quovis festo Pasche ex domo sua et area cum omni iure, prout situata est, quam ad presens inhabitat, magistro Amelungo, rectori scolarium Lippensium, suisque heredibus pro quadam pecunie summa numerata, tradita et soluta rite ac rationabiliter vendidisse hereditarie ac perpetualiter possidendos. Si tamen dictos Godescalcum suosve heredes alios redditus annuos eque certos et equivalentes secundum dictum proborum virorum emptionis titulo comparare contingeret, illos loco supradictorum reddituum dicti magister Amelungus ac eius heredes deberent acceptare. Unde in premissorum testimonium sigillum nostrum ad utriusque partis petitionem apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Frederico dicto Kûninc et Andrea dicto Hoppe, proconsulibus, Hermanno dicto Bake, Werensone Serdone, Hermanno de Gutingen, Ludolpho de Gyseke, Herbordo de Esbeke, Arnoldo de Cleye, Machorio Ywaninc, Henrico dicto Zinneman, Lodewico de Bochem, Con. de Anripen, Rotgero de Vinken, Iohanne dicto Rumbolt, Henrico de

Cleye iuniore, Iohanne dicto Reye, Iohanne dicto Rudeman, Henrico de Distede et aliis tunc consulibus ceterisque quam pluribus fide dignis. Datum dominica ante diem beati Vrbani anno Domini M° CCC^mo vicesimo primo.

Ausf., Perg., Schloß A Cappenberg Urk. Nr. 211, Siegel der Stadt Lippstadt mit Rücksiegel anhängend.

1742

1321 Mai 24

Der Knappe Themo von Friedhardskirchen überläßt dem Kloster Cappel im Tausch beim Kloster gelegene Ackerstücke und erhält dafür einen Kotten in Bobinchusen[1] *und dabei gelegene Äcker.*

Ut eorum, que fiunt, haberi possit memoria, scripti ac testium accipiunt munimenta. Noverint igitur universi presencium inspectores ac auditores, quod ego Themo de Vrederikeskerken, famulus, de consensu Iutte, uxoris mee, ac heredum meorum omnium, videlicet Reymfridi, Iohannis, Ermentrudis, Odburgis, Iutte, Walburgis dimisi iure permutationis domino Bernhardo, preposito, priorisse totique conventui sanctimonialium monasterii in Cappele quinque partes agrorum sitas iuxta predictum claustrum in loco, qui vocatur Kermisse et[a] in prato, quod dicitur Mersch[b] et viam, que ducit de Bobinchusen ad dictum claustrum, ita tamen, quod in eadem via pateat euntibus ad claustrum vicus, qui vulgariter dicitur en votpat. Et loco eorum casam sitam in Bobinchusen et quandam portionem retro domum Leuoldi ibidem, que dicitur Vpme Watherschape, et agros dictos Vpme Langecampe et alios dictos Inme Hasenwinkle, recepi ab eisdem. Ceterum ut tam predicto domino preposito, priorisse totique conventui quam mihi plene caveatur, huiusmodi permutatio de consensu Bernhardi de Heruelde, qui prefuit tunc temporis officio domini Lippensis, quod dicitur vrigegraschap, est ducta ad effectum. Ut autem hec premissa rata permaneant et inconvulsa, in eorum testimonium et evidentiam ego Themo presens scriptum exinde conscribi et meo sigillo feci communiri. Datum anno Domini M° CCC° XXI°, dominica ante Ascensionis Domini eiusdem, presentibus ad hoc rogatis videlicet domino Th. de Byssendorpe, canonico Clarholtensi, Th. de Vresendorpe, canonico Cappenbergensi, sacerdotibus, Euerhardo, Hermanno, Iohanne, Euerhardo, Godescalco, Detmaro, conversis in Cappele, Iohanne de Neschere, advocato domini Lippensis, Hermanno de Nehem, Iohanne Boliken, Herbordo Stotere, Iohanne, villico, Conrado Vogelsanc, Arnoldo et Gyselberto de Helinchusen, Gerhardo dicto Wise, Gerhardo Kerctorp, Iohanne, filio Kerctorpes, Luberto et Gerhardo de Herdinchusen, villico Gerhardo, Iohanne Grote, Burghardo, Herbordo et Iohanne Bose de Ouerhagen, Hermanno, Leuoldo, Iohanne Bolhus, filio Leuoldi, Wlpe et Iohanne Valkenvlogen et aliis quam pluribus fidedignis.

Ausf., Perg., StA Detmold Urk. D Sect. VIII Nr. 2 (Stift Cappel), Siegel ab, dabei Abschrift des 17. Jahrh., Foto in StAM, Kloster Cappel Urk. Nr. 6 b; Abschrift des 18. Jahrh., Papier, A von Schorlemer-Overhagen, Urk. Nr. 4; Regest: Lipp. Regesten II Nr. 661.

[a-b]) Auf Rasur von anderer Hand nachgetragen.
[1]) Wüstung im Kirchspiel Cappel.

1743

1321 Mai 27

Vor dem Rat der Stadt Werl verkauft Gerhard genannt Rasenere für acht Mark weniger drei Schillingen dem Prämonstratenserinnenkloster Rumbeck eine Rente von sechs Schillingen aus seinem Haus und dem Hausplatz in Werl.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Theodericus de Holdinchouen et Hermannus dictus Bars, proconsules opidi in Werle, notum facimus et publice protestamur, quod in nostra constituti presencia Gerhardus dictus Rasenere, Elizabeth, uxor sua, de consensu et plenaria voluntate Henrici, Gerhardi, et

Landesbibliothek Detmold

Cristine, liberorum suorum, ac omnium suorum coheredum recognoverunt se perfecta et iusta vendicione assignasse religiosis personis .. preposito et conventui monasterii in Rumbeke Premonstratensis ordinis pro octo marcis denariorum in Sosato usualium minus tribus solidis eis numeratis et traditis ex area, domo et hereditate sua, quem in nostro opido possident, de quibus nulla pensio seu census, sed solummodo unus denarius et unus pullus solvitur, sex solidorum redditus iure hereditario perpetuis temporibus possidendos. Quos redditus dicti nostri coopidani religiosis predictis quolibet festo beati Martini hyemalis sine cuiusvis arrestacione seu occupacione secundum ipsorum voluntatem presentabunt et expedite assignabunt, renunciantes omni excepcioni iuris canonici vel civilis, que sibi competere possent futuris temporibus ad rescindendam vendicionem memoratam. Et quia huiusmodi reddituum vendicio coram nobis et coram consulibus universis opidi Werlensis facta est et consummata, nos propter hoc ad peticionem dictorum Gerhardi, Elizabeth, liberorum ac coheredum suorum sigillum opidi nostri duximus presentibus apponendum. Actum et datum anno Domini M° CCC° vicesimo primo, in vigilia Ascensionis eiusdem, presentibus discretis viris domino Iohanne Maken, et domino Ecberto, canonicis in Wedinchusen, fratre Henemanno, converso ibidem, et domino Euerhardo de Meyninchusen, Hermanno dicto Scriuere, Borcholte, Erpone de Holthem, Godefrido de Berdink, famulis, Conrado dicto Egenbolt universique consulibus opidi in Werle, in sigillacionem presencium consencientibus et aliis pluribus fide dignis pro testibus ad hoc vocatis et rogatis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Rumbeck Urk. Nr. 54, Siegel der Stadt Werl (gut erhalten, WS 71 Nr. 5) anhängend.

1744

1321 Mai 27 bei Soest

Konrad genannt Hunninchus verkauft dem Wigand genannt von Hagnen, Pfarrer in Bremen, für vier Mark eine Hausstätte, genannt auf deutsch en kolstede, *mit dazugehörenden drei Morgen Ackerlandes, gelegen im Dorf Bremen.*

Universis et singulis presentem literam visuris ac etiam audituris ego .. Conradus dictus Hunninchus cupio fore notum, quod ego cum pleno favore et consensu omnium heredum meorum et precipue fratris mei Henrici omniumque heredum suorum, videlicet uxoris sue Mabilie, filiarum suarum Iutte et Sophie, quandam aream, sitam in villa Bremen, vulgariter dictam en kolstede, cum tribus iugeribus terre arabilis ad ipsam aream pertinentibus discreto viro domino .. Wigando dicto de Hagnen, plebano in Bremen, absque omni exceptione omnis iuris canonici et civilis perpetue possidendam vendidi pro quatuor marcis Susaciensium denariorum, quas mihi recognosco persolutas. Unde ego Conradus predictus una cum Henrico, fratre meo, uxoreque sua predicta, ipsorumque veri ac legitimi heredes procreati ac procreandi omni iure, quod in dicta area et iugeribus tribus predictis huiusmodi habuimus, renunciamus. In cuius rei testimonium ego Henricus Hunninchus predictus ad preces predicti fratris mei presentem literam sigilli mei munimine roboravi. Actum in cimiterio monasterii sancte Walburgis apud Susatum, presentibus videlicet Conrado de Ensen dicto Kegelere, Euerhardo dicto Kostere van Bremen, Hermanno dicto Vinde, Henemanno dicto Lakensnidere ceterisque quam pluribus fidedignis, Conrado dicto de Wettere, clerico, presente. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo primo, in vigilia Ascensionis eiusdem.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten Urk. Nr. 90, Siegel ab.

1745

1321 Mai 29

Gerhard genannt von Stade verkauft für 36 Mark dem Zisterzienserinnenkloster Sterkrade sein Eigengut Bovendorpes[1].

Universis et singulis tam presentibus quam futuris, quibus hoc scriptum fuerit exhibitum, ego Gerhardus dictus de Stade notum esse cupio publice protestando, quod mera et libera voluntate mea et consensu Rutgeri et Kůnegundis ac omnium aliorum heredum meorum presencium astancium et futurorum gratum et ratum habencium vendidi et iusto vendicionis titulo tradidi religiosis puellis abbatisse et conventui monialium in Starkerode ordinis Cisterciensis allodium meum sive bona dicta Bouendorpe cum omni iure et proventu, agris, nemoribus, pascuis, pratis, vinariis, terris arabilibus et aliis pertinenciis universis cum omnibus iuribus, que emergi possunt ab ipsis, et pensionibus annuis, que sunt quinque maldra siliginis, unum ordei et unum avene mensure Dusburgensis, unus porcus duorum solidorum valentis usualis monete, octo pulli, una auca, que omnia et singula in festo beati Martini hyemali tempore ad supra dictum monasterium per colonos dictorum bonorum annis singulis inpedimentis quibuslibet exclusis penitus presententur, predicta omnia et singula prefato iure in perpetuum pro libero heredio possidenda pro XXX^{ta}VI marcis Sosaciensium denariorum bonorum et legalium in pecunia ad meam voluntatem et meis pueris supra dictis et heredibus tradita et soluta, transferens omne ius et proprietatem dictorum bonorum cum premissis omnibus et singulis in dictam abbatissam et eius conventum, que michi et pueris meis in presencia domini Hugonis dicti de Gardape, iudice existente, quod vulgariter dicitur vrigreve, omni actioni, peticioni, que michi vel heredibus meis in iure canonico vel civili contra predictam abbatissam et conventum racione huiusmodi vendicionis facte possent actu aliquo suffragari. In cuius rei testimonium nos predictus Hugo ex rogatu utriusque partis sigillum nostrum una cum Gerhardi predicti sigillo presentibus apponi iussimus firmiter roborando. Presentes erant, dum hec facta sunt, discreti viri Everwinus, pastor ecclesie in Osteruelde, Hildebrandus, sacerdos, capellanus in Starkerode, Rutgerus et Everhardus fratres de Arbogel, Rutgerus de Cnippenborch, Wenemarus Duker, Henricus de Brucghoue, Theodericus de Berenbeke, Burchardus de Westerholte, Hermannus dictus Drughe et alii quam plures testes ad hoc vocati specialiter et rogati. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo primo, in crastino Ascensionis eiusdem.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A (Dep.) Urk. Nr. III 756 (Sterkrade), Siegel des Ausstellers und des Freigrafen anhängend; Rückvermerke: 1. item Bouenstorpe gut in parrochia Osteruelt, 2. Storp zu Osterfeld.

[1]) In Oberhausen-Osterfeld.

1746

1321 Mai 30

Der Knappe Konrad Slegtrime verkauft dem Kloster Neu-Küstelberg für 21 Mark zwei Höfe in Wirnstorp[1] *bei Wiemeringhausen*[2] *in der Pfarrei Assinghausen*[3].

Ego Conradus Sleytrime, famulus, universis, ad quos presens scriptum pervenerit, cupio esse notum, quod de pleno consensu et bona voluntate Helewigis, uxoris mee legitime, Herbordi, filii mei, ceterorumque heredum meorum vendidi honorabili viro domino Godfrido, preposito in Nouoquistelberg, ac conventui ibidem et quibuscumque sive cuicumque vendiderint sive assignare decreverint duos mansos meos, sitos in villa Wirnstorp iuxta Wigmannencusen in parrochia Assenkosen, cum omnibus proventibus, pertinentiis et iuribus eorundem pro viginti marcis Sosatiensium denariorum et una marca michi tradita et soluta iure hereditario perpetuo possidendos, promittens bona fide predictis .. preposito, conventui et quibuscumque aut cuicumque vendiderint vel assignare decreverint warandiam debitam et consuetam in mansis antedictis, si necesse fuerit, facere super hoc, dum fuero requisitus. In horum evidens testimonium sigillum meum proprium coram Gerhardo, sacerdote, filio Symonis de Salice, Ordemaro, clerico de Doruelden, Iohanne de Scarpenberg, Herbordo de Bekerencusen, famulis, ac Gerhardo Cellerario, anno incarnationis dominice M° CCC^{mo} vicesimo primo, sabbato post Ascensionis eiusdem presentibus est appensum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Glindfeld Urk. Nr. 30, vom abhängendem Siegel nur Wachsrest erhalten; Rückvermerk (15. Jahrh.): duorum mansorum emptio Wymarinchusen; Regest: Führer, Medebach Nr. 147, S. 31.

[1]) Wüstung; [2]) südlich von Assinghausen; [3]) zwischen Winterberg und Olsberg.

1747

1321 Juni 4 bei Soest

Vor Gerhard, Amtmann des Grafen Ropert von Virneburg, und den Rittern Konrad von Brochusen und Erenfrid von Bredenole erklärt der Knappe Henrich genannt Balke, er und sein Sohn Arnold hätten keinerlei Anspruch auf die Güter zu Berwicke[1]*, da diese von seinem Bruder Arnold rechtmäßig an Godfried, den Dechanten von (St. Patrokli) Soest, und den Kanoniker Hermann genannt Pyl verkauft worden seien. Von diesen habe sie wiederum der Kanoniker Johannes von Lippia gekauft. Er, Heinrich, habe seinen Sohn Arnold nicht angestiftet oder Hilfe geleistet, Johannes im Besitz der Güter zu stören.*

Universis presentes literas visuris et audituris nos Gerhardus, officiatus viri spectabilis domini Roperti comitis de Vyrnenburg, necnon Conradus de Brochusen et Erenfridus de Bredenole, milites, notum facimus et publice protestamur, quod in nostra et testium infrascriptorum presencia constitutus Henricus dictus Balke, famulus, sub anno Domini M° CCC° vicesimo primo in octava Ascensionis eiusdem in cimiterio sancte Walburgis extra muros Sosacienses recognovit se et filium suum Arnoldum ceterosque suos heredes nullum ius omnino habere in bonis sitis in Berewik venditis quondam ab Arnoldo, fratre suo, et suis heredibus quondam domino Godefrido, decano ecclesie Sosaciensis, et Hermanno dicto Pyl, ibidem canonico. Que bona nunc possidet dominus Iohannes de Lyppia, dicte ecclesie canonicus, qui ipsa sua pecunia ab eodem .. decano et Hermanno rite et perfecte comparavit. Exhibuit quoque se idem Henricus iuramento suo hoc firmaturum in eodem loco, quod innocens et immunis esset, quod umquam Arnoldum, filium suum, ad hoc consilio, ope vel auxilio induxisset, quod dicto domino Iohanni aut alicui inpeticionem aut inpedimentum faceret in bonis memoratis, petens, ut propter hoc sigilla nostra presentibus apponere dignaremur. Et quia huiusmodi confessionem dicti Henrici audivimus, ipso petente sigilla nostra duximus presentibus apponenda in testimonium premissorum. Actum et datum anno et die predictis, presentibus dominis Dethmaro dicto Make et Iohannes Snap, canonicis Sosaciensibus, Alberto, vicario altaris sancti Martini ibidem, nec non viris strennuis Goswino de Sosato et Theoderico de Honrode, militibus, Iohanne de Kywe et Brunone Make, magistris consulum Sosaciensium, Iohanne de Lůnen maiore, Heydenrico de Medebeke, Iohanne, monetario, et Conrado Wulfardink ac Helmerico de Lyppia, opidanis Sosaciensibus, Arnoldo Karsate, Vollando et Walthero ac Henrico Syn aliisque pluribus fidedignis, Wigghero et Conrado, advocatis villicacionis Sosaciensis.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 105 a, Siegel des Amtmanns (stark abgebrochen), des von Brochusen (etwas abgebrochen) und des von Bredenole (ebenfalls stärker abgebrochen) abhängend.

[1]) Östlich von Welver bzw. nördlich von Borgeln.

1748

1321 Juni 4

Bischof Ludwig von Münster tauscht mit Zustimmung von Dechant und Domkapitel zu Münster mit den Rittern Godfried von Meinhövel (Menhouele) *und Hermann von Münster* (de Monasterio) *und ihren Erben Hermann, Bernhard, Bertradis und Elisabeth das Eigentumsrecht an seinem Hof* tor Hede[1] *im Kirchspiel Olfen* (Vlflon) *und der Bauerschaft Kökelsum* (Kukelshem)*, den die genannten Ritter zu Lehen haben, mit dem Eigentumsrecht an dem Hofe* Huschenhüve[2] *im Kirchspiel Ascheberg* (Ascheberghe) *und der Bauerschaft Entrup* (Henninctorpe)*, der dem + Conrad Burggraf in Rechede gehörte und den Bernhard genannt Husche bebaut. Siegelankündigung des Bischofs und des Domkapitels. Datum 1321 Juni 4* (feria quinta ante festum Penthecostes).

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches Archiv Urk. III Nr. 79 (Flaesheim), Siegel des Bischofs und des Domkapitels von Münster anhängend; Mischregest: WUB VIII Nr. 1487.

[1]) Vergl. Anm. 1 zur Urkunde von 1321 November 14; [2]) vergl. Urkunde von 1321 November 14.

1749

1321 Juni 6

Graf Heinrich von Schwalenberg und Ritter Johann von Brobecke sprechen Recht im Streit zwischen dem Kölner Erzbischof und seinem Stift sowie dem Grafen Roprecht von Virneburg mit seinen Helfern auf der einen Seite und dem Grafen Heinrich von Waldeck auf der anderen Seite:

1. Wegen der Errichtung der Wetterburg[1] rechtfertigt sich der Graf von Waldeck, sie sei ein altes Gebäude, läge auf seinem Eigengut und er habe mit dem Bau nicht die Rechte des Herzogtums, des Erzbischofs, die der Freigrafschaft oder des Gogerichts verletzt. 2. Die Einwohner von Marsberg sollen den angerichteten Schaden in Höhe von 4000 Mark ersetzen. 3. Wenn die von Itter den Grafen von Waldeck wegen eines Schadens von 2000 Mark beschuldigen, so soll der Spruch der Sühneleute eingehalten werden. 4. Was die Marsburg[2] betrifft, so dürfe der Kölner Erzbischof in seinem Herzogtum nicht bauen, wo er wolle. Wenn der Graf von Waldeck belegt, daß dies in seiner Vogtei und Gericht und auf seinem Eigengut geschehen ist, ist sie abzubrechen. 5. Wenn Johann von Rhena und seinem Sohn Johann ohne Fehdeansage und nach der Sühne Schaden zugefügt wurde, weil er sich dem Kölner Erzbischof unterstellte, so soll ihm der Graf von Waldeck diesen ersetzen. 6. Wegen der Beschuldigung des Grafen von Waldeck gegen den Grafen von Virneburg wegen Nichtzustandekommens von ehelichen Verbindungen und einer Sühne gegenüber dem Abt von Corvey wegen des von diesem dem Grafen von Waldeck zugefügten Schadens soll sich der Graf von Virneburg rechtfertigen. 7. Der Graf von Virneburg erhebt gegenüber dem Grafen von Waldeck Forderungen von 1600 Mark bzw. von 3000 Mark. 8. Da das Haus Volmarstein als Pfand dem Grafen von Waldeck für eine Summe von 1600 Mark ausgeliefert werden sollte und er einen Schaden von 3000 Mark reklamiert, soll sich der Graf von Virneburg erklären. 9. Was nach dem Forderungen des Grafen von Waldeck an die von Itter nach dem Spruch von Sühnleuten festgelegt wird, soll ausgeführt werden. 10. Zur Beschuldigung des Grafen von Waldeck gegenüber dem Grafen von Virneburg, daß dessen Amtsleute zu Medebach in seiner Freigrafschaft und bei seinen freien Leuten mit Gewalt Bede in Höhe von 1000 Mark eingezogen hätten, soll der Graf von Virneburg die ihm benannten Amtsleute zur Rechenschaft ziehen und das unrechtmäßig Erhobene zurückerstatten. 11. Zur Beschuldigung, daß Winterberg von Leuten des Grafen von Waldeck während des Friedens erstiegen wurde, soll sich der Graf rechtfertigen. 12. Zur Beschuldigung des Grafen von Waldeck gegenüber dem Grafen von Virneburg, daß dessen Amtsleute sich in seiner Freigrafschaft eingelagert und Kühe und zwei Karren mit Leinwand weggenommen hätten, nehmen die Schiedsfreunde zur Frage, ob sich ein Amtmann des Herzogs nach Herzogsrecht in der Freigrafschaft eines Herren einlagern darf, nicht Stellung. Wegen der Beschlagnahme durch die Amtsleute soll sich der Graf von Virneburg rechtfertigen. 13. Aufgrund der Klage des Grafen von Virneburg, daß der Graf von Waldeck dem Konrad Schlechtrim eine Summe zugesagt hat, soll er das Versprochene entrichten. 14. Zur Klage des Heinrich von Adorp, daß ihm der Graf von Waldeck ein Fuder Wein abgenommen habe, obwohl er einen Geleitbrief des Grafen habe, so brauche der Graf dieses nicht zu ersetzen, da er es nach der Aufkündigung weggenommen habe. 15. Was die Klage der Einwohner von Marsberg gegen die Amtsleute des Grafen von Waldeck wegen Raub und Brandstiftung betrifft, so soll der Graf dazu Stellung nehmen. Was aber aber bereits in die Sühne einbezogen ist, soll ungeahndet bleiben. 16. Die Bürgen des Konrad von Klinge sollen ihren Verpflichtungen zum Einlager nachkommen. Das gilt auch für den Grafen, wenn er etwas versprochen hat. 17. Zur Beschuldigung des Grafen von Waldeck gegenüber den Einwohnern von Marsberg wegen Raub und Brandstiftung während der Friedenszeit, sollen diese behalten, was sie mit ihrem Eid belegen können. 18. Wenn der Graf von Waldeck den Grafen von Virneburg beklagt, daß dieser versprochen habe, die Schatzung von Diderik Klepels, die Gerhard von Hottepe eingezogen hat, wiederzugeben, so solle er diese zurückerstatten, er sei denn, er könne einen Rechtsanspruch darauf belegen. 19. Wenn die Einwohner von Brilon die ohne Fehdeansage geschehenen Übergriffe gegenüber den Leuten des Grafen von Waldeck zugeben, so sollen sie erstatten, was sie nicht rechtlich beanspruchen können. 20. Wenn der Graf von Waldeck an der Nutzung seines Burglehens des Kölner Erzbischofs zu Rüthen seit der Zeit, seit der Graf von Virneburg im Amt ist, gehindert wird, obwohl er dazu Urkunden besitze, so soll das eingehalten und die von ihm geforderten Rückstände er-

Landesbibliothek Detmold

Universis presentes litteras inspecturis et audituris nos Henricus et Rudolfus, liberi Rudolfi de Aslen, notum esse volumus, quod nos cum consensu omnium heredum nostrorum et ex unica nostra voluntate simul iunctis manibus vendidimus quosdam agros dictos Neghelinclant, capientes XVII maldra in semine siliginis, sitis in campo Aslen, Iutte, abbatisse in Vrondeberghe, ac conventui ibidem pro centum marcis legalium denariorum nobis persolutis pro mere propria, quod vulgariter dicitur dorslaghen eghen, ex nunc in antea iure hereditario perpetue possidendos, et eosdem agros iam dictos plane cum patre nostro supradicto ac aliis heredibus nostris dictis abbatisse ac conventui coram libera sede, Henrico dicto Wste vrigravio existente, resignavimus. Protestamur[a] etiam nec uxores legitimas nec liberos hoc tempore venditionis habuisse. Pro warandia facienda abbatisse predicte ac conventui fideiussores constituimus, videlicet Henricum dictum Bokeman, Theodericum de Husen ac Enghelbertum de Ludenscede. Si nos in premissis adimplendis insufficientes inventi fuerimus, dicti fideiussores Vnna intrabunt ad iacendum, quandocumque requisiti fuerint, non exituri, quo usque dicto conventui fuerit satisfactum. Quod fide data simul iunctis manibus assecuraverunt. Testes venditionis huius sunt Theodericus Rodenbergh de Massene, Themo de Buren, Ludewicus in Foro, Theodericus Werinbolt ac Goschalcus dictus Scratworm ac alii quam plures. Testes autem huius resignationis fuerunt Gotscalcus de Eclo, gogravius in Limborgh, Bernardus de Bosinc, Henricus, preco liberi comitis supradicti, Theodericus de Drere, Henricus supra Pratum, Gotfridus W^{o}s de Aslen, Adolf de Dusen, Henricus oppen Pasche ac alii quam plures fide digni. In huius rei testimonium nos Henricus et Ru. supradicti et nos Iutta abbatissa supradicta rogavimus nobilem virum Theodericum comitem de Limborgh nec non Goswinum, gogravium in Vnna, sigilla nostra presentibus applicari. Et nos Th. comes de Limborgh et Gos., gogravius in Vnna, sigilla nostra presentibus in testimonium veritatis et firmitatis ad peticionem Henrici et Rudolfi nec non abbatisse duximus apponenda. Datum anno Domini M^{o} CCC^{o} XXI, feria V^{a} post Iohannis Baptiste, in Wickede.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 99, Siegel des Grafen Dietrich von Limburg (gut erhalten, WS 31 Nr. 9) und des Grafen zu Unna (WS 181 Nr. 17) anhängend.

[a]) Das „r" aus s korrigiert.
[1]) Östlich von Dortmund.

1757

1321 bis Juli 2

Bürgschaftsversprechen Dortmunder Bürger für Briefe nach Lund und Strausberg.

Pro patente litera in Lundoniam Dacie ex parte Henrici Hegenere transmissa fideiusserunt isti: Arnoldus de Linne, Henricus de Linne, Arnoldus de Waltorpe et Henricus de Lene cum ipso Henrico Hegenere supradicto coniuncta manu tali condicione, quidquid inde provenire contigerit, hoc ipsi tenentur civitati restaurare.

Pro patente litera ad petitionem Lamberti Beyen in Struceberg transmissa fideiussit ipse Lambertus una cum Cesario de Henxtenberge et Hildebrando de Wickede anno Domini 1321.

Pro litera patente in Londoniam Dacie transmissa ex parte Arnoldi de Parva Tremonia et sororis sue fideiusserunt isti: Ar. de Linne, Willekinus Dobbe, Leo Alutarius et Hen. de Lena, anno Domini 1321, die Processi et Martiani martirum.

Eintragung im 1945 vernichteten Bürgerbuch (liber civium), *Stadt A Dortmund, Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 391.*

1758

1321 Juli 6

Nachdem Christina von der Winden vor dem weltlichen Gericht des Kölner Erzbischofs zu Soest dem Heinemann, Sohn des Soester Bürgers Albert genannt Boliken, den Oberhof Fahnen[1] *im Kirchspiel Borgeln geschenkt hatte, verspricht im Gegenzug Heinemann vor dem Rat zu Soest seiner Tante mütterlicherseits als Leibrente die Entrichtung von zehn Maltern Korn aus dem seinem Vater gehörenden Haus und dem Hausplatz, genannt* tho der Winden. *Nach dem Tode der Christina soll ihren drei Schwestern, falls diese noch leben, ebenfalls auf Lebenszeit jeder eine Kornrente von einem Malt Korn zufallen. Christina darf in ihrem Testament 24 Mark aus dem Haus zu der Winden vermachen.*

Nos Iohannes de Kywe et Bruno dictus Make, proconsules, et ceteri .. consules in Sosato notum facimus singulis ac universis, quod ad nostram accedens presentiam Cristina dicta van der Winden cum discreto viro Hermanno de Gesike, tutore et procuratore in hac parte, contulit et dedit liberaliter de manu sua, sicut in iudicio seculari reverendi domini nostri .. Coloniensis, quod apud nos est, ante fecerat, curtem dictam tho den Vanen, sitam in parrochia Borgelen, cum suis appendiciis universis Heynemanno, filio Alberti dicti Boliken, coopidani nostri, perpetuis temporibus possidendam et habendam, dictaque donatione sic legitime consummata prefatus Heynemannus volens .. matertere sue Cristine predicte grata vicissitudine respondere, dedit et assignavit ipsi Cristine de consensu et assensu patris sui prenominati pensionem decem maltorum siliginis et ordei sub pari quantitate singulis annis inter festa beatorum Mychaelis et Martini hyemalis sibi quoad vixerit, ex domo et area patris sui predicti dicta tho der Winden, sita infra muros Sosacienses, expedite persolvendam. Sed cum dicta Cristina migraverit de hac luce, extunc statim cessabit solutio pensionis memorate, nisi quod tribus sororibus dicte Cristine, videlicet Alburgi, moniali in Weluere, Megthildi et Alheydi, cuilibet earum, que post obitum dicte Cristine vixerit, dabitur ex domo prefata pensio unius malti annone prelibate pro viteductu tantum. Quibus singulis decedentibus statim singule huismodi pensiones libere redibunt ad ipsam domum et solute. Insuper est condictum et placitum, quod sepedicta Cristina sana vel debilis testamentum faciens legare potest viginti et quatuor marcas denariorum Sosati usualium ubicumque sibi visum fuerit expedire, ex domo predicta expedita persolvendas. Ad quod memoratus Albertus Bolike dedit plenum consensum et assensum. In cuius rei testimonium ad preces parcium predictarum duximus sigillum nostri opidi presentibus apponendum. Actum presentibus nobis proconsulibus predictis nec non Henrico de Honporten, Syfrido de Palude, Theoderico Cappelle, Hermanno de Medebeke, Segenando cum Pugno, Richardo de Suderlande, Iohanne

Vole, Hermanno Cubec, Syfrido cum Pugno, Arnoldo Wenke, Iohanne de Molendino, Alberto de Hattorpe, Iohanne de Honsele, Marquardo van dem Lo, consulibus ac toto consilio Sosaciensi. Datum anno Domini M° CCC^mo XX° primo, in octava beatorum apostolorum Petri et Pauli.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Bestand A Urk. Nr. 3320, Siegel der Stadt Soest (zerbrochen) anhängend.

[1]) Im nordwestlichen Teil der Gemeinde Borgeln (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest S. 18 Nr. 27 bzw. Karte S. 17).

1759

1321 Juli 9

Johann und Hermann genannt Scrivere verkaufen dem Zisterzienserinnenkloster Welver das Eigentumsrecht an einem beim Kloster gelegenen Gehölz, das 13 Morgen umfaßt und das von ihnen Johann von Grumme zu Lehen trug.

Nos Iohannes et Hermannus dicti Scriuere tenore presentium cupimus fore notum omnibus presentis scripti seriem inspecturis et publice protestamur, quod ego Iohannes cum consensu et voluntate Beatricis, uxoris mee, et Hermanni, filii mei, et ego Hermannus habito consilio Cristine, uxoris mee, Elizabet et Meycheldis, filiarum mearum, et omnium verorum heredum nostrorum amborum futurorum, cum adhuc uterque nostrum in presenti plures liberos non haberet, vendidimus, manumisimus et resignavimus honorabilibus et religiosis personis .. abbatisse et .. conventui in Weluere ordinis Cisterciensis Coloniensis dyocesis proprietatem, que vulgariter egendom dicitur, tredecim iugerum nemorum, que vulgariter dicitur holtwas, absolute scita iuxta Weluere claustrum predictum, que Iohannes de Grumme a nobis tenuit iure feodali, quin immo abrenuntiamus et renuntiamus omni iuri, quod .. nobis et .. heredibus nostris posset competere in perpetuum de eisdem. Nos igitur volentes ipsis .. abbatisse et .. conventui de omni inpetitione predicte proprietatis plane, libere, perfecte et absolute in perpetuum precavere, dedimus ipsis presens scriptum sigillis nostris sigillatum. Huius rei testes sunt honesti et honorabiles viri Ecbertus de Foro et Conradus, cappellanus in Weluere, sacerdotes, canonici in Arnesberghe, Hermannus de Plettenbraycht, miles, Erpo de Holtem, Iohannes de Grumme predictus et Heynemannus de Vorstenberghe, bone nationis famuli, Theodericus de Holdinchoue et Hermannus dictus Bars, tunc temporis proconsules in Werle, Henricus de Steyne et Iohannes de Horst, consules ibidem, et quam plures alii fidedigni. Datum et actum anno Domini M° CCC° vicesimo primo, in crastino Kiliani martiris et sociorum eius.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 170, das erste Siegel ab, das des Hermann Scriver (WS 215 Nr. 16) anhängend.

1760

1321 Juli 13 Köln

Erzbischof Heinrich von Köln verfügt auf Wunsch des Grafen von der Mark, daß an der Pfarrkirche zu Kamen statt des bisherigen einen Rektors vier Rektoren wirken sollen, die jede Woche abwechselnd den Gottesdienst feiern, gemeinsam aber das Stundengebet halten sollen. Ihr Rang richtet sich nach der Reihenfolge ihrer Präsentation, die dem Grafen von der Mark zusteht.

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, in perpetuum. Sollicitudo pastoralis officii, in cuius pa[rtem ...] existimus, nos astringit inter cetera, ut utilitatibus ecclesiarum nobis subiectarum studiosius intendamus. Quod utique cum effectu facere credimus, si divinum cultum [...] canonice augmentamus. Sane iam pridem spectabilis vir Engelbertus comes de Marka, nostre ecclesie fidelis, nobis supplicavit, ut, cum fructus ecclesie parrochialis [de Ka]mene nostre diocesis ad presens vacantis, ad presentacionem suam tamquam veri ipsius patroni spectantis et per unum rectorem hactenus regi consuete pro sustentacione sufficientes, [...] ca

quatuor personas instituere dignaremur tamquam rectores, qui ipsius curam gererent et in ea divinum officium peragerent et celebrarent. Nos igitur desiderantes [...], ut nostris temporibus divinus cultus augeatur, suis precibus duximus [annuen]dum ac consensu prepositi et archidyaconi eiusdem [ecclesie], qui iura archidyaconalia in ipsa ecclesia d[e Kamene] de consuetudine dinoscitur obtinere, statuimus, disponimus et ordinamus per presentes, quod in dicta ecclesia de Kamene exnunc in antea [...] in perpetuum [...] principales instituantur, qui in ea celebrent et divinum officium peragant iuxta [modos] et formas infrascriptos. In primo igitur volumus et [ordin]a[mus], quod ipsorum presentatio [ad dictum] comitem de Marka et suos successores legitimos tamquam veros patronos dicte ecclesie, ipsorum institucio ad prepositum et archidyaconum predictum. sicut hactenus [...] comes ad presens vice prima easdem personas quatuor instituendas eidem preposito presentabit, qui eisdem curam animarum dicte ecclesie committet [...] eorum [...], que ecclesia et in possessionem mittendo corporalem [...] secundum ordinem sue institucionis prioritatem sive posteritatem in grad[u] obtinebunt et quandocumque [cont]igerit, idem comes vel suus successor pro tempore aliam personam ydoneam dicto preposito in locum premortui instituendam presentabit, que secundum ordinem sue presentacionis ultimum [lo]cum post alios obtinebit. Preterea ordinamus et decernimus, quod qualibet dictarum quatuor personarum per septimanam suam [dictam] ecclesiam [off]iciabit principaliter missam celebrando, [... in]firmos [cum cor]pore Christi et oleo sancto visitando. Alie tamen ipsum, prout conveniet, adiuvabunt [et omnes] singulis diebus ad ecclesiam p[re]dictam conveniant ad singulas [ho]ras [cane]ndo, psallendo, legendo, sicut onus [...] iniuncti hoc requirit. Item [...] quatuor persone fructus [...] et obventiones dicte e[cclesie] universos [...], sic tamen, [quod] senior sive locum [...] ordine inter ipsos antiquitus [...] adhuc modo [...] solvi pot[...], ordinamus, quod [...] seniorem in ipsorum ordine revereantur, [...] ipsius monita salubria advertant, [...] attendant, non tamen ut prelati, [qu]ia ipsam super eas iurisdictionem nolumus o[btinere] eorum, festivitatibus principalibus duplicibus divinum officium, si voluerit, pre ceteris celebrabit e[t so]lus domum dotis dicte ecclesie pro sua voluntate obtinebit. Preterea decernimus et ordinamus, quod [... quatuor persone] temporibus a iure statutis se faciant in presbiteros ordinari, sicut alii ecclesie rectores curam habentes, alioquin suis beneficiis privati existant ipso iure, teneantur ad residentiam personalem, prout alii rectores ad [eam] sunt astricti. Preterea dictus nomine senior, qui pro tempore fuerit, synodum nostram sanctam Colonie expe[...], dicte quatuor persone simul et communiter onera dicte ecclesie, quecumque sive in cathedratico sive synodatico sive decimis solvendis sive in nunciis sedis Apostolice sive nostris [...] vel [...] superiorum prelatorum exsistant, supportabunt. Correctio vero personarum ad illum, ad quem hactenus unius rectoris dicte ecclesie pertinuit, pertinebit. Reservamus insuper nobis premissorum omnium et singulorum potestatem interpretandi, [...]dandi, mutandi et corrigendi, prout nobis viam iusticie videbitur expedire [...]. Nulli omnino hominum liceat hanc nostram presentem ordinacionem, voluntatem et decretum infringere vel eisdem ausu temerario contraire, si omnipotentis [Dei] et nostram ammonicionem voluerit evitare. In quorum testimonium et roboris firmitatem sigillum nostrum ac prefati prepositi ecclesie nostre Coloniensis presentibus sunt appensa. Et nos prepositus et archidyaconus ecclesie Coloniensis prefatus sigillum officialitatis nostre in testimonium et consensum premissorum presentibus nos appendisse profitemur. Actum et datum Colonie anno millesimo trecentesimo vicesimo primo, tercio decimo die mensis Iulii.

Ausf., Perg., A der Kirchengemeinde Kamen, Schrift größtenteils abgeblättert; Regest: REK IV Nr. 1250.

1761

1321 Juli 24 Dortmund

Ritter Konrad von Diedinghoven verkauft dem Dortmunder Bürger Ecbert von Werle für 52 Mark ein Drittel seines Oberhofs zu Diedinghoven[1].

Universis et singulis Christi fidelibus presentes litteras visuris et audituris ego Conradus de Diddinchouen, miles, notum facio tenore earundem publice protestando, quod de consensu et expressa voluntate domine Belie, matris mee, Euerardi, fratris mei, Mechteldis, uxoris mee, Belie, tunc temporis unice filie et heredis mee, ac omnium heredum meorum presencium et futurorum vendidi et resignavi rite et racionabiliter

cum eisdem discreto viro Ecberto de Werle, opidano Tremoniensi, et suis veris heredibus terciam partem curtis in Diddinchouen pro mere propria in omni situ et essencia sua, sicut michi pertinuit cum omnibus suis utilitatibus et attinenciis, videlicet aquis, piscariis, pratis, pascuis, lignis, nemoribus, campis, agris cultis et incultis, prout in sitibus suis iacent pro quinquaginta et duabus marcis bonorum denariorum Tremonie legalium numerate pecunie et solute hereditarie possidendam. Acta fuit hec venditio Tremonie in domo Arnoldi de Gradu, presentibus honestis viris Gerardo de Wittene, milite, Henrico de Hardenberge, Henrico de Wickede, proconsule Tremoniensi, Iohanne, iudice in Herbedde, Rodolfo de Monte et Arnoldo de Gradu, testibus fidedignis ad premissa vocatis specialiter et rogatis. In cuius rei testimonium perpetuum sigillum meum pro me et pro meis heredibus omnibus duxi presentibus appendendum. Et ad maiorem evidenciam sigillum honorabilis viri Gerardi de Wittene, militis predicti, mei consanguinei, imperavi cum heredibus meis una cum sigillo meo presentibus literis applicari. Et ego Gerardus de Wittene, miles prenominatus, rogatus a dicto venditore et a suis heredibus supradictis recognosco sigillum meum cum sigillo suo in testimonium veritatis presentibus litteris appendisse. Nos quoque heredes supradicti, videlicet mater, frater, uxor et filia sub sigillis predictis recognoscimus omnia premissa vera esse. Datum in vigilia beati Iacobi apostoli, anno Domini M° CCC° XX° primo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Clarenberg, Urkunde Nr. 5, Siegel des Ausstellers (stark beschädigt; Bild: 6 Schrägleisten) und des Gerard von Wittene (in rotem Wachs, oberer Rand abgebrochen, wie WS 201 Nr. 2, doch anderes Typar) anhängend; Druck: UB Clarenberg Nr. 5; Regest: Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 554.

[1]) Wüstung südlich von Dortmund.

1762

1321 Juli 27

Engelbert Graf von der Mark belehnt den Ritter Lambert von Hoevel mit Gütern zu Geithe[1] und anderen dazu gehörenden Gütern, der seinerseits wiederum den Hermann von Rudinghusen und seinen Bruder damit belehnt[2].

Nos Engelbertus comes de Marka presentes inspecturis et audituris notum esse volumus, quod nos de consensu .. heredum nostrorum omnium porreximus sive contulimus Lamberto de Hûuele, militi, quedam bona dicta Gheytene et quedam alia bona libera infra iam dicta bona iacencia iure feodali, tali condicione adiecta, ut idem Lambertus predictus prenarrata bona conferat sive porrigat Hermanno de Rûdinchusen et fratri eiusdem in eodem iure prenominato, quod et fecit. In huius rei testimonium sigillum meum necnon sigillum Lamberti de Hûuele, militis predicti, presentibus fecimus applicari. Et ego Lambertus de Hûvele predictus recognosco me sub sigillo honorabilis viri domini Engelberti comitis de Marka ac meo Hermannum de Rûdinchusen et fratrem eiusdem predictos de bonis supradictis rite et rationabiliter infeodasse. Actum et datum anno Domini M^mo^ CCC^mo^ vicesimo primo, feria secunda post festum sancti Iacobi maioris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Kentrop Urk. Nr. 33, Reitersiegel des Grafen Engelbert von der Mark (Umschrift abgebrochen, WS 11Nr. 1) mit Rücksiegel (WS 16 Nr. 4) und des Lambert von Hoevel (Bruchstück) anhängend.

[1]) Östlich von Hamm; [2]) vergl. Urkunden von 1325 Juni 24 und Juli 26.

1763

1321 Juli 29

Erzbischof Heinrich von Köln gewährt dem Klerus der Erzdiözese Köln für dessen Unterstützung beim Erwerb der Grafschaft Hülchrath gewisse Rechte und Freiheiten.

Die früher im Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, Urk. Nr. III 973 (Vest) vorhandene Urkunde fehlt heute.

1764

1321 Juli 31

Vor dem Rat der Stadt Werl verkaufen die Brüder Dietrich und Johannes von Allen dem Kloster St. Walburgis (Soest) eine Rente von vier Schillingen aus ihrem Besitz zu Werl, den Johannes Lichte, seine Frau Gertrud und deren Sohn Hermann bewohnen. Die Rente sollen auf Lebenszeit Elisabeth und Godolendis genannt Honomenninch, Nonnen in St. Walburgis, beziehen. Nach ihrem Tode soll der Konvent eine Speisung erhalten und dafür das Jahresgedächtnis der Schwestern und ihrer Eltern begehen.

In nomine Domini amen. Nos proconsules Hermannus Bars et Theodericus de Holinchoue totumque consilium opidi Werlensis notum esse cupimus tenore presentium literarum, quod Theodericus de Allen et frater suus Iohannes de bono consensu et voluntate uxoris sue et suorum heredum vendiderunt rite et rationabiliter pro pecunia sibi competenti et soluta annuam pensionem quatuor solidorum Sosati legalium domino .. preposito et .. conventui sanctimonialium sancte Walburgis perpetuo possidendam duobus terminis anni solvendam, scilicet in Pascha et in festo beati Mychaelis de tota hereditate, quam Iohannes Lichte et Gertrudis, uxor sua, et Hermannus, filius uxoris sue predicte, inhabitant. Quam predictam pensionem Iohannes et Gertrudis et Hermannus nunc inhabitantes persolvere promiserunt suis temporibus et post eos, quicumque hereditatem contingit inhabitare, hoc sciendum, quod Elizabeth et Godolendis, moniales sancte Walburgis et .. sorores dicte Honomenninch, hanc pensionem de hereditate paterna comparaverunt, habebunt usumfructum predicte pensionis, quoad vixerint. Post mortem vero utriusque .. sororis pytantia fiet omni anno in die sancte Trinitatis in pane et vino .. conventui pro animabus suis et suorum parentum, hac notandum, quod hereditas, de qua pensio quatuor solidorum empta est, nichil solvit nisi novem solidos et pullum unum. Huius rei presentes sunt viri prescripti cum subscriptis Iohannes, notarius comitis de Vernenburg, Iohannes, iudex noster, Hermannus Borchholthe, Hunoldus Scelyph, Conradus Capeteuwe, Dethmarus de Broke. In cuius rei testimonium ad petitionem utriusque partis, scilicet Theoderici de Allen et fratris sui Iohannis necnon Iohannis de Lichte et Gertrudis et Hermanni predictorum sigillum opidi nostri presentibus est appensum. Datum feria sexta post festum Pantaleonis martiris, anno Domini M° CCC° XXI°.

Ausf., Perg., St. Walburgis Soest Urk. Nr. 70a, Siegel ab.

1765

1321 August 5 Attendorn

Erzbischof Heinrich von Köln verleiht allen, die zum Unterhalt des Zisterzienserinnen-Klosters Drolshagen einen Beitrag leisten, den Leib des Herrn begleiten, wenn er zu Kranken getragen wird oder auf dem Friedhof für die Verstorbenen beten, einen Ablaß von 40 Tagen.

Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis Henricus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, salutem in Domino sempiternam. Quoslibet christiane fidei professores invitare ad caritatis et devocionis opera cupientes, omnibus et singulis, qui ad sustentacionem seu victum et vestitum .. abbatisse, .. priorisse seu monialium monasterii in Drolshagen ordinis Cysterciensis nostre dyocesis seu ad ornamenta vel luminaria ecclesie ibidem manus porrexerint adiutrices vel quicquam eisdem de bonis suis legaverint seu donaverint aut qui corpus Christi, cum portatur ad infirmos, cum devocione secuti fuerint vel qui cymiterium dicte ecclesie orandum pro defunctis circumierint, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, meritis et auctoritate confisi quadraginta dierum indulgencias de iniunctis ipsis penitenciis misericorditer in Domino relaxamus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Attenderne anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo, feria quarta post festum beati Petri ad vincula.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Drolshagen Urk. Nr. 15, Sekretsiegel des Erzbischofs (Rhein. Siegel 20 Nr. 19) anhängend, Regest: REK IV Nr. 1256 und Archiv Drolshagen Nr. 14.

1766

1321 August 11

Vor dem Rat der Stadt Lippstadt erklärt Rodolph genannt de Monasterio, *er habe das Steintor, durch das man von seinem Hof zum Friedhof der in Lippstadt ansässigen Augustinerbrüder geht, ohne Rechtsanspruch errichtet. Er beabsichtige nicht, ein Wegerecht über ihren Friedhof zu beanspruchen. Er nutze diesen Weg nur auf Gnade der Brüder. Wenn sie es verlangen, werden er oder derjenige, der sein Haus künftig bewohnen wird, das Tor auf eigene Kosten zumauern.*

Universis presentem literam visuris vel audituris nos consules opidi Lippensis notum facimus et protestamur publice, quod Rodolphus dictus de Monasterio, noster coopidanus, constitutus coram nobis confessus et protestatus est, quod ostium lapideum, per quod de curia sua itur ad cimiterium religiosorum virorum fratrum ordinis sancti Augustini nobiscum commorancium, nullo iure sibi competenti posuit aut ponere potuit nec per ipsum sibi intendit servitutem aliquem transeundi per ipsorum cimiterium vendicare, sed de mera gracia fratrum predictorum tali conditione interposita, quod, quandocumque ipsi fratres voluerint, ipse Rodolphus vel, quemcumque ipsam domum inhabitare contigerit in futuro, absque omni contradictione suis expensis cum bona voluntate ipsum ostium debeant obmurare. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad petitionem dicti Rodolphi suorumque heredum apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Frederico dicto Kuninc et Andrea dicto Hoppe, proconsulibus, Hermanno dicto Bake, Werensone Serdone, Hermanno de Gutingen, Ludolpho de Gyseke, Machorio Ywaninc et aliis tunc consulibus ceterisque quam pluribus fide dignis. Datum crastino beati Laurentii martiris anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo primo.

Ausf., Perg., StAM, Augustinereremiten Lippstadt Urk. Nr. 4, Siegel der Stadt Lippstadt (WS 68 Nr. 6) mit Rücksiegel (WS 74 Nr. 7) anhängend; Abschrift Msc. VII 6123, S. 206; Regest: ebenda S. 134.

1767

1321 August 11 Avignon

Papst Johannes XXII. überträgt Engelbert, dem Sohne des Grafen von der Mark, die Anwartschaft auf ein zur Zeit freies oder künftig freiwerdendes Domkanonikat mit Präbende in Lüttich. Datum Auione III idus Augusti[1] anno quinto.

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 579 (nach Reg. 72, Bl. 237, Nr. 1442).

[1]) Von Sauerland mit August 18 wiedergegeben.

1768

1321 September 3

Der Thesaurar des Alten Doms (in Münster) erklärt als vom Apostolischen Stuhl eingesetzter Richter im Prozeß zwischen dem Kleriker Arnold von Sudenvelde als Kläger und den Lippstädter Bürgern Johannes Gyselbertinch und Peter von St. Trudene als Beklagten, Arnold habe vorgetragen, daß das Zeugenverhör vor dem Propst des Stifts Lippstadt und anderen wegen der Verhinderung des Priesters Heinrich Ywaninch nicht vollständig stattfinden könne. Auf Bitten des Klägers setzt der Thesaurar einen neuen Termin an und bestimmt andere Geistliche zur Entgegennahme der Zeugenaussagen. Bei diesem Termin können auch andere Zeugen beigebracht werden.

Thesaurarius Veteris ecclesie beati Pauli, iudex unicus a sede Apostolica constitutus, cum in causa, que vertitur coram nobis inter Arnoldum de Sudenuelde, clericum, ex una et Iohannem Gyselbertinch et Petrum de Sancto Trudene, opidanos Lippenses, ex parte altera idem Arnoldus actor allegaverit et proposuerit coram

nobis, quod testes, quos ipse alias coram discretis viris preposito ecclesie Lippensis, Amelungo, rectore scolarum ibidem, ac Henrico Hasenbalg examinandos produxerint, per inportunitatem domini Henrici Ywanich, sacerdotis, sicut asserit, non plene deposuerint, ut debebant. Propter quod petebat, sed alio divino competenti, infra quod iidem testes ac alii de ipso oppido Lippensi de novo examinarentur ex officio nostro indulgeri. Unde nos ex officio nostro prefigimus ipsi Arnoldo feriam secundam proximam post festum sancti Michaelis pro termino peremptorio ad videndum fieri publicationem dictorum testium, quos ipse Arnoldus medio tempore producet coram discretis viris dominis domino Henrico, plebano ecclesie sancti Nicolai Lippensis, domino Conrado, plebano ecclesie Lesbernensis, ac alia persona ydonea, quem ipse Arnoldus ad examinandum ipsos testes una cum eisdem dominis duxerit transmittendum, quibus nos ad examinandum eosdem testes nostras vices committimus in hac parte, ut videlicet ipsos testes in forma recipiendorum testium diligenter examinent et eorum dicta nobis sub sigillis eorum interclusis infra ipsum terminum remittant et ultra procedendum in ipsa causa, prout de iure fuerit faciendum. Et protestatus est procurator ipsorum reorum expensas igitur dicto Arnoldo competentes in proximo termino, ut supra fore, salvas. Actum anno Domini M° CCC° XXI^mo^, feria quinta post Egidii.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Bestand A Urk. Nr. 6134, Siegel ab; Rückvermerk: Vorwercksche Sammlung.

1769

1321 September 3

Siegfried von Hagnen, Ministeriale, verkauft mit Zustimmung seiner Mutter Margarethe, seiner Schwestern Elisabeth, Sybilla, Margarethe und Agnes an Konrad von Meiningsen (Meninchusen) *seine Eigenhörige Elisabeth, wohnhaft in Klotingen* (Clotingen), *mit ihren Söhnen Johann und Hermann und der Tochter Christine sowie der Adelheid, der Ehefrau des Johann, und allen ihren Nachkommen. Zeugen: Johann de Kaspele, Richter in Soest, Alexander von Meninchusen, Eberhard Hake, Hermann von Rene, Conrad Deghen, Heynemann Schultete, Arnold de Hilwordinchusen, Herold, Herbert Nagelschmied, Heinrich de Brenne.*

Ausf., Perg., Fürstlich Hatzfeldtsches Archiv Köln-Merheim, Siegel ab; nicht bei Doebner, WZ 61, S. 61.

1770

1321 September 4

Ludwig Propst von Cappenberg bekundet, sein Mitbruder Petrus, Schulte in Heil[1]*, habe im Tausch den als Eigenhörigen zur Kapelle von St. Petri in Heil gehörenden Johann, den Sohn der Tochter dessen, der ein Bruder des Ludekin, des Küsters in Heil, ist, gegeben und dafür Wenemar, den Sohn der Lyfmodis, der Tochter des Winand von Norbernhusen, erhalten, so daß Johann nun Eigenhöriger des Oberhofs Brockhof in Gelsenkirchen sein wird.*

Nos Ludewicus Dei gracia prepositus in Kapenberg scire volumus universis, quod frater Petrus, villicus noster in Heyle, de consensu nostro et aliorum omnium, quorum ad hoc consensus fuerit necessarius, Iohannem, filium filie illius, qui fuit germanus Ludekini, custodis in Heyle, hominem servilis condicionis ad capellam beati Petri apostoli in Heyle pertinentem, permutavit et dedit pro Wenemaro, filio Lyfmodis, filie Winandi de Norbernhusen, ita ut idem Iohannes ad omnia iura, ad que dictus Wenemarus in curia de Bruchouen sita in Gelsterkerken tenebatur, perpetuo teneatur. Quod sub sigillo nostre prepositure presentibus appenso duximus intimandum. Presentes erant Gerwinus de Bredenschide, Henricus de Wikede, Iohannes de Bikinchusen, civis Tremoniensis, Ludewicus de Dudinc, Herenbertus de Siberdinc, Hermannus dictus Hunesben et alii quam plures. Datum in octava beati Augustini episcopi anno Domini M CCC XXI.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen, Urk. Nr. 296, Siegel ab.

[1]) Nördlich von Bergkamen.

1771

1321 September 20

Ludwig und Sophia von Hilderinchusen[1] verkaufen dem Ludwig von Dorholte ihren Wald, genannt Nordberg.

In nomine Domini amen. Universis tam presentibus quam futuris presens scriptum visuris et audituris nos Lodewicus et Sophia de Hilderinchusen, coniuges, notum facimus, quod nos utilitate nostra communi in hoc pensata sponte et voluntarie vendidimus rite et racionabiliter ac irrevocabiliter iusto empcionis et vendicionis tytulo Lodewico de Dorholtte et suis heredibus erga nos ementibus silvam nostram, que vulgariter Nortberch dicitur seu appellatur, prout iacet, pro certa summa pecunie nobis ab eodem Lodewico tradita integraliter et soluta ad habendum, tenendum et possedendum imperpetuum libere et hereditarie, pacifice et quiete, transferentes in eundem Lodewicum et suos heredes omne ius, quod nobis competebat et acquisitum fuerat in silva antedicta. Et renunciamus de eadem pro nobis et nostris heredibus cum effestucacione debita et consueta, ita quod dictus Lodewicus et sui heredes exnunc deinceps de ipsa silva se intromittent et cum eadem facient sue libitum voluntatis et ipsam in usus suos convertent, quanto poterunt ampliores. In cuius rei testimonium, quia sigillo proprio carui, abbatissam et conventum .. in Geuelsberch petivimus hanc paginam suo sigillo roborare. Et nos abbatissa et con conventus ob preces Lodewici et Sophie, coniugum predictorum, sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Acta sunt hec[a] presentibus Dyderico de Wintgassen et Scottoni de Stochken et Thilemanno de Hilderinchusen et Thilemanno in der Oyien et Thilemanno et Hilbrando et Nycolao fratribus de Oyien et Eluese de Stenbrincke et aliis quam pluribus fidedignis, in vigilia beati Mathei apostoli et ewangeliste anno Domini M° C°C°C° vicesimo primo.

Ausf., Perg., HStAD, Beyenburg (Kloster der Kreuzherren bei Wuppertal) Urk. Nr. 4, Siegel ab.

[a]) Wort über der Zeile eingefügt.
[1]) Benannt nach dem Ort Hilleringhausen in der Gemeinde Oelkinghausen (westlich von Gevelsberg).

1772

1321 September 29

Edelherr Simon zur Lippe dotiert den von ihm zur Ehre Gottes, von St. Andreas und St. Katharina gestifteten Altar in der Stiftskirche zu Lippstadt mit einem Viertel des Zehnten zu Usnen[1], den seine Ehefrau Aleidis mit eigenem Geld erworben hat und dessen Lehnsherr der Edelherr ist. Er regelt den Bezug der Einkünfte und setzt die Pflichten des den Altar betreuenden Priesters fest.

Nos Symon nobilis vir dominus de Lyppia et domina Aleydis, uxor nostra, tenore presentium recognoscimus protestantes, quod nos divinum cultum augmentare cupientes unum altare fundavimus in ecclesia claustrali opidi Lippensis de consensu .. prepositi et .. conventus ecclesie eiusdem pro salute animarum nostrarum et parentum nostrorum omnium in honorem Dei omnipotentis, beati Andree apostoli et beate Katerine virginis consecratum. Et hoc quidem altare de pleno consensu et voluntate Henrici, prepositi ecclesie Mindensis, Ottonis, Symonis, Bernhardi et aliorum heredum nostrorum omnium dotavimus et dotamus in hiis scriptis nomine dotis quarta parte decime in Vsnen, quam prefata domina Aleydis sua pecunia propria comparavit, cuius dominus feodi est dominus Lyppensis ad usum sacerdotis dictum altare officiantis in perpetuum durature, videlicet sub hac forma, quod sacerdos dictum altare pro tempore officians tollat annuatim dimidietatem annone sive bladi. Uxor vero nostra alterum partem, quam diu vixerit, percipiat atque tollat. Qua defuncta prefatus sacerdos suscipiet integraliter quartam partem decime supradicte. Sed ipse annuatim in anniversario nostro, quem simul uno die volumus observari, pro salute animarum nostrarum religiosis personis .. priorisse et .. conventui monialium ordinis sancti Augustini in Lyppia sex solidos, .. priori suoque conventui fratrum Augustinentium ibidem sex solidos et .. conventui monialium in Cappele sex solidos denariorum

Lyppensium perpetuis temporibus erogabit, residuum suo usui reservando, lino tamen de dicta decima proveniente excepto, quo idem sacerdos altari antedicto luminaria comparabit. Preterea sacerdos dicti altaris in expositione decime vocabitur, ut de eo, quod sibi de dicta decima derivabitur, certificetur vel etiam, si sibi expedire videbitur socius esse, poterit fruges sive bladum dicte decime colligendo. Insuper conditio talis est adiecta, quod dominus Lyppensis, qui pro tempore est, si decreverit, poterit dare de suo proprio prefato altari tantos redditus sive aliqua alia in mutatione perpetue pertinendos, quantos derivari contingerit de quarta parte dicte decime eam sibi hereditario possidendo. Ceterum ius patronatus dicti altaris nobilis domina nostra memorata, quam diu vixerit, obtinebit. Qua defunta devolvetur ad prepositum et conventum monasterii et ecclesie supradicte perpetuo possidendum. Insuper .. prepositus et conventus non debent redditus dicti altaris vel alios, si quos .. sacerdotum quisquam in futurum compararet ad idem altare, minorare nec usui suo usurpare, dictum altare per suos cappelanos officiando, sed quando vacat, debent alicui probo clerico, qui actu est presbiter infra terminum a iure statutum de consilio domini Lyppensis de sepedicto altari canonice providere. Sacerdos vero dicti altaris debet in estate dictis matutinis, yemali autem tempore in ortu diei missam diebus singulis celebrare. Oblationes quoque ad altare venientes illi, qui oblationes aliorum altarium ecclesie memorate percipit, presententur. Sed que ad truncum deponentur ad meliorandum indumenta sacerdotalia, ornamenta et tegumenta altaris integre convertentur. In cuius rei testimonium sigillis nostris una cum sigillo domini Henrici, prepositi Mindensis ecclesie, quibus alii nostri heredes contentantur, duximus roborandum. Datum anno Domini M° CCC° XXI°, ipso die Mychaelis.

Ausf., Perg., StAM, Stift Lippstadt Urk. Nr. 56, Siegel des Edelherrn Simon zu Lippe (Abbildung: Lipp. Regesten I Tafel 18) der Adelheid zu Lippe (desgl. II, Tafel 22) und des Heinrich zur Lippe (desgl. II Tafel 22 Nr. 30); Rückvermerk (18. Jahrh.); exhibitum 9. 10. 1683; dabei Abschrift des 18. Jahrh.*; Regest: Lipp. Regesten II Nr. 663.*

[1]) Östlich von Westernkotten, vergl. oben Nr. 431

1773

1321 Oktober 2

Erzbischof Heinrich von Köln erneuert mit Rat des Domkapitels und der Prälaten frühere Synodalstatuten über 1. Verbot für die Kleriker, sich weltlichen Geschäften zu widmen; 2. Tragen der Tonsur für Kleriker und Mönche; 3. Kleidung der Kleriker; 4. Nichtzulassung Nichtordinierter zu den Kapitelsitzungen; 5. Beschränkung der Primizfeiern; 6. Benennung der Orte in der Diözese Köln, an denen kirchliche Prozesse verhandelt werden können: Köln, Bonn, Xanten, Soest und Deutz.

(6) De locis insignibus dioecesis Coloniensis, ubi causae ecclesiasticae tractari possint et debent: Cum item felicis recordationis Bonifatius papa octavus inter caetera statuerit, ne causae Apostolicae alibi, quam in locis insignibus audiantur, et nonnulli nostrae civitatis et dioecesis homines authoritate literarum Sedis Apostolice aliquos ad diversa loca, reputantes ea loca esse insignia, citari procurant, ipsis citatis econtra asserentibus loca talia non debere pro insignibus reputari, et inter litigantes saepius dubio sic exorto, contingit ipsas partes vexari laboribus gravibus et expensis, nos hoc dubium authoritate praesentis statuti propter quietem litigantium tollere intendentes, civitatem nostram Coloniensem, Bonnensem, Sanctem, Susatum ac Tuitium loca fore insignia et esse talia, ubi causae Apostolicae tractari de iure poterunt et ea pro locis haberi deberi insignibus. Caetera vero loca nostrae dioecesis praeter loca praedicta fore minus insignia et talia, ubi causae Apostolicae tractari de iure non poterunt, declaramus. In quorum omnium testimonium et roboris firmitatem sigillum nostrum una cum sigillo capituli nostri praesentibus est appensum.

Wiedergabe nach Luenig, Fortsetzung des Spicilegii ecclesiastici des Teutschen Reichsarchivs oder Germaniae sacrae Diplomaticae, XVI, S. 421, Nr. LXIII, Regest: REK IV Nr. 1262 (mit weiteren Angaben zur Überlieferung).

1774

1321 Oktober 3

Der Offizial des Kölner Dompropsts und Archidiakons teilt Godfried, Pfarrer in Boenen mit, er habe Ladungen zur Klärung der Frage ergehen lassen, mit welchem Rechtstitel die Inhaber der Kirchen in Hoinkhausen[1], Allagen[2] und Mülheim[3] ihre Ämter innehätten. Daraufhin sei Hildeger, Scholaster von (St. Patrokli) Soest persönlich vor ihm erschienen und habe auch als Sachwalter des Dechanten des Stifts dargelegt, ihm stehe nach alter Gewohnheit das Kollationsrecht bei der Kirche zu Allagen und das Recht zur Investitur bei der Kirche in Mülheim zu, dem Dechanten aber das Kollationsrecht bei der Kirche in Hoinkhausen. Der Offizial fordert den Adressaten auf, in Soest ein Zeugenverhör durchzuführen und die Aussagen sowie schriftlichen Belege ihm zuzuleiten.

Officialis venerabilis viri domini prepositi et archidiaconi ecclesie Coloniensis discreto viro domino Godefrido, plebano in Boyne, salutem in Domino. Noveritis, quod, cum nos iam noviter auctoritate nobis commissa citari fecerimus coram nobis ad certos diem et horam .. officiantes ecclesias in Hoynchusen, in Allaghen et in Molnhem ad ostendendum, quo iure seu auctoritate dictas ecclesias officiarent seu ipsarum curam gererent, comparuit coram nobis venerabilis vir dominus Hildegherus, scolasticus ecclesie Susatiensis, pro se personaliter et nomine procuratorio pro decano dicte ecclesie proponens et asserens, quod ad ipsum .. scolasticum collatio dicte ecclesie de Allaghen pleno iure et investitura ecclesie de Molnheym ac collatio ecclesie de Hoynchusen ad dictum dominum decanum similiter pleno iure pertinerent de consuetudine prescripta et obtenta per tantum temporis spatium, cuius memoria in contrarium non existit. Unde non ad dictum dominum nostrum prepositum et archidiaconum seu ad nos vice sua nobis commissa, sed ad ipsos .. decanum et .. scolasticum pertineret inquirere principaliter, quo iure officiantes dictas ecclesias officiarent, offerens se premissam consuetudinem sive prescriptionem pro se et nomine procuratorio pro dicto decano legitime probaturum, petens se ad probandum admitti. Quem nos admisimus ad probandum prescriptam consuetudinem et admittimus per presentes. Quocirca vobis committimus auctoritate presentium et mandamus, quatenus accedatis ad locum Susatiensem ac ibidem testes, qui vobis nominati fuerint, citetis peremptorie coram vobis ac ipsos in presentia dicti .. scolastici in forma iuris recipiatis ac super facto suprascripta, quo dictus .. scolasticus pro se et pro eodem decano loco articulorum utitur legaliter et fideliter secundum interrogatoria, que vobis sub sigillo nostro interclusa transmittimus, examinetis et ipsorum dicta fideliter conscripta et quod vobis occurrerit in premissis, nobis sub sigillo vestro infra hinc et crastinum Omnium sanctorum proximum interclusa remittatis. Preterea probationes alias super premissis per dictos .. decanum et .. scolasticum faciendas per literas sive privilegia similiter[a] recipiatis et, que fides ipsis existat adhibenda et ipsarum tenorem de verbo ad verbum nobis similiter sub sigillo vestro ad dictam diem rescribatis. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo primo, sabbato post beati Remigii confessoris.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 105 b, mit zwei Transfixen von 1321 Okt. 23 bzw. undatiert; Siegel des Offizials ab.

[a]) Wort irrtümlich wiederholt.
[1]) Östlich von Anröchte; [2]) und [3]) westlich von Belecke an der Möhne.

1775

1321 [Oktober 3]

Der Scholaster erklärt, seine Behauptungen beweisen zu können.

Addit et addidit dictus .. scolasticus articulum infrascriptum, quod de premissis sit vox, verbum et fama publica, et ea sint notoria apud Susatum et in ecclesiis prefatis de Hoynchusen, Allaghen et Molnhem et quod astringat ad probandum ea sola, que sufficiunt ad suam intentionem fundandam, et probata sibi prosint. Datum ut supra.

Transfix an der Urkunde von 1321 Oktober 3 (St. Patrokli Soest Urk. Nr. 105 b), Siegel ab.

1776

1321 Oktober 5

Der Knappe Wessel genannt von Erwitte bekundet, vor seinem Freigrafen Bernhard zu Usnen habe Elisabeth, die Witwe des Johann genannt Valgs, ihr Gut zu Westhusen[1] der Äbtissin und dem Kapitel zu Geseke verkauft und aufgelassen.

Universis presentes literas visuris et audituris ego Wescelus dictus de Eruethe, famulus, notum esse cupio tenore presencium publice protestando, quod domina Elyzabet, relicta quondam Iohannis dicti Valgs, et sui heredes, scilicet Menko et Cristina, coram meo vrigravio Bernhardo in villa Vsnen iudicio, quod vulgariter vrigedinch dicitur, presidente, comparuerunt, recognoscentes se vendidisse bonum suum situm in Westhusen cum omnibus attinentiis ipsius, quod proprietatis iure hactenus possiderant, venerabilibus dominabus .. abbatisse et .. capitulo ecclesie in Gyseke iure hereditario perpetuo possidendum. Dictum bonum cum attinentiis ipsius in manus dictarum dominarum libere resignantes, renunciaverunt eciam omnibus iuribus et actionibus in predicto bono et suis attinentiis ipsis in posterum competentibus de iure vel de facto coram quocumque iudice libere et expresse. Huiusmodi resignacione et renunciacione rite factis predictus Bernhardus, meus vrigravius, per dictos Elyzabet, Menkonem et Cristinam rogatus prefatas dominas emptrices in dictum bonum [cum][a] attinentiis ipsius instauravit et installavit perpetuo possidendum, adhibitis ad hoc iuribus et sententiis debitis et consuetis, omnibus et singulis in posterum contrarium attemptantibus perpetuum silentium inponendo. Actum presentibus Bernhardo dicto de Rade, Henrico dicto Honborde, Iohanne et Henrico fratribus dictis Berteldinch, Bertoldo Berteldinch, Everhardo de Eclo et aliis quam pluribus fidedignis. Datum feria secunda post Mychaelis anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo primo. Ut autem huiusmodi factum oblivio non deleat, sed pocius memori[a][b] permaneat, ego Wescelus predictus has literas sigilli mei munimine roboravi. Datum die et anno predictis.

Ausf., Perg., StAM, Stift Geseke Urk. Nr. 41, Siegel ab; Abschrift in Msc. VII Bl. 28v (vergl. Msc. VII 5733 G II 5).

[a]) Loch im Pergament; [b]) desgl.
[1]) Wüstung bei Geseke.

1777

1321 Oktober 6

Vermerk über die Zahlungen des Rates der Stadt Dortmund an Rutger Voss, der in die Dienste der Stadt getreten ist, sowie über seine Rechte und Pflichten.

Sciendum, quod Rutgerus dictus Vuss habet totum salarium suum de servicio suo civitati promisso infra hinc et Martini, sed postea de quolibet mense dimidiam marce habebit et idem Rutgerus recedere debet a nobis, quandocunque prediximus ei ad octo dies. Item si aliquem de civibus nostris incusare voluerit, ab illo recipere debet infra muros iusticiam complementum. Sed si consules vel de consilio aliquem incusare voluerit, extunc ab uno nunciorum civitatis loco eorum recipiet de omnibus incusandis iuramentum. Item diebus vite sue nuncquam faciet contra civitatem, quod dicitur undinst. Hec facta sunt feria tercia ante festum Victoris anno Domini 1321.

Darunter gleichlautender Vermerk über die Dienste des Th. de Kelnarichove. Dieser erhält jedoch monatlich nur 5 Schillinge.

Item consules dederunt predicto Th. quinque solidos, sic quod fuerint quiti usque ad quartam feriam post Nicolay. Item dies istorum est feria quarta post Invocavit[1].

Eintragung im 1945 vernichteten sogenannten Holzbuch, Stadt A Dortmund; Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 393.

[1]) 1322 März 3.

1778

1321 bis Oktober 9

Bürgschaftsversprechen Dortmunder Bürger für abgesandte Briefe.

Pro litera civitatis Arnoldi Pattun promiserunt Alvinus de Herreke taliter, si vellemus litteram rehabere anno elapso, quod ipse deberet nobis presentare. Et hoc, si non faceret, quodcumque dampnum inde civitati eveniret, illud deberet restaurare.

Pro litera civitatis Arnoldi Suderman, Hildebrandi, fratris sui, sui et Thiderici super Viam ipsi tres fideiusserunt coniuncta manu.

Pro litera patente Cristine de Nette in Gripeswolt missa fideiusserunt Thil. Blidenmekere, Andreas in Balkenstrate anno Domini 1321 in crastino nativitatis beate Marie[1].

Pro litera patente Ludekini Oppenberg in Stralessunde transmissa fideiussit ipse et Iohannes de Werne, Anthonius Carnifex et Henricus Vemol coniuncta manu. Datum anno Domini 1321, Die Dionysii.

Eintragung im 1945 vernichteten Bürgerbuch (liber civium), *Stadt A Dortmund; Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 392.*

[1]) 9. September.

1779

1321 Oktober 9

Der Amtmann zu Rüthen, Lutterus[1], erklärt, er habe nie erlebt, daß der Zehnte des Klosters Oelinghausen zu Eiden[2] in der Pfarrei Hoinkhausen durch ihn oder einen ihm untergebenen Richter mit Beschlag belegt worden sei. Die Verjährungszeit für den endgültigen Erwerb eines Gutes sei niemals durch einen durch sein Gericht ausgesprochenen Arrest unterbrochen worden. Durch die Einflüsterungen des jungen Edelherrn Bertold von Büren habe aber der Vertreter seines wegen Unpäßlichkeit verhinderten, ihm unterstellter Richters Hermann von Beft eigenmächtig einen Arrest verhängt, den er nunmehr nach einer Rüge des Amtmanns widerrufen hat.

Omnibus hoc scriptum audituris et visuris ego Lutterus, officiatus in Ruden, notum facio et profiteor evidenter, quod infra illud tempus, quo primo in officiatu in Ruden fuerim constitutus, numquam contingebat, quod ego aut aliquis meorum iudicum subditorum decimas religiosarum personarum .. prepositi et .. conventus monasterii in Olinchusen sitas in .. Eden in parrochia Hoynchûsen per me aut meos subditos iusta arrestatione, quam secundum, quod est iuris et consuetudinis, prosequeretur, coram sede iudiciali fecerat arrestari. Et prescripsio ipsarum decimarum, quam ipsi religiosi in dictis decimis hactenus habuerunt, numquam meo aut meorum subditorum iudicio vel alicuius arrestatione fuerat legitime interrupta. Sed hoc animo, cum .. Hermannus de Beft, meus iudex substitutus, propter corporis debilitatem absens erat, ille, qui vices suas gessit in dicto iudicio, ad suggestionem viri nobilis .. Bertoldi domicelli de Buren ipsas decimas me et .. Hermanno de Beft invitis et irrequisitis propria temeritate arrestavit. Quod dum nos .. ego et H. predictus perciperemus, talem vices .. Hermanni habentem corripuimus pro eo, quia ipsas decimas arrestavit. Qui in continenti penitentia ductus arrestationem factam esse abrupto coram .. dicto Hermanno et coram pluribus fidedignis et etiam universitate parrochianorum in Hoynchusen hoc anno incarnationis Domini, videlicet millesimo CCC^{mo} XXI^{mo} sine ulla contradictione penitus revocavit. Et in huius rei evidens testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno dominice incarnationis iamdicte in die beati Dyonisii et sociorum eius, presentibus etiam domino .. Hermanno, plebano in Aldenruden, et Henrico de Hemerde, famulo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 228, Siegel des Amtmanns (gut erhalten, Schildform: mit drei Knöpfen belegter Querbalken, im oberen Feld zwei Bergwerkshämmer, darunter einer, vergl. WS 227 Nr. 15) abhängend; Abschrift des 14. Jahrh., im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 257; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 242.

[1]) Lutbert von der Leithe; [2]) Wester- und Oestereiden östlich von Anröchte.

1780

1321 Oktober 10

Die Ratsherren zu Dortmund verpflichten sich, dem Konrad genannt Stecke bis zum nächsten St. Johannis-Fest 100 Mark zu zahlen und ihn von den Schulden des früheren Grafen von Dortmund freizustellen, und zwar 200 Mark bei dem Juden Isaak, 20 Mark bei dem Juden Samuel, 20 Mark bei der Jüdin Rixa und 12 Mark bei Dietrich von Herne.

Hec est littera Conradi Stecken: Nos consules Tremonienses recognoscimus et tenore presentium publice protestamur, quot tenemur solvere in proximo festo Iohannis Babtiste strenuo viro Conrado dicto Stecke centum marcas denariorum aput nos dativorum. Promittimus etiam quitare eidem aput Isac, iudeum, ducentas marcas ex parte[a] debitorum quondam comitis Tremoniensis et viginti marcas aput iudeum Samuelem, item aput Rixam, iudeam, viginti marcas et aput Theodericum de Herne duodecim marcas ratione debitorum predictorum, taliter, ut ista pecunia absque dampno dicti Conradi per nos persolvatur iure suo et cuiuslibet alterius salvo et in nullo penitus posttergato. Datum die Gereonis et Victoris martirum anno Domini 1321.

Eintragung im 1945 vernichteten sogenannten Holzbuch, Stadt A Dortmund, Wiedergabe nach dem Druck im Dortmunder UB I Nr. 390, S. 278; Brilling-Richtering, Westfalia Judaica I Nr. 71, S. 85.

[a]) „Ex parte" wiederholt.

1781

1321 Oktober 12 Menden

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren der Stadt Menden verkauft Everhard von Zelehusen dem Kloster Oelinghausen eine Rente von vier Schillingen aus seinem Haus und dem Hausplatz.

Nos Theodericus de Hudinchusen et Thilemannus dictus Wst, proconsules, ceterique consules oppidi Mendene universis presentia visuris et audituris notum facimus publice protestantes, quod Euerhardus de Zelehusen de consensu et libera voluntate Katherine, sue uxoris, et Theoderici, filii sui, et suorum verorum heredum vendidit et venditione legali assignavit monasterio in Vlinchusen annuos redditus, videlicet quatuor solidorum denariorum in Susato usualium ex domo et area sua hereditarie et perpetue quolibet anno in festo beati Martini hyemalis percipiendos et tollendos. Et cum idem monasterium hos redditus emeret, predicta domus et area nullis redditibus fuerant honorata. Acta sunt hec in cymiterio Mendene sub preposito domino Rutgero dicto Moyeliken tunc temporis eiusdem monasterii, presentibus Hermanno dicto Muddepenninch, Goswino de Rodenberge, milite, Iohanne de Wichlo, iudice tunc temporis, Gerwino, precone, Adolfo de Zumberen et Hinrico, cappellano in Mendene, aliisque quam pluribus viris probis et fidedignis. In cuius rei testimonium ad petitionem premissorum nos prefati proconsules et consules presentem paginam cum appensione nostri sigilli opidali duximus communiri. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo primo, feria secunda proxima post festum Gereonis et Victoris martirum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 231, Siegel der Stadt Menden (stark beschädigt, WS 73 Nr. 3) abhängend; Abschrift des 14. Jahrh. im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 184; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 243.

1782

1321 Oktober 12

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren zu Menden verkaufen Godfried vom Berge und seine Schwestern Vrederun und Greta dem Kloster Oelinghausen für fünf Mark einen Garten vor der Stadt, der mit einem Zins von acht Pfennigen belastet ist.

Nos Thilemannus[1] de Hudinchusen et Thilemannus dictus Vost, proconsules in Mendene, ceterique .. consules ibidem universis presentia visuris et audituris notum facimus publice protestantes, quod Godfridus de Monte, Vrederunis et Greta, sue sorores, de consensu et libera voluntate suorum verorum heredum vendiderunt et venditione legali assignaverunt monasterio in Vlinchusen secundum procurationem fratris Hinrici dicti Zurbir ortum eorundem extra oppidum Mendene situm – ex quo horto pensio octo denariorum solvitur annuatim iure hereditario – pepetue possidendo pro quinque marcis denariorum Susati legalium ipsis numeratis et persolutis. Acta sunt hec in cymiterio Mendene, presentibus Hinrico, sacerdote et cappellano in Mendene, Goswino de Rodenberg, milite, Wicboldo, Thilemanno de Holthusen, Euerhardo de Zelehusen, Gerhardo Vaselen, Hinemanno in Foro, Hinrico dicto Swaf, Iohanne de Wichlo, tunc temporis iudice in Mendene et Gerwino dicto Mummelbike, precone, necnon aliis probis et quam pluribus fidedignis. In cuius rei testimonium ad petitionem premisorum nos prefati .. proconsules et .. consules presentem paginam cum appensione sigilli nostri oppidali duximus communiri. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo primo, feria secunda proxima post festum Gereonis et Victoris martirum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 232, Siegel der Stadt Menden (am Rande beschädigt, WS 73 Nr. 3) anhängend; Abschrift des 14. Jahrh., im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 188; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 244.

[1]) In der Urkunde vom selben Tage „Theodericus".

1783

1321 Oktober 22

Heinrich von Wickede, Komtur des Deutschordenshauses in Welheim, verkauft dem Heinrich von Beke, Glöckner des Stifts Essen, und dessen Tante mütterlicherseits Hildegundis auf ihre Lebenszeit für 34 Mark Korn-, Geld und andere Renten aus den Gütern des Konvents zu Westenfeld bei Wattenscheid und dem Hof zu Welheim. Nach dem Tode der beiden Käufer sollen für sie vom Konvent ihr Jahresgedächtnis begangen werden.

Universis audituris presentem literam et visuris frater Henricus de Wickede, commendator fratrum theutonicorum in Welhem, salutem cum noticia veritatis. Cum gestarum rerum series plerumque oblivionis velamine contegitur et calumpniam patitur, nisi scripti serie roboretur memoriter retinenda, hinc notum facimus et recognoscimus publice per presentes, quod cum consilio et expresso consensu religiosi viri fratris Theoderici de Bakh, nostri provincialis commendatoris, nec non omnium confratrum nostre domus redditus annuos infrascriptos, videlicet sex maldra siliginis, sex maldra ordei et sex maldra avene mensure Assindensis, porcellum unius solidi, duos pullos et unam aucam annuatim exsolvendos de nostris bonis in Westenuelde prope Wattenschede sitis, item quinque solidos cum dimidio bonorum legalium denariorum ex domo nostra in Welhem legitime et rationabiliter vendidimus et assignavimus Henrico de Beke, campanario ecclesie Assindensis, et sue matertere Hildegundi ad tempora vite ipsorum pro triginta et quatuor marcis bonorum legalium denariorum nobis ab ipsis numeratis et integraliter persolutis et in usum nostre domus conversis. Quos siquidem redditus prememoratos Willekinus, colonus dictorum bonorum in Westenuelde, vel aliquis quicumque pro tempore colonus ibidem presentabit eis ex parte nostra vel presentari faciet sub suis periculis, laboribus et expensis infra opidum Assindense annis singulis infra octavas beati Martini hyemalis, hoc excepto, quod nosmet dabimus et solvemus ex nostra domo in Welhem predictos quinque solidos cum dimidio annuatim, verum sub his pactis et condicionibus observandis, quod, si propter malam crescenciam segetum

seu prolium terre vel malum statum ipsius seu propter quemcumque alium infortunii casum huiusmodi redditus annui seu usufructus non poterunt aliquo anno, quod absit, de predictis bonis nostris eis ministrari et persolvi, nosmet ministrabimus et solvemus ipsos eis de nostra domu in Welhem sine aliqua contradictione sub condicionibus supradictis. Preterea quando alteriutrum predictorum disponente Domino mori contigerit, medietas tantum reddituum premissorum tam annone quam aliorum appendiciorum solvetur et dabitur alteri adhuc superstiti annis singulis ad tempora sue vite. Defunctis vero ambobus nos ipsorum diem anniversarium et memoriam veluti nostrorum ceterorum fratrum in nostro conventu cum divino officio annue iugiter peragemus, hoc etiam addito, quod viventibus ipsis ambobus vel saltem alteriutro ipsorum nequaquam poterimus vendere vel commutare dicta bona in preiudicium eorundem. In quorum omnium testimonium evidens et protestationem dedimus prefatis duobus hanc literam sigillo nostre domus in Welhem apposito sigillatam. Actum presentibus et consentientibus fratre Theoderico de Bach, provinciale nostro predicto, Hermanno de Paderborne, Henrico de Bure, sacerdotibus, Theoderico de Hurde, vicecommendatore, Anthonio de Bochem, Bertoldo de Vehoue, Leuoldo de Dickenberghe, Menrico dicto Ouelacker dicto Hollant, Iohanne de Orchen, Winando et aliis fratribus in Welhem, item fratre Lamberto de Boyne, fratre Alberto, commendatore in Molhem, et fratre Frederico, commendatore in Brakele, cum aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno Domini M° CCC° primo, in crastino Undecim milium virginum.

Ausf., Perg. HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 299, Siegel des Hauses Welheim (gut erhalten) anhängend.

1784

1321 Oktober 24

Godfried, Pfarrer in Boenen, trägt als der vom Offizial des Kölner Dompropsts und Archidiakons bestellte Auditor dem Heinrich, Rektor der Kapelle von St. Nicolai bei der Propstei in Soest, auf, sich nach Hoinkhausen, Allagen und Mülheim zu begeben und dort auf Ersuchen von Dechant, Scholaster und Kapitel den Gerhard genannt Halvebroder und andere nach Soest zu zitieren.

Godefridus, plebanus ecclesie in Boynen, auditor ad ea, que in mandato, cui presens carta transfigitur, continentur a domino .. officiali .. prepositi maioris et archidiaconi Coloniensis deputatus, dilecto in Christo Henrico, rectori capelle sancti Nycolai apud preposituram Sosatiensem, salutem in Domino. Auctoritate nobis commissa vobis districte precipiendo mandamus, quatinus ad ecclesias in Hoinchusen et in Allaghen ac in Mölenhem accedentes citetis ibidem peremptorie coram nobis, prout ab honorabilibus viris dominis .. decano et .. scolastico ecclesie Sosatiensis requisiti fueritis et prout ipsos in ecclesiis predictis inveneritis, fratrem Arnoldum de Mölenhem, fratrem Gerhardum dictum Haluebroder, Hermannum et Theodericum fratres de Walthusen necnon Rudolphum de Wardeslo, militem, ac Euerhardum de Wekede, in Hoinchusen morantes, ac alios, qui vobis nominati fuerint ab eis infra et extra opidum Sosatiense, ut in ecclesia Sosatiensi crastino Symonis et Iude apostolorum hora prima compareant, perhibitum testimonium veritati super facto, quod in literis dicti .. officialis continetur, cum intimatione debita et consueta. Nomina quoque testium citatorum nobis fildeliter rescribatis. Reddite literas sigillatas. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo primo, sabbato post Seuerini.

Transfix an der Urkunde von 1321 Oktober 3 (St. Patrokli Soest Urk. Nr. 105 b), Siegel des Ausstellers (Rand abgebrochen) abhängend.

1785

1321 Oktober 25

Lutgardis, Pröpstin des Stifts Essen, vertauscht den Status der Hilla, Tochter des + Gobelin von Wattenscheid und Eigenhörige des Oberhofs Nünning[1], mit dem der Alheidis, Tochter der Wendele von Borchdorp, Wachszinsige ihres Propsteiamts.

Omnibus intuentem audituris presentem litteram et visuris Lutgardis, Dei gratia preposita secularis ecclesie Assindensis, salutem et rei cognoscere veritatem. Notum facimus et tenore presentium recognoscimus publice litterarum, cum Hilla, filia quondam Gobelini de Wattenschede, ratione nostre curtis in Nunninch nobis seu nostre prepositure iure servitutis et Alheydis, filia Wendele de Borchdorp, officio nostre prepositure iure cerocensuali pertinuissent, nos communicato super hoc consilio nostrorum hominum dictam Alheydim absolvimus a iure cerocensuali, tradentes ipsam dicte curti nostre in Nunninch iure mancipii seu servitutis pertinendam, recipiendam viceversa prefatam Hillam per nos manumissam a iure proprietatis, quo astricta nobis tenebatur, perpetualiter pertinendam iure cerocensuali nobis ac nostre prepositure iuxta conditionem et consuetudinem omnimodam nostri cerocensus, ita videlicet, quod ipsa Hilla, quamdiu vixerit, dabit annis singulis nobis seu .. preposite cuicumque pro tempore Assindensi nomine cerocensus in festo nostrorum patronorum Cosme et Damiani duos denarios bonos et legales. Pro licentia vero nubendi, si suo pari nubserit, dabit nobis duodecim denarios legales et persolvet, sin autem, procurabit huiusmodi licentiam de nostra gratia et favore. Ratione vero sui obitus seu decessus dabitur et presentabitur nobis suum melius indumentum. In cuius rei protestationem et testimonium evidens dedimus dicte Hilledegundi hanc litteram nostri sigilli munimine apposito roboratam. Testes etiam, qui huic commutationi interfuerant, sunt Conradus de Lethene, Bertoldus de Vrilincdorpe, Theodericus, filius Conradi, Conradus dictus Linderman et quam plures alii providi et discreti. Datum anno Domini millesimo CCC° vicesimo primo, in die beatorum martirum Crispini et Crispiniani.

Abschrift um 1800, StAM, Msc. II 117 (Sammlung Kindlinger) Bl. 24.

[1]) Oberhof des Stifts Essen zu Essen-Frillendorf.

1786

1321 Oktober 26

Der Propst Rutger, die Priorin Alheidis und der Konvent zu Oelinghausen verkaufen dem Knappen Johann von Borgeln für 22 Mark die Hälfte eines Hofes zu Kotten[1].

Nos Rûtgerus, prepositus, Alheydis, priorissa, et totus .. conventus monasterii in Ůlinchusen notum facimus universis tenore presencium publice protestando, quod pro viginti duabus marcis denariorum Sûsati usualium nobis totaliter assignatis pro nostra voluntate vendidimus racionabiliter discreto viro Iohanni de Borgelen, famulo, et eius veris heredibus dimidium mansum dictum Thonchoten, situm apud Borgelen, cum suis appendiciis universis et cum omni integritate iuris cuiusvis, sicut multis temporibus possedimus eundem per dictum Iohannem de Borgelen ac suos heredes perpetuo possidendum, canonicis tamen ecclesie Sûsaciensis nec non et notario officii sculthetatus salvo ex dicto dimidio manso per omnia suo iure, ea condicione preterea apposita, quod si dicti canonici Sûsacienses vel notarius officii iam dicti super indebita vendicione nos convenerint et convicerint iure ecclesiastico vel civili, quod posse fieri non speramus, dictam vendicionem retrahendi seu revocandi extunc nobis libera sit facultas pro pecunia superius memorata. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Actum presentibus Heynemanno de Palude, Iohanne de Blomenrode, Borghardo Quatterdrige, opidanis Sûsaciensibus, fratre Henemanno Surbir, fratre Deythmaro de Sueue et aliis pluribus fidedignis. Datum anno Domin M° CCC° X°X°I°, feria secunda ante Omnium sanctorum.

Subscriptcionem verbi substanci.

Ausf., Perg., Archiv des Altertumsvereins Paderborn, Siegel ab; Abschrift des 14. Jahrh., im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 228; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 245; Stoewer, Archiv des Vereins Nr. 63, S. 63.

[1]) Kotten, nordwestlich von Borgeln.

1787

1321 Oktober 29

Hermann Beft, Richter bzw. Gograf zu Rüthen, bekundet, in seiner Amtszeit habe niemand den Zehnten des Klosters Oelinghausen zu Ostereiden mit Beschlag belegt und die Verjährungszeit sei niemals unterbrochen worden. Der auf ihn durch seinen Untergebenen namens Smelte verfügte Arrest sei gegen seinen Willen durch den jungen Edelherrn Bertold von Büren veranlaßt worden. Vor den Pfarrangehörigen von Hoinkhausen widerruft sein Untergebener die Beschlagnahme.

Ego Hermannus de Beft, iudex sive gogravius iuratus in Rûden, notum facio universis tenore presencium publice protestando, quod infra illud tempus, quo primo iudicium predictum in Rûden iuratus super conservatione debita eiusdem suscepi, videlicet infra XXXVI annos, numquam contigebat, quod aliquis sive nobilis sive ignobilis sive cuiuscumque condicionis homo per me vel per aliquem meorum iudicum subditorum decimas religiosarum personarum .. prepositi et conventus in Vlinchusen sitas in Eden infra districtum iudicii Ruden iamdicti iusta arrestatione, quam secundum quod est iuris et consuetudinis prosequeretur, semel vel amplius coram sede iudiciali faceret arrestari nec prescripcio earundem decimarum, quam ipsi religiosi, .. prepositus videlicet et conventus predictus, in dictis decimis hactenus habuerunt, numquam meo aut meorum subditorum iudicio exstitit legitime interrupta. Arrestationem autem earundem decimarum factam hoc anno per quendam meum subditum dictum .. Smelte me invito et irrequisito, quam nullam reputo, ad suggestionem domicelli de Buren[a] Bertoldi idem meus subditus coram universitate parrochianorum in Hoynhusen nulla penitus contradictione interposita revocavit nullam prorsus prosecutionem eidem arrestationi, prout est iuris, semel vel amplius faciendo, quod omnibus, quorum interest, sub sigillo opidanorum in Rûden, quia proprio carui, decrevi presentibus intimandum, et nos .. proconsules, consules et universitas civium in Ruden, quia premissa omnia a Hermanno de Beft, iudice predicto, audivimus, ad petitionem eiusdem sigillum nostrum apposuimus huic scripto. Datum anno Domini M° CCC° XXI, feria quinta proxima ante festum Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 233, Siegel ab, Rückvermerk (17. Jahrh.): Zehendt zu Oestereden concernirt; *Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 246.*

[a]) Name korrigiert.

1788

1321 Oktober 31

Vor den Bürgermeistern, Schöffen und Ratsherren zu Werl verkauft Thomas genannt auf dem Friedhof dem Kloster Oelinghausen für zwölf Mark eine Rente von einer Mark aus der Hausstätte und dem Haus, das Hermann genannt Pollich bewohnt.

Nos Theodericus de Holedinchof et Hermannus dictus Bars, proconsules, .. consules, .. scabini et universitas opidanorum in Werle notum facimus universis tenore presentium publice protestando, quod in nostra constitutus presentia Thomas dictus op den Vrithof una cum Detrade, uxore sua, Voleken et Heleken, liberis suis, recognovit liquide et expresse se religiosis personis .. preposito et conventui monasterii in Vlinchusen Premonstratensis ordinis Coloniensis dyocesis ex integra area et domo Hermanni dicti Pollich, qui idem pro nunc inhabitat in nostro opido iam dicto, nulla prorsus pensione annua preter duos denarios obligata, pensiones annuas seu redditus unius marce denariorum in Susato quovis tempore solutionis legalium pro XIIII marcis denariorum Sûsatiensium numerate pecunie penitus et solute iusto venditionis titulo assignasse per eosdem .. prepositum et conventum perpetuis temporibus possidendos, renuntiando omni exceptioni iuris canonici vel civilis, quod sibi vel suis heredibus predictis ad impediendum eandem venditionem posset quomodolibet suffragari. Pro quorum reddituum solutione ipsis .. preposito et conventui in Vlinchusen singulis annis in festo Michaelis archangeli sine

dilatione qualibet seu inpedimento facienda supradictus Hermannus dictus Pollich, Gvda, uxor eius, Thomas, filius, et Wendele, filia eiusdem, iure hereditario satisfacient perpetue prenotato termino, ad quod idem se heredesque suos esse obligatos recognoverunt publice coram nobis, presentibus Euerhardo de Meninchusen, milite, Erpone de Holthem, Iohanne dicto Scolere, Theoderico dicto Wortele, Iohanne de Horst, Iohanne dicto Pûneyr, Henricus de Stene et aliis pluribus fidedignis, quod omnibus, quorum interest, sub sigillo nostro, videlicet universitatis in Werle ad petitiones Thome et Hermanni predictorum presentibus apposito decrevimus intimandum. Datum anno Domini M° CCC° XXI, in vigilia Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 234, Siegel der Stadt Werl (WS 71 Nr. 5) an weißen Hanffäden anhängend, Rückvermerk (15. Jahrh.): de[a] marca in Werle pro servicio Clepink*; Abschrift des 14. Jahrh. im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 144; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 247.*

[a]) Irrtümlich doppelt geschrieben.

1789

1321 November 5 Unna

Engelbert Graf von der Mark bittet die Stadt Unna, den Gesandten des Hospitals in Unna bei seinen Kollekten und anderen Geschäften zu fördern.

Engelbertus comes de Marka universis, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in Domino sempiternam. Universitatem vestram divine clementie intuitu et vestrarum precum interventu quam intime deprecamur, quatenus discretum virum, exhibitorem presentium, nuntium hospitalis in Vnna, opidi nostri, in suis petitionibus ac ceteris negociis promoveatis cum effectu, ut pote vestros apud nos habere volueritis promovendos, cum ipse veritatem rei pronunciat, quod patet ante litteris domini Henrici archiepiscopi Coloniensis et aliorum .. episcoporum super indulgenciis dicti hospitalis confectis aut, qui pauperibus eiusdem manus suas porrexerint adiutrices. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Vnna anno Domini M^{mo} CCC^{mo} vicesimo primo, feria quinta post festum Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., StAM, Stadt Unna (Dep.), Siegel ab, in verblaßter Schrift und mit Rasuren; Regest: REK IV Nr. 1267.

1790

1321 November 5

Dietrich von Uffeln genannt Capetowe (Scapecove) verkauft dem Kloster Wedinghausen als Eigengut zwei Äcker am Wege nach Basthusen[1] *beim Haselbusch.*

Universis presentes literas visuris et audituris ego Theodericus de Vflen dictus Scapecoue notum facio publice protestando, quod de pleno consensu Henemanni, Gerwini et Cristine, liberorum meorum, et coheredum meorum omnium vendidi religiosis personis .. preposito et conventui monasterii in Wedinchusen duos agros mihi iure proprietatis pertinentes iuxta viam versus Basthusen prope rubum dictum Haselbusch iacentes, capientes quinque scepel avene et paulo plus pro quatuor marcis et octo solidis denariorum in Sosato usualium mihi integraliter solutis et traditis hereditario iure perpetuo possidendos. Pro quorum agrorum iusta et debita warandia facienda ego et Henemannus, filius meus predictus, nec non Wilhelmus de Vflen, frater meus carnalis, fidem damus et dedimus ad hoc nos firmiter obligando. Renuntio quoque cum heredibus meis omni iuri, quod nobis in dictis agris conpetebat et conpetere poterit temporibus affuturis. Et in huius rei testimonium presentes literas petivi sigillo opidi in Werle communiri. Nos itaque .. proconsules et .. consules opidi in Werle infrascripti protestamur, quod ad preces dicti Theoderici et suorum liberorum ac coheredum sigillum opidi nostri presentibus apposuimus in evidentiam premissorum. Actum et datum anno Domini M°

CCC° vicesimo primo, feria quinta post Omnium sanctorum, presentibus domino Lamberto, plebano in Werle, domino Ecberto, ibidem cappellano, fratre Henemanno, laico, Lodewico de Vflen, Wilhelmo de Vflen, Wilhelmo de Borbene, militantibus, Theoderico de Holdinchoue et Hermanno Bars, proconsulibus, Hermanno Tecke, Theoderico Wortele, Iohanne de Horst, Hermanno, filio Eilhardi de Thûnen, Gobelino Sutore, Iohanne Punyr, Henrico de Stenen, Theoderico Lilie, Conrado Capetowe, consulibus in Werle, presente etiam Henrico dicto Lemego, opidano ibidem, et aliis fide dignis. Etiam ex dictis agris solvuntur Wilhelmo dicto Vlecken tres obuli annuatim.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 112, Siegel der Stadt Werl (leicht beschädigt, WS 71 Nr. 5) an Pergamentstreifen anhängend.

[1]) Wüstung, vergl. den Basterweg in Büderich (Schoppmann, Flurnamen Soest II S. 141, Nr. 2).

1791

1321 November 7

Vor den Ratsherren zu Werl verkauft Mechtild, die Witwe des Everhard genannt Keppeken, dem Kloster Himmelpforten für ein Kapital von acht Mark eine Rente von einer halben Mark aus ihrem unbelasteten Haus und dem Hausplatz in der Bäckerstraße. Die Rente sollen zunächst auf Lebenszeit die beiden Schwestern Mechtild und Walburgis von Hovinghe, Nonnen in Himmelporten, beziehen.

Nos .. proconsules ac .. consules oppidi in Werle notum facimus universis visuris et audituris, quod coram nobis constituta Mechteldis, relicta quondam Euerhardi dicti Keppeken, nostri cooppidani, ex consensu et bona voluntate liberorum suorum Godescalci, Alberti, Gertrudis, Mechteldis, Aleydis ac omnium suorum verorum heredum vendidit iusto venditionis titulo et resignavit religiosis personis domine .. abbatisse et conventui ecclesie in Porta celi redditus dimidie marce bonorum et legalium denariorum ex domo et area sua in platea pistorum sita, que nullos alios adhuc solvit, pro octo marcis sibi numeratis, traditis et solutis singulis annis in festo beati Mychaelis puellis ibidem Mechteldi videlicet et Walburgis dictis de Hôvinghe, sororibus, tempore vite sue, deinde .. abbatisse et conventui ecclesie predicte in perpetuum persolvendis. Presentes et testes aderant Iohannes, in Porta celi, Iohannes, in Werle cappellani, sacerdotes, Theodericus de Hôldinchoue, Hermannus Bars, tunc proconsules, Conradus Capetôwe, Iohannes de Horst, Hermannus Wilhagen, Theodericus Wortele, Iohannes Punir, Gobelinus Sutor, Theodericus Lilien, Thomas in Atrio, Hermannus, Henricus de Stene, tunc consules, Conradus Egelbolt, Gozwinus, filius eius, Henricus Vinkilture et alii plures viri fidedigni. In cuius rei testimonium ad petitionem supradictorum Mechteldis et suorum liberorum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini M° CCC° vicesimo primo, pridie ante octavas Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten, Siegel der Stadt Werl (WS 71 Nr. 5) anhängend, Rückvermerk (17. Jahrh.,): Hausgelt auf der Beckerstraten.

1792

1321 November 9

Der Offizial des Kölner Dompropsts und Archidiakons faßt die Aussagen des in seinem Auftrag von Godfried, Pfarrer in Boenen, in Soest durchgeführten Zeugenverhörs über die (archidiakonalen) Rechte des Dechanten und des Scholasters von (St. Patrokli) Soest in den Pfarrkirchen von Hoinkhausen, Allagen und (besonders in) Mülheim zu den Behauptungen des Scholasters zusammen.

Officialis prepositi et archidiaconi Coloniensis. Datum per copiam anno Domini M° CCC° vigesimo primo[a], feria secunda post octavas Symonis et Iude. Reportatis nobis attestationibus infrascriptis ex parte

Godefridi, plebani in Boyne, nostri in hac parte commissarii ipsas attestationes in nomine Domini publicamus. Quarum attestationum tenor talis est:

Frater Arnoldus, primus testis, de ordine domus Theutonice, presbiter et rector ecclesie in Molenhem, iuratus et requisitus super articulis editis ab honorabili viro Hildegero, scolastico ecclesie Sosatiensis, secundum interrogatoria venerabilis viri domini .. officialis prepositi et archidiaconi Coloniensis. Quorum articulorum tenor talis est: Intendit probare Hildegerus, scolasticus ecclesie[b] Sosatiensis, quod ipse et sui predecessores scolastici Sosatienses ex antiqua consuetudine prescripta et obtenta per tantum temporis spatium, cuius memoria non existit, habuerunt et adhuc habent [ius][c] patronatus ecclesie in Allaghen et quod investitura ecclesie eiusdem nec non ecclesie in Molenhem, que ambe sunt eiusdem iuris, iure tamen patronatus quo ad ecclesiam Molenhem excepto, ad ipsos pertinuit et pertinet. Item, quod commissio cure animarum in eisdem ecclesiis pertinuit et pertinet ad ipsos. Item quod dicte ecclesie subsunt eis in synodalibus et sub eis fuerunt a tempore, cuius non est memoria. Item intendit probare, quod .. scolastici Sosatienses pro tempore existentes investiverunt et investire consueverunt personas ydoneas de eisdem ecclesiis. Item quod curam animarum earundem ecclesiarum ipsis commiserunt et adhuc commitunt. Item quod hec omnia publica et quod premissa sunt notoria in Sosato et Allegen, in Molenhem et in confiniis ibidem.

Tenor vero interrogationis talis est: Queratur igitur a quolibet teste, si[d] dicant predictos decanum et scolasticum seu aliquem eorum prescripsisse de consuetudine, prout dicitur in facto, quod probare intendunt, de causa scientie sue, videlicet si viderint vel audiverint et si dicant se vidisse, queritur in quibus personis et in quot personis et quas personas viderint institui ad huiusmodi ecclesias et quomodo sciant, quod virtute talis institutionis facte a decano seu scolastico huiusmodi instituti tenerent ecclesias tales et quod anni sint elapsi, quod talia facta sint et a quo decano seu scolastico, et si ista facta fuerint de scientia prepositorum Coloniensium pro tempore existentium et utrum aliqui .. prepositi contradixerint. Item si dicant testes se audivisse ab aliis, queratur a quibus et quibus presentibus audiverunt et in quo loco, quo anno, mense et die. Item si aliqui testes producantur super aliquibus sigillis, queratur, quomodo cognoscant sigilla et quomodo sciant esse ipsa eorum, quibus ascribuntur, et utrum viderint eos uti huiusmodi [sigillis][f] et in quibus factis. Cetera suppleat discretio vestra. Item queratur a quolibet testium, si attineat aliquid ipsis producentibus aut si sit excommunicatus aut periurus aut servilis condicionis aut aliquo alio crimine irretitus, et si concordaverunt cum aliquo alio teste in premeditatum sermonem. Data sunt hec interrogatoria anno Domini M° CCC° vicesimo primo, ipso die beatorum duorum Ewaldorum martirum[1].

Dicit, quod triginta duobus annis elapsis, cum esset in ordine domus Theutonice et esset ordinatus in presbiterum, commendator ipsius domus in Molenhem, cum presentavit domino Roberto, tunc scolastico Sosatiensi[g], et ille scolasticus eum de ecclesia in Molenhem investivit et curam animarum[h] eiusdem sibi commisit. Dicit etiam, quod ex post facto contingit eum recedere de ipsa ecclesia propter obedientiam ordinis, quod tunc idem dominus Robertus scolasticus fratrem Theodericum de Corbeke eiusdem ordinis de eadem ecclesia investivit, et cum idem testis per aliquod tempus absens esset, iterum ad eandem ecclesiam Molenhem reversus, ipse frater Arnuldus investituram et curam animarum ab eodem scolastico recepit, addendo etiam, quod secunda vice a dicta ecclesia recesserit et quod tunc sibi frater Bertoldus de Buren eiusdem ordinis in dicta ecclesia successerit, cui etiam dominus Theodericus, tunc[i] scolasticus dicte ecclesie, investituram et curam animarum contulit et porrexit et quod tunc tertio idem testis, qui loquitur, post dictum fratrem Bertoldum reversus tertio investitus fuit de ipsa ecclesia et curam animarum ab ipso Theoderico recepit permanens adhuc rector eiusdem ecclesie sine alicuius contradictione usque ad hodiernum diem. Dicit etiam, quod ipsa ecclesia subsit in synodalibus scolasticis ecclesie Sosatiensis pro tempore existentibus. Item idem testis interrogatus de ecclesia in Alleghen dicit, quod ecclesia in Molenhusen et ecclesia in Alleghen eiusdem sint iuris et conditionis, iure patronatus de ecclesia in Molenhusen excepto. Et dicit, quod viderit et audiverit, quod in Alleghen residebat quidam plebanus Rotgerus nomine, quem ibidem invenit residentem in suo adventu et quod ille multis annis ibi plebanus fuerit et quod audiverit ab eo et a multis senioribus parrochie ab antiquis temporibus, quod dominus Rotgerus, scolasticus Sosatiensis dudum mortuus, ipsum investiverit de ecclesia

memorata. Dicit etiam, quod ipsa ecclesia in synodalibus et pleno iure subsit scolastico Sosatiensi pro tempore existenti. Item idem testis requisitus secundum interrogatoria domini officialis prepositi et archidiaconi Coloniensis, si aliquis post dictum Rutgerum per scolasticum Sosatiensem investitus fuerit de ecclesia in Allaghen, etiam dicit, quod due persone fuerint suis temporibus investiti de ea per dominum Theodericum, scolasticum bone memorie, quarum una Henricus de Palsol et alia Volquinus de Meninchusen vocabatur, dicit etiam, quod nunquam viderit vel[j] audiverit, quod aliquis prepositus Coloniensis ista sciverit vel audierit vel viderit vel contradixerit et quod de hiis omnibus sit vox, verbum et fama publica et quod premissa sunt notoria apud Sosatum, apud Allaghen et Molenhem et in confiniis ibidem. De aliis omnibus interrogatus, examinatus dicit sibi nichil magis constare, addens, quod pro sola veritate deponet.

Item frater Volmerus, dicti ordinis laicus, de omnibus et singulis in articulis contentis diligenter requisitus sub sacramento prestito ab eodem dicit, quod quinquaginta annis et amplius fuerit in Molenhusen et quod recordatur ibi fuisse suis temporibus octo sacerdotes de ordine predicto et quod illi omnes presentati fuerint scolasticis Sosatiensibus pro tempore existentibus et quod illi investituram et curam animarum receperint ab eisdem et quod presens fuerit et audiverit investituram huiusmodi fieri in ecclesia supradicta suis temporibus nesciens se de contentis in articulis expedire[k]. De ecclesia quoque in Alleghen expedit se et dicit sicut frater Arnuldus, primus testis.

Hermannus de Walthusen, militaris, tertius testis, interrogatus et requisitus super omnibus articulis dicit, quod ipse recordatur, quod ultra quadraginta annos .. scolastici ecclesie Sosatiensis consueverint investire et curam animarum conferre personis ipsis presentatis de eclesia in Molenhusen et quod sepius viderit investituras huiusmodi fieri in eodem loco et quod a patre suo audiverit, quod ultra centum annos et amplius hoc fuerit deductum in consuetudinem sine alicuius contradictione et qud hoc sit notorium in tota parrochia, alias nesciens se expedire de contentis in articulis, et interrogatus dicit quoque de ecclesia in Allaghen sicut primus testis.

Theodericus de Walthusen, militaris, concordat cum fratre suo iam dicto per omnia et in omnibus.

Albertus de Turri, vicarius ecclesie Sosatiensis, testis quintus, presbiter, senex[l] et decrepitus dicit, quod a tempore illo, quo potest recordari audivit a canonicis Sosatiensibus et vidit, quod omnes ecclesiarum rectores in Molenhusen et in Allaghen investiri consueverint per scolasticum ecclesie Sosatiensis de ipsis ecclesiis et quod ecclesia de Alleghen pleno iure pertineat scolastico tamquam ad archidiaconum et quod ipsa ecclesia etiam subsit scolastico ecclesie Sosatiensis in synodalibus cum ecclesiis in Molenhusen et dicit, quod hec sint notoria apud Sosatum et in locis predictis et quod hec recordatur ultra quinquaginta annos.

Conradus dictus Vrone, testis sextus, homo senex er decrepitus, dicit sicut Albertus, testis predictus, et dicit quod recordatur ultra quinquaginta annos.

Gleichzeitige Abschrift, StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 106, mit zahlreichen Streichungen.

[a]) Davor Streichung „sec(undo)"; [b]) über der Zeile eingefügt; [c]) sinngemäß zu ergänzen; [d]) „s" aus „d" korrigiert; [e]) so gedeutet; [f]) sinngemäß zu ergänzen; [g]) davor Streichung von drei Buchstaben; [h]) desgl. Streichung von voreilig geschriebenem „commisit";i) über der Zeile eingefügt; [i]) hinter „vel" zwei Buchstaben gestrichen; [k]) davor Wort gestrichen; [l]) vor „senex" drei Buchstaben gestrichen.

[1]) 3. Oktober.

1793

1321 November 9

Der Offizial des Kölner Dompropsts und Archidiakons publiziert die Position des Dechanten von (St. Patrokli) Soest hinsichtlich der von ihm beanspruchten (archidiakonalen) Rechte über die Pfarrkirche in Hoinkhausen[1] und die Aussagen des deswegen in seinem Auftrag durch den Pfarrer in Boenen, Godfried, durchgeführten Zeugenverhörs[2].

Officialis prepositi et archidiaconi Coloniensis datum per copiam. Anno Domini M° CCC° vicesimo primo, feria secunda post octavas Simonis et Iude, apostolorum, reportatis nobis attestationibus infrascriptis ex parte Godefridi, plebani in Boene, nostri in hac parte commissarii, ipsas attestationes in nomine Domini publicamus. Quarum attestacionum tenor talis est: Albertus de Turri, vicarius ecclesie Susaciensis, presbiter, homo senex et decrepitus, iuratus et requisitus super articulis editis ab honorabili viro domino Rodolfo, decano ecclesie Susaciensis, secundum interrogatoria dicti domini .. officialis prepositi et archidiaconi Coloniensis. Quorum articulorum tenor talis est:

Intendit probare Rodolfus, decanus ecclesie Susaciensis, quod ultra quadraginta annos dominus Godefridus, decanus Susaciensis bone memorie, predecessor suus, ecclesiam de Hoinchusen tamquam verus patronus eiusdem contulit Hermanno de Sweue, clerico. Item quod ipse eundem Hermannum de eadem ecclesia investiri mandavit et curam animarum ibidem commisit. Item intendit probare, quod de consuetudine antiqua prescripta et obtenta per cautum temporis spacium, cuius memoria contrarium non existit, decani Susacienses habuerunt et adhuc habent ius patronatus dicte ecclesie in Hoinchusen simul et investituram et commissionem cure animarum cum sinodalibus ibidem. Item intendit probare idem dominus decanus, quod ipse dictam ecclesiam olim ex morte dicti Hermanni vacantem contulit Rodolfo de Benekinchusen, clerico, et ipsum de eadem investiri fecit, committendo sibi curam animarum ibidem. Item intendit probare, quod ipse decanus eandem ecclesiam Nicolao de Nussia, clerico, nunc pastori ibidem, contulit ipsumque de eadem investivit curamque animarum sibi commisit. Item intendit probare, quod de premissis est vox, verbum et fama publica et quod premissa sint notoria in Hoinchusen et in Susato et in confiniis ibidem.

Item tenor interrogatorum talis est: Queratur igitur a quolibet teste, si dicant predictos .. decanum et scolasticum seu aliquem eorum prescripsisse de consuetudine, prout dicitur de facto, quod probare intendunt, de causa scientie sue, videlicet si viderint vel audiverint. Et si dicant se vidisse, queratur, cum quibus personis, in quot personis et quas personas viderint institui ad huiusmodi ecclesias et quomodo sciant, quod virtute talis institucionis facte a .. decano seu scolastico huiusmodi instituti tenerent ecclesias tales, et quod anni sint elapsi, quod talia facta sint, et a quo .. decano seu .. scolastico, et si ista facta fuerunt de sciencia prepositorum Coloniensium pro tempore existentium et utrum aliqui prepositi contradixerint. Item si aliqui testes producantur super aliquibus sigillis, queratur, a quibus modo cognoscant sigilla et quomodo sciant esse ipsa eorum, quibus ascribuntur, et utrum viderint eos uti huiusmodi sigillis et in quibus factis. Cetera suppleat discrecio vestra. Item queratur a quolibet testium, si attineat aliquid ipsis producentibus aut si sit excommunicatus aut periurus aut servilis condicionis aut aliquo alio crimine irreticus, et si concordaverit cum aliquo teste in premeditatum sermonem. Data sunt hec interrogatoria anno Domini M° CCC° vicesimo primo, ipso die beatorum duorum Ewaldorum martirum[3].

Dicit, quod ipse testis, qui loquitur, recordatur a tempore, cuius non est memoria, et audivit continue et vidit, quod .. decani ecclesie Susaciensis conferre consueverunt ecclesiam in Hoinchusen et quod investiebant personas ydoneas de ipsa et quod illa ecclesia pleno iure pertinet ad .. decanum Susaciensem. Recolit etiam, quod dominus Godefridus, decanus, ipsam ecclesiam contulit domino Hermanno de Sweue bone memorie, et quod eo mortuo nunc .. decanus aliis tribus personis eam contulit et hos omnes de ipsa ecclesia investivit, et quod sinodalia ipsius ecclesie subsunt .. decanis Susaciensibus, et ipsa recordatur ultra quadraginta annos tres persone predicte investite per dominum nunc decanum sunt Rudolphus, Hildegerus et Nicolaus.

Conradus Preco, presbiter, testis secundus, homo decrepitus et senex, dicit sicut testis predictus et concordat per omnia cum ipso: Sed addit, quod recordatur ultra quadraginta annos fuisse sex decanos Susacienses, videlicet Henricum, Robertum, Hermannum, Theodericum et Godefridum, nunc quoque Rodolfus, qui prefatam ecclesiam sub se pleno iure et in sinodalibus habuerunt, et dicit, quod aliquando interfuerit investiture aliquorum.

Euerardus de Wekede, militaris, testis tercius, iuratus et requisitus super articulis et diligenter secundum interrogatoria requisitus dicit, quod ultra quinquaginta annos vidit et audivit, quod .. decani Susacienses

investiebant personas ydoneas de ecclesia in Hoinchusen, et addit se vidisse, quod .. decanus Godefridus contulerit ipsam ecclesiam Hermanno de Sweue, clerico, et quod ipsum investiri fecerit de eadem et commiserit sibi curam animarum, et quod dicta ecclesia subsit .. decano Susaciensi pleno iure in omnibus et eciam in sinodalibus.

Rudolfus de Wardeslo, miles, quartus testis, iuratus et requisitus super articulis secundum interrogatoria dicit, quod ipse recolit quatuor .. decanos Susacienses et quod audiverit a senioribus parrochie in Hoinchusen et pro certo hoc sciat, quod illi .. decani contulerunt ecclesiam in Hoinchusen sex personis suo tempore, videlicet primo domino Iohannis, postea domino Volmaro de Elen, tunc quoque decanus Godefridus contulit eam Hermanno dicto Sweue, nunc quoque presens decanus eam contulit Radolfo, Hildegero et Nicolao, qui tres investiti fuerunt eo vidente per ipsos .. decanos et curam receperunt ab eisdem. Interrogatus de tempore dicit, quod ultra tempus longum sit, quia isti investiti plus quam centum annis residenciam fecerunt in ecclesia memorata. Aliter nesciens se expedire, sed dicit, quod ipsam ecclesiam pleno iure et in sinodalibus subsit decanis Susaciensibus.

Insert im Notariatsinstrument, StAM, St. Patrokli Soest, Urk. Nr. 108 vom 1322 August 2.

[1]) Südöstlich von Erwitte; [2]) vergl. Urkunde von 1322 August 2; [3]) 3. Oktober.

1794

1321 November 9 (1322 August 2)

Der Offizial des Kölner Dompropsts und Archidiakons faßt die Aussagen des in seinem Auftrag von Godfried, Pfarrer in Boenen, in Soest durchgeführten Zeugenverhörs zusammen. Er benennt die Fragepunkte und gibt die Aussagen des Albert vom Turm, Vikar des Stifts (St. Patrokli) Soest, und anderer über die Pfarrerbesetzung in Hoinkhausen wieder.

In nomine Domini amen. Universis presens publicum instrumentum visuris et audituris .. officialis venerabilis viri prepositi maioris et archidiaconi Coloniensis salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod nos depositiones testium in scriptis redactas et sigillo .. officialitatis nostre sigillatas, quarum tenor inferius continetur, per notarium publicum infrascriptum ad perpetuam rei memoriam scribi et publicari ac sigillo eiusdem officialitatis nostre mandavimus sub hac forma:

Officalis prepositi et archidiaconi Coloniensis, datum per copiam anno Domini M° CCC° vicesimo primo, feria secunda post octavas Simonis et Iude, apostolorum, reportatis nobis attestacionibus infrascriptis ex parte Godefridi, plebani in Boene, nostri in hac parte commissarii, ipsas attestationes in nomini Domini publicamus, quarum attestacionum tenor talis est:

Albertus de Turri, vicarius ecclesie Susaciensis, presbiter, homo senex et decrepitus, iuratus et requisitus super articulis editis ab honorabili viro domino Rodolfo, decano ecclesie Susaciensis, secundum interrogatoria dicti domini .. officialis prepositi et archidiaconi, quorum articulorum tenor talis est: Intendit probare Rodolfus, decanus ecclesie Susaciensis, quod ultra quadraginta annos dominus Godefridus, decanus Susatiensis bone memorie, predecessor suus, ecclesiam de Hoinchusen tamquam verus patronus eiusdem contulit Hermanno dicto Sweue, clerico. Item quod ipse eundem Hermannum de eadem ecclesia investiri mandavit et curam animarum ibidem commisit. Item intendit probare, quod de consuetudine antiqua prescripta et obtenta per tantum temporis spatium, cuius memoria in contrarium non existit, decani Susacienses habuerunt et adhuc habent ius patronatus dicte ecclesie in Hoinchusen simul et investituram et commissionem cure animarum cum sinodalibus ibidem. Item intendit probare idem dominus decanus, quod ipse dictam ecclesiam ex morte dicti Hermanni vacantem contulit Rodolfo de Benekinchusen, clerico, et ipsum de eadem investiri fecit, committendo sibi curam animarum ibidem. Item intendit probare, quod ipse decanus eandem ecclesiam Nicolao de Nussia, clerico, nunc pastori ibidem, contulit ipsumque de eadem investivit curamque animarum sibi commisit. Item intendit probare, quod de premissis est vox, verbum et fama publica et quod premissa sunt notoria in Hoinchusen et in Susato et in confiniis ibidem.

Item tenor interrogationis talis est. Queratur igitur a quolibet teste, si dicant, predictos .. decanum et scolasticum seu aliquem eorum prescripsisse de consuetudine, prout dicitur in facto, quod probare intendit de causa scientie sue, videlicet si viderint vel audiverint et, si dicant se vidisse, queratur, in quibus personis et in quot personis et quas personas viderint institui ad huiusmodi ecclesias et quomodo sciant, quod virtute talis institutionis facte a decano seu scolastico huiusmodi instituti tenerent ecclesias tales et quot[a] anni sint elapsi, quod talia facta sunt et a quo .. decano seu .. scolastico, si ista facta fuerunt de sciencia prepositorum Coloniensium pro tempore existentium et utrum aliqui prepositi contradixerunt. Item si dicant testes se audivisse ab aliis, queratur, a quibus et quibus presentibus audiverunt et in quo loco, quo anno, mense et die. Item si aliqui testes producantur super aliquibus sigillis, queratur, quo modo cognoscant sigilla et quo modo sciant esse ipsa eorum, quibus ascribuntur, et utrum viderint eos uti huiusmodi sigillis et in quibus factis. Cetera suppleat discrecio vestra. Item queratur a quolibet testium, si attineat aliquid ipsis producentibus aut, si sit excommunicatus aut periurus aut servilis condicionis aut aliquo crimine irretitus, et si concordaverit cum aliquo teste in premeditatum sermonem. Data sunt hec interrogatoria anno Domini M° CCC° vicesimo primo, ipso die beatorum duorum Ewaldorum martirum.

Dicit, quod ipse testis, qui loquitur, recordatur a tempore, cuius non est memoria, et audivit continue et vidit, quod .. decani ecclesie Susatiensis conferre consueverunt ecclesiam in Hoinchusen et quod investiebant personas ydoneas de ipsa et quod illa ecclesia pleno iure pertinet ad .. decanum Susatiensem. Recolit etiam, quod dominus Godefridus, decanus, ipsam ecclesiam contulit domino Hermanno de Sweue bone memorie et quod eo mortuo nunc .. decanus aliis tribus personis eam contulit et hos omnes de ipsa ecclesia investivit et quod sinodalia ipsius ecclesie subsunt .. decanis Susatiensibus. Et ipsa recordatur ultra quadraginta annos. Tres persone predicte investite per dominum nunc decanum sunt Rudolfus, Hildegerus et Nicolaus.

Conradus Preco, presbiter, testis secundus, homo decrepitus et senex, dicit sicut testis predictus et concordat per omnia cum ipso, sed addit, quod recordatur ultra quadraginta annos fuisse sex decanos Susatienses, videlicet Henricum, Robertum, Hermannum, Theodericum et Godefridum, nunc quoque Rodolfus, qui prefatam ecclesiam sub se pleno iure et in sinodalibus habuerunt. Et dicit, quod aliquando interfuerit investiture aliquorum.

Euerardus de Wekede, militaris, testis tercius, iuratus et requisitus super articulis et diligenter secundum interrogatoria requisitus dicit, quod ultra quinquaginta annos vidit et audivit, quod .. decani Susatienses investiebant personas ydoneas de ecclesia in Hoinchusen et addit se vidisse, quod .. decanus Godefridus contulerit ipsam ecclesiam Hermanno de Sweue, clerico, et quod ipsum investiri fecerit de eadem et commiserit sibi curam animarum et quod dicta ecclesia subsit .. decano Susatiensi pleno iure in omnibus et etiam in sinodalibus.

Rudolfus de Wardeslo, miles, quartus testis, iuratus et requisitus super articulis secundum interrogatoria dicit, quod ipse recolit quatuor .. decanos Susatienses et quod audiverit a senioribus parrochie in Hoinchusen et pro certo hoc sciat, quod illi .. decani contulerunt ecclesiam in Hoinchusen sex personis suo tempore, videlicet domino Iohanni, postea Volmaro de Elen, tunc quoque decanus Godefridus contulit eam Hermanno de Sweue, nunc quoque presens decanus eam contulit Radolfo, Hildegero et Nicolao, qui tres investiti fuerunt eo vidente per ipsos .. decanos et curam receperunt ab eisdem. Interrogatus de tempore, dicit, quod ultra tempus longum sit, quia isti investiti plus quam centum annis residentiam fecerunt in ecclesia memorata, aliter nesciens se expedire. Sed dicit, quod ipsa ecclesia pleno iure et in sinodalibus subsit decanis Susatiensibus.

Quibus sic publicatis et conscriptis presenti decreto nostro decrevimus et decernimus per presentes predictis testibus et eorum dictis iuxta depositiones eorum fidem esse adhibendam. Actum et publicatum in domo claustrali, quam honorabilis vir magister Godeschalcus de Susato, scolasticus ecclesie beate Marie ad gradus Coloniensis inhabitat, anno Domini M° CCC vicesimo secundo, indictione quinta, mensis Augusti die secunda, hora prime vel quasi, presentibus ipso magistro Godeschalco et Iohanne dicto de Reno, clerico Susatiensi, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Et ego Hermannus dictus Raze de Colonia, publicus imperiali auctoritate notarius predictus, predictas litteras, testes et eorum depositiones, prout eas inveni, in litteris superius expressis, ita de verbo ad verbum nichil addito vel mutato, quod sensum mutet vel viciet intellectum, fideliter conscripsi et exemplavi presentique decreto per ipsum dominum .. officialem, ut premittitur, facto una cum testibus prescriptis presens interfui, hoc publicum instrumentum sigillo officialitatis predicte sigillato exinde confeci de mandato ipsius domini .. officialis et in hanc publicam formam redegi meoque signo consueto signavi, vocatus et rogatus, quod est tale.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 108, Siegel ab.

a) In der Vorlage „quod".

1795

1321 November 11

Jungedelherr Tilman von Itter übereignet dem Kloster Neu-Küstelberg Güter zu Wissinghausen[1]*, die bisher Dietrich Heverere von ihm zu Lehen trug.*

Nos Tylemannus nobilis domicellus de Yttere universis tenore presentium cupio esse notum, quod de pleno consensu fratris mei Iohannis ac omnium heredum meorum appropriavi honorabili viro domino Godefrido, preposito in Nouo Quistelberg, .. priorisse totique conventui sanctimonialium ibidem ac eorum posteris bona in Wircenhosen, que a nobis Theoderius Heuerere in feodo tenuit, dictos videlicet Godefridum, prepositum, , .. priorissam et conventum eisdem bonis tam in campis, nemoribus, pratis, pascuis, iuris appendiciisque aliis redditibus et proventibus eorundem bonorum indotando et assignando ipsis pro bonis ipsis possidenda perpetuo iure hereditario, et hoc de meorum heredum ac Theoderici predicti voluntate, consensu plenario et favore. Et, ne per me aut meos heredes huiusmodi appropriatio bonorum predictorum et assignatio sepedictis preposito Godefrido, .. priorisse, conventui aut eorum successoribus possit aliqualiter irritari, presens scriptum dedi ipsis sigillo meo proprio consignatum fideliter in testimonium premissorum. Datum anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo primo, die sancti Martini episcopi.

Rubrik: Donatio bonorum in Weristorf (Wyrzrinhusen) a Tylemanno nobili de Itter.

Abschrift vom Ende des 18. Jahrh., A des Altertumsvereins Paderborn, Akte 110, Bl. 429, Nr. 34; Regest: Führer, Medebach S. 31.

1) Nach Führer „Werzinchusen, heute Wissinghausen, 1 km südwestlich von Deifeld".

1796

1321 November 12

Johann, Pfarrer in Ottmarsbocholt, sein Bruder Ludwig, Knappe, und ihre Schwester Odela verkaufen dem Kloster Flaesheim für Bekleidung den Hof Butemanhus[1] *im Kirchspiel Flaesheim, Bauerschaft Leven, dessen Eigentumsrecht den Verkäufern vom Grafen von Tecklenburg überlassen wurde, und lassen den Hof vor den Freischöffen auf.*

Pateat .. universis tam presentibus quam futuris, quod nos Iohannes, .. plebanus in Otmersbokholte, et Lodewicus, famulus, fratres, cum Odela, uxore nostri Lodewici, insuper nos Conegundis, soror fratrum antedictorum, cum Arnoldo, eius marito, de unanimi consensu et voluntate rite et iusto titulo vendicionis vendidimus pro pecunia nobis integraliter persoluta .. magistre et conventui cenobii in Vlarshem Coloniensis diocesis ad vestitum earum mansum, qui vocatur Butemanhus, et .. ius proprietatis ipsius nobis datum per nobilem virum .. comitem de Tekeneborch, prout idem mansus cum sua proprietate situs est in parrochia Vlarshem et in legione Leuene, cum omnibus suis attinenciis et iuribus quibuscumque ac vendimus in hiis

scriptis stabili venditione rata et firma perpetue possidendum et nichilominus eundem mansum cum sua proprietate iam dicte .. magistre et eius .. conventui prope Vlarshem predicto coram liberis .. scabinis infrascriptis, videlicet Bernardo Dapifero et Arnoldo de Dungelen, militibus, insuper Henrico dicto Olderoggen, Everhardo Vesteldagh, Gobelino de Rokesele, famulis, insuper Alberto Ebelinchem, existente libero precone, item Bernardo de Ebelinchem et Conrado de Vrilinchusen, existentibus liberis .. scabinis mete in Rekelinchusen, resignavimus et resignamus per presentem, promittentes antedicte .. magistre et eius conventui coniunctis manibus plenam et iustam warandiam facere de eodem manso et eius proprietate, prout iuris est in terra. Et quia nos .. venditores antedicti ad presens propriis sigillis caremus, utimur in premissorum robur et munimen sigillis domini Bernardi Dapiferi, militis antedicti, et nos Bernardus Dapifer antedictus de petitione tam ementium quam vendentium, quia in premissis interfuimus, sigillo nostro ea roboramus. Datum anno Domini M° CCC° XXI°, in crastino beati Martini episcopi.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A (Dep.), Urk. III Nr. 81 (Flaesheim), Siegel des Bernard Dapifer (WS 173 Nr. 1) abhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1516.

[1]) Bei Burghardt, Vestisches Lagerbuch, S. 137: Buteman.

1797

1321 November 14

Die Ritter Godfried von Meinhövel und Hermann von Münster schenken dem Kloster Flaesheim für ein Hospital der erkrankten Konventualinnen den Hof tor Hede[1] *in der Pfarrei Olfen in der Bauerschaft Kökelsum zu Eigentumsrecht mit den den Hof bewohnenden Eigenhörigen[2]. Dafür soll fünf Mal im Jahr für die Schenker und deren verstorbene Eltern, Friedrich, Margarete und Sophia von Meinhövel sowie Margarete von Münster eine Memorie gehalten werden und sie in die Fraternität des Klosters aufgenommen werden.*

In nomine Domini amen. Nos Godefridus de Menhouele et nos Hermannus de Munstere, milites, notum facimus universis presentia visuris et audituris presentibus publice protestantes, quod nos de unanimi consensu et voluntate heredum et coheredum nostrorum legitimorum, videlicet Hermanni de Munstere iunioris et Elizabet, uxoris sue, insuper Bernardi et Bertradis, fratrum et sororum eiusdem Hermanni de Munstere iunioris, heredum nostrorum verorum, pro salute animarum nostrarum ac parentum nostrorum, videlicet Frederici, Margarete et Sophie de Menhouele, insuper Margarete de Munstere defunctorum dedimus et legavimus, damus et legamus in hiis scriptis .. magistre et .. conventui in Vlarshem et specialiter in hospitale ad refectionem .. dominarum conventualium egrotantium ibidem domum tor Hede et proprietatem ipsius cum omni iure, sicuti sita est in parrochia Vlflon et in legione to Kukelshem in pascuis, pratis, agris, nemoribus, piscatis ac etiam cum .. hominibus eandem domum inhabitantibus, videlicet Henrico et Lotgardi, coniugibus, insuper tam .. filios quam filias eiusdem Lotgardis et Hermanni defuncti, .. filio cuiusdam villici de Borkenuelde nobis solummodo reservato, qui pro filia predicte Lotgardis senioris nobis in concambium datus exstat. Pro qua quidem donatione seu legatione quinque vicibus in anno, videlicet feria secunda proxima post octavas Pasche, feria secunda post octavas Pentecostes, feria secunda post Assumptionem beate Marie virginis, feria secunda post Mychaelis et feria secunda post Epiphaniam Domini dicende sunt vigilie ab omnibus dominabus eiusdem conventus et a sacerdotibus missa pro defunctis cum orationibus ad hoc aptis et consuetis. In quibus vigiliis et missis memoria est habenda Frederici, Margarete et Sophie de Menhouele, insuper Margarete de Munstere defunctorum et in genere omnium parentum nostrorum defunctorum, insuper nostrorum .. successorum ac etiam .. nostrorum, postquam fuerimus ingressi viam universi carnis, installantes nichilominus .. nos ac omnes parentes nostros in perpetuam fraternitatem omnium bonorum [operum][a] conventus supradicti. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem nos Godefridus de Menhouele et Hermannus de Munstere, milites antedicti, pro nobis et nostris coheredibus antedictis presentem literam super premissis confectam ipsi conventui in Vlarshem sigillatam nostris sigillis dedimus et damus in munimen, et nos Hermannus de Munstere

iunior cum Elizabet, uxore mea, insuper nos Bernardus et Bertradis antedicti, qui propriis sigillis caremus, contenti sumus sigillis antedictorum. Datum et actum sabbato post Martini anno Domini M° CCC° XXI°.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A (Dep.) Urk. III Nr. 80 (Flaesheim), Siegel des Hermann von Münster (WS 142 Nr. 1) anhängend, das erste Siegel ab; Rückvermerk: Haddenkamp; *Auszug bzw. Mischregest: WUB VIII Nr. 1517.*

a) Im Text wohl irrtümlich fehlend.

1) Im Schatzungsregister für das Bistum Münster von 1498 (S. 190 und 191) ein Roloff bzw. eine Engele tor (ter) Heyde genannt, später nicht mehr unter dem Namen erscheinend. Der Rückvermerk führt auf den Namen Hoddenkamp (bei Schwieters, Westl. Westfalen S. 337, dort aber keine weiteren Angaben und kein Bezug zu Flaesheim erwähnt); 2) zum Eigenhörigentausch vergl. Urkunde von 1321 Juni 4 (WUB VIII Nr. 1487).

1798

1321 November 22

Wilhelm Graf von Arnsberg bekundet, Rodolf von Lenhusen habe seinen am Ende im Norden des Dorfes Lenhausen gelegenen Hof und den Hausplatz, der ein Lehen des Grafen war, dem Kloster Oelinghausen überlassen und dafür einen Hof und Hausplatz im Osten des Dorfes empfangen. Graf Wilhelm billigt den Tausch, überläßt das Eigentumsrecht des im Norden gelegenen Hausplatzes dem Kloster und empfängt dafür das Eigentumsrecht an dem im Osten gelegenen Hausplatz.

Nos Wilhelmus nobilis comes in Arnsberg notum facimus universis tenore presentium publice protestando, quod Rodolfus de Lenhusen cum consensu Blitradis, uxoris sue, necnon Hermanni, filii sui, et omnium suorum heredum, quocumque iidem censentur nomine, domum suam in Lenhusen in fine ville ad aquilonem cum area sua, quam idem a nobis tenebat[a] in feodo, cum aliis utilitatibus infra septa eiusdem aree existentibus religiosis personis .. preposito et .. conventui[b] monasterii in V̊linchusen pro quadam domo sua et area sita ad austrum ville eiusdem per modum concambii sive permutationis assignavit, nullam prorsus in agris et aliis attinentiis arearum dictarum extra septa earundem manentibus permutationem faciendo. Quam permutationem sic rite factam ad petitiones permutantium approbamus, Godfrido, Wilhelmo et Conrado, filiis nostris, et aliis omnibus heredibus, quorum interest, consentientibus in id ipsum et dictos .. prepositum et .. conventum in V̊linchusen in possessionem aree predicte ac proprietatis eiusdem transferimus, nichil in ea nobis iuris reservantes, recipiendo nichilominus proprietatem aree predicte ad austrum ville premisse in Lenhusen in recompensationem iuris nostri. Huic autem permutationi presentes erant Heydenricus de Aflen et Theodericus, frater suus, Rutgerus et Hermannus de Lenhusen, fratres, et alii plures fidedigni. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in die beate Cecilie virginis anno Domini M° CCC° vicesimo primo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen Urk. Nr. 235, Siegel ab; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 248.

a) Nasalstrich über dem „a" radiert; b) in der Vorlage fehlt die Silbe „ven".

1799

1321 November 23

Die Witwe Christina gen. von Huslo erklärt, daß sie an dem zum Oberhof Huckarde gehörenden Hof Sculehove[1] *kein Recht besäße, da ihr verstorbener Ehemann Friedrich gen. vamme Huslo den Hof nur auf Lebenszeit für einen an den Schulten des Oberhofs zu entrichtenden Jahreszins besessen habe.*

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Cristina vidua dicta de Huslo notum facio et publice protestor, quod Fridericus dictus vamme Huslo, bone memorie quondam maritus meus, et ego in manso dicto Sculehoue, qui pertinet in curtem Hokerde, nichil iuris habuimus, sed quod ipse Fredericus tenuit dictum

mansum ad tempora vite sue pro pensione annua, que debebant curti predicte et sculteto pro tempore existenti, ita quod post mortem sepedicti Frederici, mei mariti, ego seu mei heredes, si quos genuissem, in dicto manso habuimus penitus nichil iuris et mansus videlicet prenarratus ad curtem prememoratam libere noscitur devolutus. In cuius rei testimonium, ex quo proprio sigillo careo, presens scriptum sigillo honesti militis domini Arnoldi de Edelinctorpe petivi sigillari, et nos Arnoldus de Edelinctorpe, miles predictus, ad instantiam Cristine supraposite presentem litteram nostro sigillo duximus roborandum. Datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} vicesimo primo, crastino beate Cecilie virginis et martiris.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen, Urk. Nr. 300, Siegel ab; Rückvermerk (16. Jahrh.): Boilhove: *Abschrift um 1800, StAM, Msc. II 121 (Sammlung Kindlinger) S. 38.*

[1]) Der Rückvermerk führt möglicherweise auf den in der Höferolle des Stifts Essen genannten Hof Baullengut/Staupendahl in Oestrich bei Castrop hin (vergl. August Wittkamp, 1100 Jahre Huckarde. In: Beiträge zur Geschichte Dortmunds und der Grafschaft Mark 56, 1960, S. 116).

1800

1321 November 26

Vor den Ratsherren der Stadt Recklinghausen lassen Gobelin genannt von Bachem, seine Frau Bertradis und ihre Kinder ihren Eigenhörigen Hermann von Bertelwich für eine Geldsumme frei.

Universis hanc litteram presentem inspecturis et audituris nos consules oppidi Rekelinchusen nomine Conradus de Alta Domo, Iacobus de Via Lapidea, Rûtgerus de Alta Domo, Lambertus Antiquus Decanus, Lambertus Iuvenis Decanus, Gerhardus, filius Frederunis in Domo Lapidea, Gerhardus Leyger, Iohannes de Bachem, Everhardus Faber, Arnoldus dictus Scleychte et Bernardus dictus Stût notum facimus publice protestando, quod in nostra presentia constituti Gobelinus de Bachem, Bertradis, eius uxor legitima, Gobelinus, Gerhardus, Hinricus, Bela, Alveradis, Aleydis et Yda, pueri coniugum iam dictorum omnes tunc temporis nati tam masculi quam femelle, de consensu ac plena voluntate omnium suorum heredum verorum Hermannum de Bertelwich ipsis iugo servitutis quondam attinentem recepta ab eodem quadam pecunie summa manumiserunt seu libertati dederunt ab omni iure, quo eisdem astrictus erat, quitum et liberum dimittentes. In cuius rei testimonium et firmiorem memoriam ad preces utriusque partis hanc litteram presentem super premissis confectam sigillo opidanorum Rekelinchusensium fecimus roborari. Datum anno Domini M° CCC^{mo} vicesimo primo, in crastino beate Katerine virginis.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A (Dep.), Urk. III Nr. 82 (Flaesheim), Siegel der Stadt Recklinghausen anhängend.

1801

1321 Dezember 6

Arnold von Badorpe und Gerhard von Wittene verkaufen für 45 Mark der Äbtissin Jutta von Arnsberg und dem Konvent des Klosters Fröndenberg Renten in der Form einer Zehntlöse, nämlich 17 Malter Korn, Geld, Leinen und Hühnern zu Barop[1], Persebeck[2] und Overbeck[3].

In nomine Domini amen. Nos Arnoldus de Badorpe, Gertrudis, uxor eiusdem, Gerhardus de Wittene et Bathe, uxor ipsius, universis, ad quos presens scriptum pervenerit, notum imperpetuum volumus esse necnon publice protestando, quod nos de maturo consensu et unanimi voluntate .. heredum nostrorum omnium vendidimus iusto et recto titulo venditionis nobili domine Iûtte de Arensberghe, abbatisse ecclesie in Vrendeberge, et conventui ibidem quosdam annuos redditus, qui vulgariter thentloze dicuntur, sitos in villis Badorpe, Perrebike et Ouerbyke, scilicet decem et octo maldra annone cum denariis, lino et pullis integraliter,

prout ad nos pertinebant, pro quadraginta quinque marcis Susato legalium denariorum nobis numeratis penitus et solutis pro mero proprio imperpetuum possidendos. Pro recta warandia constituimus dicte domine abbatisse et conventui Conradum de Herborne, militem, Iohannem de Nehem, Goswinum de Hachneghe et Arnoldum de Rûddinchusen, famulos, qui una nobiscum, scilicet Arnoldo et Gerhardo predictis, in solidum promiserunt fide prestita corporali, quod, quando moniti vel requisiti fuerint, intrabunt opidum Tremoniam ad iacendum more bonorum .. fideiussorum, si in dicta warandia aut in aliquo premissorum in parte vel in toto inventi fuerimus insufficientes vel remissi, nec abinde recessuri, quousque ipsis domine abbatisse et conventui de singulis premissorum satisfactum fuerit integraliter et complete. Nichilominus antedictos redditus eisdem domine abbatisse et conventui resignavimus et effestucavimus coram iudicio et tribunali in Ekelinchouen, cui Helias tunc temporis presidebat, ad perpetua tempora pro mero proprio possidendos, presentibus Constantino de Aldinchouen, Iohanne dicto Vrydach, Theoderico de Holthusen, Eng(elberto) de Perebike, Conrado Scriptore de Saley et Egghehardo, precone. Presentes quidem dicte venditionis fuerunt Goswinus de Vnna, Arnoldus dictus van der Trappen, Henricus de Attenderne, Iohannes de Stochem, Thomas de Dedelinchouen et Albertus de Badorpe. Et nos Conradus de Herborne, miles, Iohannes de Nehem, Goswinus de Hachne et Arnoldus de Rûddinchusen, famuli predicti, in omni forma sui, ut premittitur, dicte domine .. abbatisse et .. conventui promittimus una et in solidum cum Arnoldo de Badorpe et Gerhardo de Wittene, recognoscentes premissa esse vera. Renunciamus itaque omnibus exceptionibus iuris et facti, quibus nos defendere poterimus contra seriem vendicionis, ordinacionis, promissionis premissorum. Ne autem hec singula in sui tenore, ut premittuntur, tam rationabiliter acta et terminata aliqua versucia callide posteritatis enervari valeant aut infrangi, nobilem dominum dominum Engelbertum .. comitem de Marka petivimus nos Arnoldus de Badorpe et Gerardus de Wittene predicti ac uxores nostre predicte in huius rei testimonium et certitudinem firmiorem sigillum suum presentibus applicare. Et nos Engelbertus .. comes de Marka scientes premissa vera esse secundum contextum presentis pagine sigillum nostrum appendi fecimus huic scripto in testimonium super eo. Actum[a] anno Domini M^{mo} CCC^{mo} vicesimo primo, ipso die beati Nycolay episcopi.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg Urk. Nr. 100, Siegel ab.

[a]) Davor gestrichen „Da"(tum).
[1]) Südlich von Dortmund, vergl. BUK Kreis Hoerde, S. 11; [2]) Teil von Barop; [3]) nicht nachgewiesen; bei der Bürgeraufnahme 1388 ein Heinrich Overbieke (DUB II Nr. 256, S. 247).

1802

1321 Dezember 7

Konrad genannt Heiger bekundet, Dietrich Graf von Limburg habe seinem Oheim Dietrich von Limburg am 9. Juni 1321 beim Heiliggeist-Hopital in Dortmund und nun erneut auf dem Friedhof von St. Marien die Einlösung der Hälfte der sogenannten Krummen Grafschaft angeboten. Dieser habe sich aber geweigert, einen Termin für die Entgegennahme der Pfandsumme festzusetzen.

Universis tam presentibus quam futuris ego Conradus [dictus][a] Heygher tenore presentium cupio fore notum, quod dominice incarnationis anno M° CCC° v[icesimo pri]mo[b] feria tercia proxima post festum Pentecostes iuxta domum sancti Spiritus in Tremonia sub hono[rabilium][c] militum ceterorumque proborum ac fidedignorum subscriptorum testimonio et mei exhibuit dom[inus] Theodericus comes in Lymborch domino Theoderico de Lymborch, patruelo suo, redemptionem dimidietatis comitie dicte Krumme Grascap pecunia, pro qua redimere debuit ab eo requisita, quod facere noluit, quia nullum diem sibi ad recipiendum suam pecuniam voluit assignare. Et hii presentes erant huic facto, die, loco et tempore prenotato, videlicet dominus Theodericus dominus de Volmesteyne, Hinricus, pastor ecclesie in Appeldorenbeke, Gherhardus de Wittene, miles, Hinricus dictus Pape de Wippervorde, opidanus Tremoniensis, et ego. Item altera vice comes in Lymborch domino Theoderico, patrueli suo, redemptionem exhibuit in cimiterio beate Marie opidi predicti, quod

facere renuit sicut prius. Et illic presentes fuerunt dominus de Volmestene predictus, Gerwinus de Rinckenrode, miles, Fredericus de Hurde, Sobbo dictus de Altena et Hermannus dictus de Tremonia, milites, Conradus comes de Tremonia et Arnoldus de Hacnegghe et ego ac alii quam plures fidedigni. In cuius rei testimonium sigillum nobilis viri domini Kraftonis de Graensteyne[d], quia proprio careo ad presens[e], presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° XXI°, in crastino beati Nicolai episcopi.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, A Letmathe (Dep.) Urk. Nr. 3, 1945 vernichtet; Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 556, S. 240; Regest: UB Volmerstein Nr. 303.

[a]) Lücke im Text; [b]) desgl.; [c]) desgl.; [d]) für „Grafschaft"; [e]) über der Zeile nachgetragen hinter einem irrtümlich stehenden „sigillum meum".

1803

1321 Dezember 11

Vor dem Rat der Stadt Soest bekundet der Soester Bürger Dietrich genannt Crede die Verlegung und Neueinrichtung des Hospitals Großer Mariengarten und trifft Bestimmungen über das Kollationsrecht für die mit dem Hospital verbundene Kapelle, die Wohnung des Rektors und die diesem zustehenden Einkünfte aus Salzhäusern zu Sassendorf, einer dortigen Mühle und von zwischen Sassendorf und Lohne gelegenem Land.

Nos Iohannes de Kywe et Bruno dictus Make, proconsules in Sosato, et ceteri ibidem consules notum facimus singulis ac universis in hiis scriptis publice protestantes, quod, cum domus novi hospitalis ante portam beati Iacobi infra muros Sosacienses olim fundata infirmis ibidem collectis seu colligendis propter loci inconvenienciam minus commoda videretur, discretus vir Theodericus dictus Crede, coopidanus noster, pio motus desiderio in loco dictis infirmantibus aptiori domum seu hospitale novum dictum ad Ortum sancte Marie una cum capella annexa de consilio .. consulum Sosaciensium, qui pro tempore fuerunt, propriis instauravit laboribus et expensis sub hac conditione, quod dicta domus seu hospitale predictum sub regimine et gubernatione consulum Sosaciensium perpetuo permanebit, salvo tamen predicto Theoderico et eius heredibus legitimis, quod ipse capellam predictam una cum altari in ipsa dotata cum bonis ipsius Theoderici infrascriptis conferre possit[a], ubicumque sibi visum fuerit expedire. Sed ipso Theoderico decedente collatio capelle et altaris predicti apud eius veros heredes perpetuo permanebit, ita videlicet, quod senior proximus eius heres masculus, opidanus in Sosato, qui pro tempore fuerit, ea, dum vacant, habeat conferre et non alius modo debito et consueto. Ceterum est condictum, quod .. rector divinorum altaris predicti, quicumque pro tempore fuerit, habebit pro suo commodo inferius et supra mansionem retro coquinam dicti hospitalis, que per parietem deglebatam ab ipsa coquina est distincta. Redditus vero, per quos dictum altare est dotatum, sunt hii, qui secuntur solvendi singulis annis ex bonis iam nominandis, videlicet ex domo salinaria dicta Creuot et ex alia parva domo sitis in Sassendorp, que pertinet Arnoldo Mûsinc, decem et novi solidi denariorum Sosati usualium, item ex alia domo salinaria ibidem, que quondam fuerat .. dicti Bâtyseren, decem solidi denariorum predictorum, item ex molendino Gobelini Fabri sito inferius Sassendorpe sex modii siliginis et ordei pari quantitate, item ex quinque iugeribus sitis inter Sassendorpe et Lon pertinentibus Iohanni van der Hôue sex modii siliginis et ordei sub pari quantitate. Et in horum omnium testimonium fecimus presentem paginam sigillo nostri opidi roborari. Actum presentibus nobis proconsulibus predictis nec non Henrico de Alta Porta, Syfrido de Palude, Theoderico dicto Cappelle, Hermanno de Medebeke, Iohanne Scotte, Hermanno Cûbec, Richardo de Suderlandia, Iohanne dicto Vole, Syfrido cum Pugno, Iohanne de Molendino, Arnoldo Wenken, Conrado Deghen, Alberto de Hattorpe, Iohannne de Honsele, Marquardo van den Lo et toto consilio nostro Susaciensi. Datum anno Domini M° CCC^mo XX^mo primo, feria sexta proxima ante diem Lucie virginis.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Bestand A Urk. Nr. 9011, Bruchstück des Stadtsiegels anhängend; Druck: SUB II Nr. 584; Klocke, Soester Wohlfahrtsanstalten III Nr. 5, S. 7.

[a]) In der Vorlage „posit".

1804

1321 Dezember 13

Äbtissin und Konvent des Zisterzienserinnenklosters Welver verkaufen für 100 Mark ihrem Kämmerer den Oberhof Sterrehof in Klotingen zur leichteren Beschaffung von Kleidung und Hausgeräten.

Nos Elizabet, abbatissa in Welverbürg[a], nos ordinis Cisterciensis, Alheydis, priorissa, totusque conventus ibidem recognoscimus in hiis scriptis publice protestando, quod cum consensu nostrorum conversorum vendidimus discreto viro Volmaro, nostro camerario, curiam nostram sitam in Clottinche dictam Sterren cum omnibus attinenciis et iuribus, aquis cultis et incultis ad eandem curiam pertinentibus pro centum marcis legalium denariorum tali condicione prelibata, quod antedictus Volmarus, noster camerarius, vestimenta et suppellectilia, que ad ipsum spectant, conventui in Weluere de tali curia cum aliis bonis eo remissius possit procurare. Testes, qui huic empcioni et vendicioni interfuerunt, viderunt et audierunt, sunt venerabilis dominus Bertoldus, noster prepositus, dominus Conradus, noster cappellanus, canonicus in Arsnesbarg, Gerlacus de Mederike, Iohannes de Alen, Berwinus de Westhouen et alii quam plures fidedigni. Ut autem hec rata et inconvulsa permaneant, literam hanc ipsi relinquimus in testimonium sigillo nostri conventus sigillatam. Datum et actum anno Domini M° CCC primo, dominica in adventu, qua cantatur Gaudete.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver Urk. Nr. 171, Siegel ab.

[a]) Die letzte Silbe auf Rasur, vielleicht im Zusammenhang mit dem folgenden ungewöhnlichen Wortlaut.

1805

1321 Dezember 13

Die Äbtissin Alheidis von Halver erklärt, die von ihr von dem + Dortmunder Bürger Engelbert genannt Schof angekauften zwei Morgen Ackerlandes zu Renninghausen[1] stünden ihr auf Lebenszeit allein zu. Nach ihrem Tode fallen die Äcker an den Konvent zu Elsey, der dafür ihr Jahresgedächtnis zu begehen hat.

Ne aliqua, que per modernorum actus efficiuntur, tempore posteriorum oblivionem incidant, neccesse est huiusmodi causarum effectus roborari per scripti munitionem. Noverint igiter universi, quorum visui et auditui presentia fuerint exhibita, quod ego .. Alheydis dicta de Haluere illa duo iugera arabilis terre sita in campo prope Renninchüsen, que emi a Engelberto dicto Schof bone memorie, quondam cive Tremoniensi, pro determinata pecunie summa sibi per me tradita et solutua ad manus meas et alterius nullius habere volo et ipsorum essem domina temporibus vite mee. Et post obitum meum pia devotione divinitus mota do et assigno bona voluntate predicta pro salute anime mee claustro in Elsey, .. priorisse, que nunc est vel quecumque fuerit, et conventui ibidem perpetue possidenda, sub hac conditione et forma, ut provenientia ex hiis bibant et commedant et in usus proprios convertant, ut eo fortiores ad cultum Dei et ad felicitatem reddantur et mei semper in orationibus, ieiuniis et vigiliis memoriam habeant et anniversarium meum cum missis defunctorum anno quolibet peragere non obmittant. In cuius rei testimonium, ne aliquis in posterum huiusmodi donationem et legationem infringat, sigillum claustri predicti mediantibus precibus meis presentibus est appensum. Et nos priorissa et conventus recognoscimus nos sigillum conventus nostri predicti ad petitionem predicte Alheydis presentibus appendisse in testimonium veritatis premissorum. Actum et datum in die Lucie virginis anno incarnationis Domini millesimo trecentesimo vicesimo primo.

Ausf., Perg., Fürstlich Bentheim-Tecklenburgisches A in Rheda, Abt. Limburg Urk. Nr. 24; Siegel des Konvents von Elsey (stark beschädigt, wie WS 117 Nr. 6 und Nr. 9) abhängend.

[1]) Bei Dortmund-Wellinghofen.

1806

1321 Dezember 18

Vor dem Rat der Stadt Salzkotten verkauft Yliana, die Witwe des Bertold genannt vom Lo, dem Stift Geseke eine Rente von sechs Schillingen aus ihrem Haus und dem Hausplatz in Bohlweg[1].

Universis presentes literas visuris vel audituris nos Bernhardus de Othelmesdorp et Albertus dictus apud Kericweych, proconsules, Hermannus dictus Pape, Bernhardus dictus Hegere, Conradus dictus Medele, Conradus dictus de Lande, Bernhardus dictus Faber, Hermannus Rosekinch, Henricus dictus Schele, Volquinus dictus Totus Mundus, Winandus dictus Kobole et Hykebrandus de Scarhem, consules in Zoltkoten, notum esse cupimus tenore presencium publice protestando, quod Yliana, relicta quondam Bertoldi dicti de Lo, Henricus et Elyzabet, heredes ipsius, habita nostra speciali licentia vendiderunt venerabilibus dominabus .. abbatisse et conventui ecclesie in Gyseke redditus sex solidorum denariorum in Susato legalium ex domo sua sita in Boleweych et area ipsius singulis annis recipiendos et iure hereditario perpetuo possidendos. Quos quidem denarios idem venditores et eorum successores dictam domum et aream pro tempore possidentes in die beati Martini episcopi predictis dominabus emptricibus in ecclesia sua Gyseke predicta solvent singulis annis eosdem iugiter presentando. In qua solutione et presentatione, si dicti vendentes vel eorum successores negligentes vel remissi fuerint in parte vel in toto quoquo modo, extunc supradicte domine abbatissa et conventus prefatam domum cum area ipsius tamquam propriam vendere vel locare alii vel aliis habebunt liberam potestatem, contradictione quorumlibet non obstante. In cuius rei testimonium et evidenciam ampliorem nos consules predicti has literas sigillo opidi nostri prelibati fecimus roborari. Datum feria sexta post Lucie virginis anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo primo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Geseke Urk. Nr. 42, Siegel ab; Rückvermerk (16. Jahrh.): Alheydis Thesaurarie; *Abschrift in Msc. VII 5727, Bl. 85v; Druck: WUB IX Nr. 2050.*

[1]) Der Vielser Weg im heutigen Salzkotten, der von dem ehemals südlich gelegenen Ort Vielsen bzw. dem Vielserhof in die Stadt führte, hieß ursprünglich Bohl- oder Bollweg (Anton Gemmeke in: Otto Schnettler, Stadt und Amt Salzkotten, 1970, S. 211).

1807

1322

Im Jahr 1322 ward zu Köln ein ketzerischer Lollardus (Collardus) genannt Walterus verbrannt. Um diese Zeit hat Engelbertus Graf von der Mark mit seinen Gehilfen den Ludewig Bischof von Münster bekrieget, auch denselben bei der Brücke vor dem Hamm gefangen. Es hat auch in diesem Jahr der Erzbischof Heinrich zu Köln ein Provinzial-Concilium gehalten, in welchem unter andern gegenwärtig waren Godefridus Bischof zu Osnabrück, Godefridus Bischof zu Minden, Adolphus Bischof zu Lüttich, Ludovicus Bischof zu Münster und die Gesandten des Kapitels zu Utrecht sede vacante. In dieser geistlichen Ratsversammlung wurde bestätigt und zu der ganzen Kölnischen Provinz extendirt die Statuta synodalia des Erzbischofs Engelbert, welche im Jahre 1266 ausgingen, und über die Strafen oder Verbannung derjenigen, so die Geistlichen bedrohen, selbige fangen, schätzen, umbringen usw., Klöster und andere geistliche Güter anzünden, brennen, plündern, rauben, den Zehnten weigern, die Geistlichen zu den weltlichen Gerichten ziehen, die geistliche Jurisdiction verhindern, den Bann verachten usw., verfasset waren. Es hat aber Graf Engelbert von der Mark sowohl diese als jene des Viennensis Concilii Verordnung verachtet, den Bischof zu Münster, Ludovicum de Hassia so lange gefänglich gehalten, bis im Jahre 1323 durch Adolph Grafen von Berge und Heinrich von Waldeck zwischen ihm und demselben Bischof von Münster ein Vertrag aufgerichtet und unter andern dem Grafen auch zugelassen wurde, Lünen nach seinem Gefallen zu erbauen.

Gerhard von Kleinsorgen, Kirchengeschichte von Westphalen. II, 1780, S. 221.

1808

1322

Im gedachten Jahr 1322 ist die Kapelle zu Nordherringen (-heringen) *durch die Follenspete mit Bewilligung des Pastors zu Herringen und derselbigen Kirche Patrons, nämlich des Abts zu Deutz* (Duiz) *und des Dechants ad Gradus Mariae zu Köln als Archidiacons zu Dortmund fundirt und durch des Erzbischofs zu Köln, Heinrich, Generalvikar, dem Bruder Hermann, geweihet worden. Es wurde diese Fundation auch hernacher im Jahre 1327 durch Erzbischof Heinrich bestätigt. In dieser Stiftung wird unter andern angezogen, daß gleichwohl die Inhaber des Schlosses Herringen die heilige Oelung, die Kindertaufe, das Begräbnis, die Communion des Herrn Leibes, die Einführung der Frauen nach der Geburt und die Beichte in der Kirche zu Herringen empfangen und tun sollen.*

Kleinsorgen, Kirchengeschichte von Westphalen, Bd. II, 1780, S. 223.

1809

1322

Bürgschaften Dortmunder Bürger.

Pro litera patente Gotscalci de Rode, filii quondam domini Ecberti, in Gotlandiam transmissa fideiussit ipse et Thidericus super Viam anno Domini 1322.

Pro litera patente fratrum de Wesele in Ludehusen transmissa fideiusserunt ipsi tres et Hartlevus, filius Thiderici Lusci in Hovelstrata, feria secunda post Quasi modo geniti anno Domini 1322[1].

Pro litera patente Walburgis, civis nostre, et fratrum suorum Thiderici et Gotscalci dictorum in Lubeke transmissa fideiusserunt Gobelinus de Hillen, Henricus de Ecelinchoven et Lambertus Seltere.

Pro litera patente in Gripeswolde transmissa, pro qua petivit quidam monachus de Cappenberge, fideiusserunt dominus H. de Redinchusen, Io. Suderman et Lud. de Hagen coniuncta manu.

Eintragung im 1945 vernichteten Bürgerbuch (liber civium), *S. 46b, Stadt A Dortmund, Wiedergabe nach dem Druck im Dortmunder UB Nr. 400, S. 284.*

[1]) 20. April.

1810

1322

Als er (der Graf von der Mark) mit dem Bischof von Münster wieder in Krieg verwickelt wurde, tat er den Münsterschen viel Schaden. Der Bischof suchte sich zwar mit der Hilfe der Hessen zu rächen und wollte das folgende Jahr die Stadt Hamm mit List einnehmen. Allein, weil es dem Grafen von der Mark zu frühzeitig entdeckt worden, ist der Bischof auf der Zugbrücke vor dem Hamm mit 70 oder 75 Reutern gefangen genommen worden. Der Erzbischof von Köln suchte ihn zwar loszumachen, hielt deswegen eine Versammlung von verschiedenen Bischöfen, worauf die Statuta Engelberti vom Jahre 1266 von Strafe und Bann derjenigen, die die Geistlichen fangen, bedrohen, schätzen und umbringen würden, bestätigt wurden. Allein der Graf von der Mark kehrte sich nicht daran, sondern fiel in das Münstersche ein, und zwar mit Hilfe der Grafen von Geldern, Berg(h)e, Flandern, Artois, Holland und der Bischöfe von Lüttich (Luick) *und Utrecht. Er eroberte Zeit währender solcher Gefangenschaft Haltern, Sendenhorst und andere Orte des Münsterlandes und zerstörte sie, erfocht auch am Abend von Petri und Pauli an der Landwehr wider die Münsterschen einen*

herrlichen Sieg. Es fielen zwar die Münsterschen darauf ins Märkische und verbrannten Methler, allein es setzte ihnen Graf Engelbert gleich nach, und wie er sie am Tage Margareten bei der Rauschenburg erreichte, kam es abermals zum Treffen, dabei von des Bischofs Leuten viele getötet, teils gefangen genommen wurden.

Da nun dem Bischof alles zuwider lief und er wohl sah, daß er weder durch den angedrohten Bann des Erzbischofs zu Köln und seiner Gesellen noch durch die Gewalt der Waffen los kommen könnte, suchte er mit dem Grafen für Geld zu handeln und brachte es auch durch Vermittlung der Grafen Adolph von Berge und Heinrich von Waldeck dahin, daß er und seine Mitgefangenen gegen Erlegung von 7000 Mark und die Bewilligung, daß Lünen sollte befestiget werden, auf freien Fuß gestellt wurden.

Kaum aber war der Bischof gelöst, so suchte er seine Kräfte zu sammeln, und als er den Bischof von Osnabrück, die Grafen von Lippe und Waldeck auf seine Seite gebracht, eroberte er nicht allein die von den Märkischen weggenommenen Plätze Haltern und Sendenhorst, sondern war auch in einigen Scharmützeln, besonders bei Coesfeld, glücklich, daher dann auch endlich Friede gemacht wurde[1].

Von Steinen, Westphälische Geschichte Bd. I, neue Auflage 1797, S. 184.

[1]) Vergl. die Darstellung von Levold von Northof für das Jahr 1323.

1811

1322 Januar 3 Schwelm

Die Brüder Johannes und Gobelin genannt von Sunde verzichten mit Zustimmung ihrer Schwester Aledis gegenüber dem Kloster Gevelsberg auf eventuelle Rechte an den Gütern zu Möddinghoff[1].

Universis presens scriptum visuris et audituris nos Iohannes et Gobelinus fratres dicti de Sunde notum esse cupimus, quod voluntate et libero arbitrio nostro ac sororis nostre Aledis omniumque heredum nostrorum renunciavimus et renunciamus publice omni iuri, quod nobis et nostris posteris competebat vel quocumque modo in futurum competere videbitur, de bonis dictis to deme Mûdenchouen ecclesie et conventus[a] in Gyuelberg nec aliqualiter attemptabimus de ulla inpeticione in prefatis bonis unquam facienda. In huius rei testimonium sigillum domini Arnoldi, plebani in Swelme, ad nostram peticionem presentibus est appensum. Hec acta sunt[b] in ecclesia Swelme, presentibus domino Arnoldo predicto, Adolpho, rectore, Thelemanno, quondam rectore, Brunone dicto de Aldehûs, Thelemanno de Piscina, Alberto dicto Minnenprikel, Hinrico et Goswino fratribus dictis de Hoye, Brunone et Alberno, conversis in Gyuelberg et aliis quam pluribus fidedignis. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, dominica ante Epyphaniam Domini.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Gevelsberg, Urk. Nr. 28, Siegel ab; Abschrift in Msc. VII 6106, Nr. 21.

[a]) Für „conventui"; [b]) dahinter das voreilig geschriebene „presentibus" durch Unterpunktieren getilgt.
[1]) In der Gemeinde Nächstebreck bzw. Hottenstein bei Schwelm (vergl. BUK, Kreis Schwelm S. 15).

1812

1322 Januar 8

Der Knappe Randolph genannt Hake von Herne[1] *und Everhard genannt Wrede von Lünern (Lonheren) vollziehen einen Tausch. Randolph überläßt Everhard die Zehntlöse in Bellingsen*[2] *und Haarhof*[3] *und erhält dafür sechs Morgen Ackerlandes, genannt das Beghinenland, im Dorf Ruhne*[4] *im Kirchspiel Bremen*[5].

Universis, ad quos presens scriptum pervenerit, nos Randolphus Hake de Herne, famulus, cum consensu Iohannis et Lamberti, fratrum meorum, necnon Euerhardus dictus Wrede de Lonheren cum consensu Berthe, uxoris mee, Cristine et Elizabeth, filiarum mearum, recognoscimus publice protestando, quod constituti in presentia honestorum virorum, videlicet Iohannis de Vlfersne, famuli, Gerwini dicti Sprenghen, Henemanni dicti Thorich, Arnoldi dicti Helyas et dicti Waldeghe et aliorum quam plurium fide

dignorum quoddam concambium inter nos fecimus et ordinavimus in hunc modum, ita quidem, quod ego Randolphus predictus ipsi Euerhardo et suis .. heredibus meam decimam minutam, que theutonice thentlose dicitur, sitam in Beldinchusen et in Haren cum appropriatione et universis fructibus ad ipsam spectantibus hereditario iure perpetuis temporibus possidendam, et ego Randolpho[a] predicto Euerhardus prenotatus[b] pro huiusmodi decima simili forma do et assigno suisque .. heredibus sex iugera terre arabilis, que dicuntur theutonice morgen, dicta proprie dat Bagginenlant cum appropriatione eorundem, que situm habent in villa Rûnen in parrochia Bremen, in perpetuum hereditario iure possidenda. Hec singula in omni forma sui, ut premittuntur, sub sigillo honesti viri Gotfridi de Wûlenspit, militis, significamus, quod presentibus ad petitionem nostram est appensum. Et ego Gotfridus dictus Wûlenspit, miles iam dictus, ad voluntatem et petitionem Randolphi dicti Hake et Euerhardi dicti Wrede, predictorum, sigillum meum presentibus duxi apponendum. Datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} vicesimo secundo, feria sexta post Epiphaniam Domini.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 237, Siegel des Volenspit (unterer und oberer Rand weggebrochen; Bild: Schild belegt mit einem nach rechts aufgerichteten Füllen); Rückvermerk (15. Jahrh.): de minuta decima in Belddinchusen et in Hart; *Abschrift des 14. Jahrh.) A des Altertumsvereins Paderborn Cod. 348 (Oelinghauser Kopiar) S. 253; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 250.*

[a]) Die Endung „o" radiert und aus „us" korrigiert; [b]) das „s" korrigiert.

[1]) Herne = Heeren bei Unna; [2]) südlich von Wimbern; [3]) in der Gemeinde Voßwinkel; [4]) südlich von Bremen; [5]) vergl. Urkunde von 1323 März 2.

1813

1322 Januar 16

Jungedelherr Tilemann zu Itter läßt mit Zustimmung seines Bruders Johannes dem Propst Godfried in Neuküstelberg, der Priorin und dem Konvent Güter im Dorf Wernstorp[1] *beim Dorf Assinghausen auf. Diese hatte bisher der Knappe Konrad Slechtrim von ihm zu Lehen*[2].

Ego Tylemannus nobilis domicellus de Yttere universis tenore presentium cupio esse notum, quod de pleno consensu fratris mei Iohannis ac omnium heredum meorum appropriavi honorabili viro domino Godefrido, preposito in Nouo Quistelberg, priorisse totique conventui sanctimonialium ibidem ac eorum posteris bona in villa Wernstorp, sita apud villam Ascenkosen, que a nobis Conradus Sleytrime, famulus, in feodo tenuit, dictos scilicet Godefridum, prepositum, .. priorissam et conventum eisdem bonis tam in campis, nemoribus, pratis, pascuis, iuris appenditiis quam aliis reditibus et proventibus eorumdem indotando et assignando, ipsis pro bonis propriis possidenda perpetuo iure hereditario, et hoc de meorum heredum voluntate, consensu plenario et favore. Et ne per me aut meos heredes huiusmodi appropriatio bonorum predictorum et assignatio sepedictis .. preposito, .. priorisse, conventui aut eorum successoribus possit aliqualiter irritari, presens scriptum dedi ipsis sigillo meo proprio consignatum fideliter in testimonium premissorum. Datum anno Domini M° CCC^{mo} vicesimo secundo, die Marcelli pape et martyris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Glindfeld, Urk. Nr. 31, Siegel ab; Rückvermerk (16. Jahrh.): Wymarchusen; *Druck: WUB IX Nr. 2073; Regest: Führer, Medebach, S. 32, Nr. 153 (unter dem Jahre 1323).*

[1]) Wüstung (auch Wirnstorp) in Wiemeringhausen bei Assinghausen; [2]) vergl. Urkunde von 1321 Mai 30.

1814

1322 Januar 19

Conrad von der Leithen verzichtet auf die im Streit mit Dechant und Kapitel von (St. Patrokli) Soest erhobenen Ansprüche auf ein Kanonikat im dortigen Stift und bestimmt Heidenreich, Propst von St. Severin in Köln, zum Sachwalter zur Erklärung des Verzichts.

Universis presentes literas visuris et audituris Conradus de Leytene dictus Coloniensis dyocesis cognoscere veritatem. Noveritis, quod, cum iam dudum inter honorabiles viros dominos .. decanum et .. capitulum ecclesie Susaciensis Coloniensis dyocesis ex parte una et me Conradum predictum ex altera lis versa sit, discensio, discordia et materia questionis coram diversis .. iudicibus delegatis a sede Apostolica et subdelegatis super canonicatu et prebenda dicte ecclesie Susaciensis, qui fuerant olim Heydenrici dicti de Plettenbracht et per suam resignationem liberam in ea vacaverint, cum ipse secundum consuetudinem ipsius ecclesie Susaciensis maiorem prebendam, que per mortem Reynheri de Heysterdorp in ea vacavit, acceptavit et de quibus ipsi Godescalco dicto Fernere providerunt, ego paci et concordie intendens, constituo, facio et ordino venerabilem virum dominum Heydennricum, prepositum ecclesie sancti Seuerini Coloniensis, meum verum et legitimum procuratorem, actorem negociorum gestorum et nuncium specialem ad concordiam, compositionem et pacem faciendum cum eisdem dominis .. decano et .. capitulo Susaciensi et ad renunciandum pro me et meo nomine dictis canonicatui et prebende et omnibus literis, instrumentis, munimentis et processibus concessis, habitis, actitatis et factis super eis sine occasione eorundem et omni iuri, actioni et obligationi, si que michi competunt in eisdem vel ad eosdem sive ad alios canonicatum, prebendam virtute iuris, cui innitor ad eosdem canonicatum et prebendam, sic quod numquam aliquem canonicatum et prebendam petam ab eisdem dominis .. decano et .. capitulo ecclesie Susaciensis, nisi hoc forsan esset iure novo michi in posterum acquirendo, item ad renunciandum omnibus expensis, dampnis et interesse, si que michi competunt a dictis .. decano et .. capitulo sive singulis personis de ipso .. capitulo sive contra eas occasione litis, discordie et discensionis predicte et ad faciendum finem, remissionem sive quitacionem de eisdem, item ad renunciandum pro me et meo nomine et pro meis consanguineis et amicis omni rancori et iniurie, si quas ego vel amici mei nobis factas credimus per dictum .. decanum et .. capitulum sive singulares personas de eodem occasione canonicatus et prebende predictorum sive litis et discordie super eis. et ad faciendum, gerendum, exercendum et procurandum in premissis et circa premissa, que necessaria fuerint et oportuna, eciam si mandatum egerint speciale, et que egomet facerem, si personaliter presens essem, ratum, gratum sine ulla contradictione perpetuo habiturus et firmum, quidquid per eundem dominum prepositum nomine mei in premissis et singulis premissorum actum fuerit, gestum sive eciam procuratum. Quod omnibus, quorum interest sive interesse poterit, sub sigillo honorabilis viri domini Heinrici de Vlerike, .. decani ecclesie sancti Andree Coloniensis, ad peticionem meam presentibus appenso duxi significandum, quod nos decanus predictus ad peticionem dicti Conradi nos appendisse profitemur. Datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, in crastino beate Prisce virginis.

Insert in dem Notariatsinstrument, StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 110 von 1322 März 11.

1815

1322 Januar 21

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren zu Werl verkauft der Werler Bürger Konrad gen. Kule dem Kloster Cappenberg eine Rente von vier Schillingen aus seinem Haus und der Hausstätte zu Werl.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Theodericus de Holdinchoue et Hermannus dictus Bars, proconsules, ceterique consules opidi Werlensis notum facimus et presentibus publice protestamur, quod in nostra constituti presencia Conradus dictus Kule, noster coopidanus, et Gertrudis, uxor eius legitima, de consensu et plenaria voluntate omnium heredum et coheredum suorum recognoverunt liquide et expresse se religiosis personis .. preposito et conventui monasterii Capenbergensis quatuor solidorum reditus denariorum Susati usualium ex integra domo, area et hereditate sua ab omni iure pensionario preter quartum dimidium denarium et pullum vacante pro quinque marcis duobus solidis minus numerate pecunie penitus et solute iuste venditionis titulo assignasse possidendos perpetue iure hereditario per eosdem. Quos redditus ex eadem integra domo, area vel de inhabitantibus in ea quolibet festo beati Michahelis archangeli recipient et exquirent, renunciantes omni exceptioni iuris canonici vel civilis, quod sibi competere possent futuris temporibus ad rescindendam venditionem memoratam. Et quia huiusmodi reddituum venditio coram nobis rite facta est et

consummata, nos propter hoc ad petitionem predictorum sigillum opidi nostri duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini M° CCC° XX° II°, in festo beate Agnetis virginis, presentibus fratre Hunoldo, sacerdote et canonico ecclesie Capenbergensis, Hunoldo de Berdynch, eius priore, Godefrido det Theoderico de Berdynch, Hermanno Borgholt, Erpone de Holthem, Henrico Rost, famulis militaribus, Hermanno Vendelere, Iohanne, filio Thome, Conrado Scenkel, Rûtgero Reyme et aliis discretis viris coopidanis Werlencis in sigillatione presencium consencientibus pro testibus ad hoc vocatis et rogatis.

Ausf., Perg. Schloß A Cappenberg, Urk. Nr. 203, Siegel der Stadt Werl (WS 71,6) anhängend.

1816

1322 Januar 29

Das Domkapitel in Paderborn genehmigt den Verkauf einer Hufe in Ehringhausen[1] durch den Knappen Wilhard genannt von Drewer[2] an das Stift Geseke. Dabei steht dem Verkäufer Heinrich genannt Bolmast, Schulte des domkapitularischen Oberhofs zu Lon[3], bei. Von der Hufe ist jährlich ein Zins von acht Schillingen an diesen Schulten zu entrichten.

Nos Wernherus, Dei gratia prepositus, Ludolfus, decanus, totumque capitulum maioris ecclesie Paderbornensis notum esse volumus universis presentes literas visuris et audituris et publice protestamur, quod Wilhardus dictus de Euere, famulus, assumpto sibi discreto viro Hinrico dicto Bolmast, schulteto nostri officii seu villicacionis in Lôn, recognovit se vendidisse mansum suum situm in Ederdinchûsen cum universis usufructibus et attinentiis ipsius, de quo annua pensio octo solidorum Paderbornensium denariorum quolibet anno in Cathedra beati Petri solvi debent schulteto predicti officii nostri in Lôn venerabilibus dominabus abbatisse et capitulo ecclesie in Gheseke habendum et pro dicta pensione perpetuo possidendum, rogans ut dictam vendicionem ratihabere dignaremur. Nos itaque habito maturo consilio precibus predicti Wilhardi prefatam vendicionem ratificamus et ratihabemus, volentes eam inviolabiliter observari[a]. In cuius rei testimonium has literas nostras supradictas dominabus damus sigillo nostro ad causas una cum sigillo supradicti Hinrici firmiter roboratas. Datum feria sexta post Conversionem beati Pauli apostoli, anno Domini M° CCC° vicesimo secundo.

Abschrift um 1400, StAM, Msc. VII 5725 (Kopiar des Stifts Geseke) Bl. 29; Druck: WUB IX Nr. 1280.

[a]) Aus „observare" verbessert.
[1]) Etwa 7 km nordwestlich von Geseke; [2]) benannt nach dem westlich von Altenrüthen gelegenen Ort; [3]) Wüstung bei Borchen.

1817

1322 Februar 1

Vor Hartlevus genannt Pyl, Amtmann zu Fürstenberg und Werl, verzichtet der Knappe Hermann von Wermingen auf den Zehnten von 13 Morgen Ackerlandes, die zur Hufe Rovekarenhove[1] *gehörten. Es wird vereinbart, daß Hermann von Medebeke und seine Erben wegen des Zehnten künftig nicht mehr bedrängt werden sollen.*

Universis, ad quos presentes litere pervenerint, nos Hartleuus dictus Pyl, officiatus in Vorstenberge et in Werle, cupimus fore notum publice protestando, quod constitutus coram nobis in figura iudicii dicretus famulus Hermannus de Wermincgen absolute renunciavit omni decime, que de tredecim iugeribus agrorum pertinencium ad mansum dictum Rouekarenhoue pertinuerant ab antiquo. Que eidem Hermanno decimam solvere consueverunt sub tali conditione, quod Wilhelmus de Nehem dictus Snauel assignavit eidem Hermanno sex iugera agrorum, de quibus idem ius decime annuatim recipiet, quod in aliis predictis iugeribus dinoscitur habuisse. Acta auten sunt hec, ut discretus vir Hermannus de Medebeke et sui heredes pro decima predictorum tredecim iugerum numquam ammodo in perpetuum inpetantur, presentibus honorabilibus viris

Hermanno de Plettenbraycth, milite, Frederico de Borebene, sedente pro tribunali iudice, Hermanno dicto Boricholte, Iohanne dicto Scriuere, Henrico dicto Prosekese et quam pluribus aliis fide dignis. In cuius rei testimonium nostrum sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° XXII, in vigilia Purificationis sancte Marie.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 113, Siegel des Ausstellers (gut erhalten, vergl. WS 210 Nr. 10) an Pergamentstreifen anhängend; Rückvermerke (14. Jahrh.): Notandum: sex iugera, de quibus in litera dicitur, unum est situm Werle iuxta Badeuotesporten[2], unum iuxta foveam lapidum ibidem et alia quatuor in eodem campo Werle super Tentueld[3].

[1]) Die Hufe nicht identifiziert, offensichtlich aber in der Gemarkung von Werl gelegen; [2]) der Name „Badevoitshove" weiterlebend in „Barshofe", der Bezeichnung für einen der drei Stadtteile Werls. Die „Badevoitspforte" fiel im Jahre 1519 beim Schloßbau weg und wurde ersetzt durch die „Neue Pforte" (Schoppmann, Flurnamen Soest II S. 183, Nr. 11); [3]) im südlichen Teil von Werl (Schoppmann, Flurnamen Soest II, S. 191, Nr. 146).

1818

1322 Februar 5

Mit Zustimmung des Erzbischofs Heinrich von Köln, von Propst und Konvent zu Scheda und des Prämonstratensers Macharius, des Pastors der Kirche in Mengede, errichtet der Ritter Giselbert genannt Speke auf seinem Grund zu Ehren der Jungfrau Maria eine Kapelle im Dorf Bodelschwingh innerhalb des Pfarrgebiets von Mengede. Er setzt die Einkünfte der Kapelle fest: zwölf Scheffel Gerste von den zwölf im Dorf gelegenen Höfen, eine Hufe zu Tortberg[1] und Renten von zwei Mark. Der die Kapelle betreuende Geistliche soll aus dem Konvent des Klosters in Scheda, dem das Patronatsrecht ebenso wie in Mengede zusteht, genommen werden. Dieser hat täglich die Messe zu zelebrieren und ständig Residenz zu halten. Wenn er dem Stifter oder seinen Erben nicht genehm ist, soll der Propst von Scheda einen anderen Konventualen zum Rektor der Kapelle bestimmen. Die Einwohner von Bodelschwingh haben an den Hochfesten die Mutterkirche in Mengede zu besuchen. Die Angehörigen des Ritters, seine Erben und die Angehörigen des Gesindes haben die Wahl, ob sie in Mengede oder Bodelschwingh beichten, die Kommunion empfangen oder beerdigt werden wollen. Die von Einheimischen bei Beerdigungen anfallenden Opfergaben gehören dem Rektor, von Auswärtigen fallen sie dem Pastor der Mutterkirche zu.

In[a] nomine Domini amen. Universis[b] et singulis Christi fidelibus presentes litteras visuris et audituris innotescat, quod de beneplacito et autoritate reverendi in Christo patris et domini, domini Henrici sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopi, nec non de consensu et expressa voluntate venerabilis viri domini Conradi, prepositi, ac tocius conventus monasterii sancte Marie in Scheda[c] et discreti viri Macharii, tunc temporis pastoris ecclesie in Mencgede[d], ordinis Premonstratensis, providus et honestus vir dominus Gyselbertus dictus Speke, miles, pio motus desiderio in remedium anime sue et animarum omnium parentum et successorum suorum capellam quandam in fundo suo in villa Bodelswincge infra limites parrochie Mencgede in honorem gloriose virginis Marie, matris Christi, propriis sumptibus fundavit, construxit et erexit et cum una area et orto cum redditibus infrascriptis, videlicet duodecim mensuris ordei dandis annuatim de duodecim mansis in dicta villa sitis, et hoc de voluntate expressa omnium heredum mansorum predictorum, et uno manso sito in Tortberge cum omnibus suis iuribus, utilitatibus et proventibus, et duarum marcarum redditibus dotavit liberaliter et devote, ita videlicet, quod ius patronatus dicte capelle sicut et ecclesie, infra cuius limites erecta est, pertineat et pertinere debeat perpetue ad prepositum, qui pro tempore fuerit, ecclesie Schedensis, qui ad voluntatem et desiderium dicti militis et suorum heredum ac successorum unum de conventu suo sacerdotem idoneum in villa Bodelswincge moraturum dicte capelle presentabit ad officiandum eam omnibus et singulis anni diebus cum una missa devote ibidem celebranda, dolo tamen et fraudibus penitus exclusis. Et si fortasse sacerdos ad dictam capellam ita presentatus prefato militi vel suis heredibus esset vel in posterum fieret inconveniens et minime aptus, extunc prepositus ecclesie Schedensis predicte alium presbi-

terum de conventu suo ydoneum ad dicte capelle regimen destinabit. Quicumque autem presbiterorum sepedicto militi et suis heredibus ac successoribus conveniens fuerit et abilis, illum dictus prepositus a prefata capella non amovebit. Preterea omnes homines in villa Bodelswincge residentes in festo Nativitatis Domini, Pasche, Pentecostes et in tribus commemorationibus animarum matrem ecclesiam in Mencgede pleno iure visitabunt, aliis vero festivitatibus et diebus anni dictam ecclesiam adire non sunt astricti. Item in tribus summis festivitatibus prenarratis .. rector capelle predicte unice persone tantum de qualibet domo dicte ville in Bodelswincge poterit licite sacramentum Eucharistie ministrare, sed in arbitrio et voluntate dicti militis et suorum heredum ac successorum et familie stabit perpetue, utrum velint in Mencgede vel in Bodelswincge confiteri, communicare et sepeliri. Sed ubicumque de dictis duobus locis sepeliantur, .. plebanus in Mencgede et dicte capelle rector oblationes de missis funerum presencium equaliter dividere tenebuntur. Quicquid eciam ab hominibus viventibus domus seu mansionis pretacti militis in Bodelswincge oblatum fuerit preter oblationes funerum supradictas, illud .. rector capelle in usus suos tollet totaliter et habebit. Sed id, quod ab aliis hominibus extra dictam curiam et mansionem militariam in prefata capella sacrificatum fuerit, eiusdem capelle minister .. pastori in Mencgede plenarie presentabit, salvo semper iure matricis ecclesie predicte in omnibus et singulis aliis, que notoria sunt et manifesta, salvis eciam in perpetuum universis et singulis articulis et conditionibus capelle supradictis. Ut autem predicta omnia firma maneant et inconvulsa, .. prepositus et .. conventus ecclesie Schedensis supradicte et Macharius, tunc temporis plebanus in Mencgede ex parte una et Gyselbertus Speke, miles predictus, et Ernestus, filius suus, ex parte altera sigillum nobilis viri domini Engelberti comitis de Marka[e] cum sigillis propriis impetrarunt presentibus litteris applicari. Et nos Engelbertus comes de Marka ad instanciam precum omnium predictorum, quorum interest, pro maiori et ampliori evidencia et ratificatione omnium articulorum prescriptorum sigillum nostrum appendi iussimus huic scripto. Nos quoque .. prepositus et conventus ecclesie Schedensis sepedicte una cum .. plebano in Mencgede nostri ordinis sub sigillis nostris presentibus appensis premissa omnia ratificantes approbamus et confirmamus, volentes ea ab omnibus successoribus nostris in perpetuum inviolabiliter observari. Et nos Gyselbertus et Ernestus, pater et filius supradicti, sub sigillis predictis una cum sigillis nostris ad petitionem nostram presentibus appensis recognoscimus cum omnibus heredibus nostris omnia premissa vera esse. Actum et datum feria sexta post festum, quod dicitur Purificatio beate Marie virginis, anno dominice incarnationis M° CCC° XXII°, anno indictionis quinto. Insuper supradicte capelle rector oblationes altaris in anniversario dedicationis eiusdem capelle solus totaliter obtinebit. Datum ut supra.

A: Ausf., Perg. Stadt A Dortmund, Bestand 310 A (Bodelschwingh-Bodelschwingh, Dep.) Urk. Nr. 13; von den sechs Siegeln 1, 3, 4 und 6 ab, das des Propstes in Scheda (Bild: Propst mit Buch in der Rechten) und des Giselbert Speke (zerbrochen) anhängend; B: Ausf., Perg., StAM, Kloster Scheda Urk. Nr. 16, Siegel ab; Abschrift in StAM, Msc. VII 6116, Bl. 136; Druck: Jahrbuch des Vereins für die evangelische Kirchengeschichte Westfalens 25, 1924, S. 94; Seibertz, Quellen II, S. 469; Regest: REK IV Nr. 1279.

[a]) Das „I" als Zierbuchstabe gestaltet; [b]) desgl. das „U"; [c]) in B: „Scheyda"; [d]) in B: „Menghede"; [e]) in B: „Marcha".
[1]) Tortberg bei Mengede.

1819

1322 Februar 15

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren der Stadt Lippstadt verkauft Johannes genannt Tuent für sechs Mark dem Propst Dietrich, der Priorin und dem Konvent des Stifts Lippstadt eine Rente von sechs Schillingen aus dem von ihm bewohnten Hause und der Hausstätte. Bei einer Steuerhebung der Stadt trägt diese das Stift.

Universis presentem literam visuris vel etiam audituris nos .. consules Lippenses notum facimus et protestamur publice, quod constitutus coram nobis Iohannes dictus Tuent recognovit se de consensu et plena voluntate Alheydis, uxoris sue, ac omnium heredum suorum redditus sex solidorum denariorum apud nos

usualium et bonorum tollendos singulis annis duobus terminis, videlicet quovis festo Pasche tres solidos et totidem solidos quolibet festo beati Michaelis ex domo sua et area cum omni iure, prout situata est et[a] quam ad presens inhabitat, religiosis personis domino Theoderico, preposito, priorisse et conventui sanctimonialium monasterii Lippensis pro sex marcis denariorum pecunia numerata, tradita et soluta rite ac rationabiliter vendidisse perpetualiter possidendos, ita tamen quod, quotienscumque ad communem civitatis nostre usum generalem continget fieri exactionem seu collectam, quod apud vulgus dicitur en scoth[b], totiens dicte persone religiose seu conventus de huiusmodi redditibus id, quod aliquis nostrorum concivium faciet, facere tenebuntur. Et sic in omnium premissorum testimonium sigillum nostrum ad petitionem utriusque partis apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Frederico dicto Kuninc et Andrea dicto Hoppe, proconsulibus, Hermanno dicto Bake, Werensone Serdone, Ludolpho de Geseke, Hermanno de Gutingen, Machorius Ywaninc, Th. Nicolai, Arnoldo de Cleye, Lodewico de Bochem, Henrico dicto Zinneman, Henrico Reymari, Henrico de Distede, Henrico dicto de Cleye iuniore, Conrado de Anripen, Rotgero de Vinken, consulibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum crastino beati Valentini anno Domini M° CCC^mo vicesimo secundo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Lippstadt Urk. Nr. 57, Siegel ab; Regest: Lipp. Regesten II Nr. 667.

[a]) Wort über der Zeile eingefügt; [b]) das „c" korrigiert aus „o".

1820

1322 Februar 21

Der Ritter Heinrich von Wickede, Amtmann in Recklinghausen, erklärt, er habe von vielen Leuten vernommen, daß der dem Kloster Sterkrade gehörende Oberhof Defte[1] von altersher steuerfrei sei, was die Nonnen mit ihren Privilegien auch beweisen könnten. Der Amtmann verspricht, in seiner Amtszeit das Kloster in seinen Rechten zu wahren.

Universis, ad quos presentes litere pervenerint, nos Henricus de Wickede, miles, officiatus in Rekelinchusen, notum facimus publice protestantes, quod, cum nos ex relacione veridica multorum hominum percepimus curtem dictam Defthe .. conventui in Starkerode pertinentem antiquitus ab omni exactione facta seu facienda fuisse penitus liberam et inanem, prout dicte sanctimoniales privilegiis suis ostendere poterunt et docere, nos proinde causa Dei omnipotentis, equitatis ac iustitie et ipsarum sanctimonialium precium interventu dictam curtem in antiquis suis iuribus temporibus nostri officiatus pro nostro posse volumus conservare, sigillum nostrum presentibus appendentes. Datum anno Domini millesimo CCC^mo vicesimo secundo, die dominica, qua cantatur Esto michi.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A (Dep.), Urk. III Nr. 757 (Sterkrade), Siegel des Amtmanns (WS 201 Nr. 12) abhängend; Rückvermerk: Deffte in Kerckh*(ellen).*

[1]) Der Hof Defte war ursprünglich (1240) in Kirchhellen Sitz des Klosters (vergl. Burghardt, Vest. Lagerbuch 1660, S. 263, Anm. 2), im Lagerbuch von 1660 (Lagerbuch, S. 263) unter dem Namen „Freien guth".

1821

1322 März 2

Der Ritter Hermann von Lüdinghausen der Ältere verzichtet gegenüber den Ratsherren und Bürgern zu Dortmund auf die Schadensersatzforderungen, die er gegen sie aufgrund ihrer Fehde mit dem Ritter Hermann Sli, seinem Neffen/Enkel, erhoben hatte.

Nos Hermannus de Ludinchusen, miles, senior, recognoscimus et presentibus publice protestamur, quod de omni impositione, imputatione et impetitione dampni, quam feceramus in discretos viros consules et cives Tremonienses ex parte discordie, quam olim habuerunt contra honorabilem virum dominum Hermannum Sli, militem, nepotem nostrum, ipsos quitos dimittimus penitus et solutos, dantes ipsis has presentes literas in testimonium super eo, anno Domini 1322 in crastino beati Swiberti confessoris.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 178, Siegel des von Lüdinghausen (Schild fünf Mal geteilt: nach rechts springender zweischwänziger gekrönter Löwe, vergl. WS 183,7) anhängend; Druck: Dortmunder UB I Nr. 395, S. 282; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 558, S. 242; WUB VIII Nr. 1547.

1822

1322 März 2

Vor dem Bürgermeister und den Ratsherren der Stadt Geseke verzichtet Johannes genannt Kiseninge auf die beanspruchte Lehnsherrschaft über die Hütte bzw. das Salzwerk des Priesters in Salzkotten, Bodword, und seines Bruders Snelhard

Nos Vlricus, proconsul, Petrus, Iohannes dictus Brobeke, Hermannus Wlberinc, Iohannes habitans in alta area[l], dictus de Husiken in Vlen, Gadeko dictus de Aken dictus[a] Silic, Conradus dictus Zimelemule, Iohannes Kerstianinc, Heinricus dictus de Lippia, Iohannes dictus de Molendino iunior, consules in Geseke, notum esse volumus in perpetuum universis publice protestantes, quod Iohannes dictus Kiseninge constitutus coram nobis recognovit se quandam casam Bodwordi sacerdotis de Soltkaten et Snelhardi, fratris sui, que casa vulgariter soltwerc dicitur, impetuisse et dixisse se esse infeodatorem case prelibate. Preterea recognovit, quod, cum veritas huius impetitionis et infeodationis investigabatur et elucidabatur, ipse Iohannes et sui heredes nichili iuris tam ratione infeodationis quam alicuius alterius occasionis in dicta casa habuerunt. Unde a dicta impetitione et ab omni alia impetitione eandem casam tangente cessavit perpetua renuntiatione coram nobis. In quorum testimonium sigillum opidi nostri Gesike presentibus est appensum. Datum feria tertia post dominicam Invocavit anno Domini millesimo CCC XX secundo.

Abschrift vom Anfang des 15. Jahrh., StAM, Msc. I 121 (Kopiar des Stifts Busdorf) Bl. 23; Abschrift des 18. Jahrh., A des Altertumsvereins Paderborn, Acta Nr. 94; Druck: WUB IX Nr. 2093, UB Busdorf Nr. 115.

[a]) Über der Zeile nachgetragen.
[l]) Auf der Hohen Wort.

1823

1322 März 4 Bonn

Erzbischof Heinrich von Köln billigt auf Bitten des Priesters und Kanonikers (von St. Patrokli) zu Soest, Johannes von Lippia, die von seinen Eltern Tesselin und Walburgis von Lippstadt gestiftete und mit Einkünften versehene Stiftung einer Präbende, deren Umfang von Johannes nun zur Zufriedenheit des Kapitels vermehrt wurde. Johannes soll nach der Vermehrung der Zahl der Kanonikate als vollberechtigter Kanoniker des Stifts anerkannt werden. Nach seinem Tode soll die Präbende vom Kapitel vergeben werden.

In nomine Domini amen. Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, universis presentia visuris in perpetuum salutem in Domino sempiternam. Inter alia, que ex debito officii nobis commissi incumbunt, illud potissimum nobis desiderare convenit, ut hiis, que divini cultus augmentacionem respiciunt, nostram auctoritatem inpartiamur, ea, que, ut stabilientur, perpetuo confirmemus. Sane exposito nobis ex parte Iohannis de Lippia, presbiteri, canonici ecclesie Susaciensis, nostre dyocesis, quod olim Tesselinus et Walburgis, coniuges, opidani Lippenses dicte dyocesis, eiusdem Iohannis parentes, devocionis causa de bonis suis tot redditus ecclesie Susaciensi prefate addicere et comparare in certis redditibus decreverunt, quod proporcionaliter pro una prebenda maiori dicte ecclesie sufficere viderentur, ut de hiis una persona ultra consuetum numerum .. canonicorum dicte ecclesie pro augmentacione numeri canonicorum ibidem in canonicum dicte ecclesie reciperetur et perpetuo haberetur. Cuius persone loco idem capitulum eundem Iohannem iam dudum in ecclesie sue receperunt canonicum et fratrem. Verum quia idem Iohannes pie desiderans id, quod in hac parte per eosdem parentes suos actum erat, adimpleri et

consumari, defectum, qui circa redditus eosdem hactenus extiterat, proinde supplevit et integravit, sic quod capitulum ipsum huiusmodi acceptavit et observare promisit circa augmentum numeri canonicorum suorum perpetuo habendum, ut est dictum, petitum ex parte ipsius Iohannis a nobis extitit, ut eo modo, quo premissa de iure melius valere possint, dignaremur, auctoritate ordinaria confirmare. Verum quia nobis per litteras dicti capituli ecclesie Susaciensis est facta fides, quod ipsum capitulum recognoscit, tam parentes dicti Iohannis predictos quam per ipsum Iohannem fore comparatos redditus equivalentes unius prebende maioris in ecclesia predicta eundemque Iohannem debere gaudere redditibus eisdem diebus suis et post eum perpetuo habendus sit ex electione capituli ipsius consueto modo alius canonicus loco sui, quociens redditus ipsos seu prebendam vacare contigerit, ordinationem inter .. prepositum, .. decanum et capitulum dicte ecclesie ex una parte et dictum Iohannem ex altera de antedictis factam habito respectu, quod per hec absque ipsius ecclesie gravamine .. canonicorum Deo servencium in eadem ecclesia perpetuo augmentatur, ratam et gratam habemus et presentis scripti in Dei nomine patrocinio confirmamus, statuentes, ut idem Iohannes et dictam prebendam post ipsum alias canonice optinentes iure canonicatus et prebende eiusdem cum omni honore et onere, quo ad dignitates, personatus, officia et obediencias quascumque eiusdem ecclesie consequendas et cum aliis eciam, quo ad onera dicte ecclesie supportanda sicut ceteri canonici in eadem ecclesia prebendas maiores optinentes cum plenitudine iuris canonici exnunc in antea perpetuo iuxta ecclesie prefate antiquum statum et consuetudinem laudabilem gaudeant et fruantur, committentes dilecto in Christo .. preposito monasterii Lippensis nostre dyocesis, ut, si quis contra premissa prefatum Iohannem vexare temere presumpserit, eum seu eos a tali temeritate per censuram ecclesiasticam compescat, ratione previa vice nostra. In horum itaque testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras ex hiis conscribi nostroque sigillo ex certa nostra sciencia eisdem appenso fecimus communiri Actum et datum Bunne anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, quarta die mensis Martii.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest Urk. Nr. 109, Siegel des Erzbischofs (beschädigt, Siegel der Erzbischöfe von Köln 20, 3) anhängend; Regest: REK IV Nr. 1284.

1824

1322 März 7

Der Knappe Heinrich Pape von Binolen überläßt dem Propst und dem Konvent des Prämonstratenserklosters Oelinghausen für 33 Schillinge seine Eigenhörigen Gerhard de Dreyne und dessen Schwester Gertrud.

Universis presentes literas visuris et audituris ego Henricus dictus Pape de Bynole, famulus, notum facio publice protestando, quod de consensu et plena voluntate Wilhelmi, Ludevici, Hermanni senioris et Hermanni iunioris, filiorum, ac coheredum meorum omnium vendidi et liberaliter venditionis iusto tytulo assignavi personis religiosis domino .. preposito et conventui monasterii in Olinchusen Premonstratensis ordinis ac ipsi monasterio Gerhardum de Dreyne et Gertrudim, eius sororem, mancipia mihi conditione servili pertinentia, cum omni ipsorum posteritate eodem iure possidenda et in perpetuum tenenda et habenda pro triginta tribus solidis Susati denariorum usualium mihi traditis et solutis, renunciantes plane cum filiis ac coheredibus meis et cum omnibus meis successoribus omni iuri, quo ipsa mancipia nobis astricta erant, et ea in hiis scriptis prefatis religiosis et monasterio in Olinchusen in manus ipsorum dimitto et resigno, promittens, quod nos nunquam eis de ipsis mancipiis inpetitionem aliquam faciemus. Et in huius rei testimonium ego Henricus Pape de Bynole pro me et filiis meis ac coheredibus et successoribus meis presentes literas meo duxi sigillo roborandas. Actum et datum anno Domini M° CCC° XX° II°, in dominica Reminiscere, presentibus Theoderico de Afflen, Conrado de Bynole, Conrado de Hustene, dicto Kydelere, Stenekino de Ostberghe, Iohanne dicto Derssal et aliis quam pluribus viris fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 238, Siegel des Ausstellers (WS 196,11) anhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 251.

1825

1322 März 9

Edelherr Godfried von Rüdenberg überläßt dem Grafen Wilhelm von Arnsberg seine Eigenhörigen Walburgis, die Frau des Rutger von Büderich, und ihre Kinder Hadewigis und Arnold und erhält dafür im Tausch Christina, die Frau des Heinrich genannt Slechte von Hewingsen, und deren Töchter Margareta und Walburgis.

Nos Godefridus nobilis de Rudenberg tenore presencium protestamur, quod nos Walburgim, uxorem Rutgeri de Boderike, nec non Hadewigim et Arnoldum, heredes Arnoldi dicti Segenpreister, nobis iure proprietatis attinentes dedimus ac in hiis scriptis damus nobili viro domino ac consanguineo nostro dilecto domino Wilhelmo comiti de Arnsberg, recipientes ab eo nomine concambii Cristinam, uxorem Henrici dicti Slecte de Heuinchusen, nec non Margaretam et Walburgem, eius filias, sibi iure servili attinentes, ... harum nostrarum testimonio litterarum datarum sub sigillo nostro anno Domini MCCC^{mo} vicesimo secundo, feria tercia post dominicam Reminiscere.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. 109 A (Kopiar der Grafen von Arnsberg), Bl. 32v; Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii Bd. VII, Bl. 65.

1826

1322 März 11

Vor dem Offizial der Kölner Curie leistet Heidenreich, Propst des Stifts St. Severin in Köln, im Auftrag des Konrad von der Leithen in dessen Streit mit Dechant und Kapitel von (St. Patrokli) Soest Verzicht auf die erhobenen Ansprüche auf eine dortige Präbende.

In nomine Domini amen. Universis tam presentibus quam futuris .. officialis curie Coloniensis salutem et rei geste cognoscere veritatem. Noveritis, quod hoc anno, videlicet a nativitate Domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, indictione quinta, undecima die mensis Marcii, hora quasi nona, in ambitu ecclesie sancti Andree Coloniensis constitutus personaliter in nostra publici auctoritate imperiali notarii et testium infrascriptorum presentia venerabilis vir dominus Heydenricus, prepositus ecclesie sancti Seuerini Coloniensis, quoddam procuratorium infrascriptum sigillo honorabilis viri domini Henrici de Vlerike, decani sancti Andree Coloniensis, sigillatum, ut apparebat, non cancellatum, non abolitum nec in aliqua sui parte viciatum coram nobis exhibuit et legi fecit in hunc modum:

folgt Urkunde von 1322 Januar 19

Cuius quidem procuratorii virtute et auctoritate ipse idem dominus .. prepositus nomine procuratorio prefati Conradi de Leytene et pro ipso renunciavit sponte et voluntarie dictis canonicatui et prebende ecclesie Susaciensis, de quibus in eodem procuratorio fit mencio, ac omnibus litteris, instrumentis, munimentis et processibus concessis, habitis, actitatis et factis super eisdem canonicatu et prebenda sive occasione eorundem, sic quod omni robore careant et nullius penitus sint momenti. Insuper renunciavit nomine, quo supra, omni iuri, actioni et obligationi, si que competunt dicto Conrado de Leytene in eisdem canonicatu et prebenda vel ad eosdem sive ad alios canonicatum et prebendam in dicta ecclesia Susaciensi virtuti iuris, cui ipse Conradus innititur ad prefatos canonicatum et prebendam, de quibus in ipso procuratorio fit mencio, ita quod numquam aliquem canonicatum et prebendam petet a prefatis .. decano et .. capitulo ecclesie Susaciensis, nisi hoc forsan sit ex iure de novo sibi in posterum acquirendo. Insuper renunciavit nomine, quo supra, et pro dicto Conrado omnibus expensis, dampnis et interesse, si que sibi competunt a dictis .. decano et .. capitulo Susaciensi sive singulis personis de ipso .. capitulo sive contra ipsos occasione litis, discordie et discensionis habite super canonicatu et prebenda, de quibus in ipso procuratorio fit mencio, finem, remissionem sive quitacionem faciens de eisdem. Pretera renunciavit pro dicto Conrado et suis consanguineis et amicis omni rancori et iniurie, si

quas ipse vel amici sui sibi factas credunt per prefatos .. decanum et .. capitulum ecclesie Susaciensis sive singulares personas de eodem occasione ipsorum canonicatus et prebende sive discensionis, discordie sive litis super ipsis, sicut hec omnia et singula in quadam carta de papiro de verbo ad verbum conscripta idem .. prepositus in scriptis exhibuit et tradidit coram nobis. In quorum omnium testimonium et roboris firmitatem presens publicum instrumentum super premissis per Burchardum de Camine, publicum imperiali auctoritate notarium, conscribi et suo signo consueto signari mandavimus et sigilli curie nostre appensione muniri. Actum et datum anno, indictione, mense, die, hora et loco predictis, presentibus discretis viris Godescalco de Susato, scolastico beate Marie ad gradus, Iohanne de Gladio, cantore sancti Andree, Coloniensium ecclesiarum, Bernardo de Berka, canonico Xanctensi, Iohanne de Reuele, clerico, ac aliis quam pluribus fidedignis testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Et ego Burchardus de Camine, clericus Coloniensis dyocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia premissis omnibus et singulis una cum testibus suprascriptis sub anno, indictione, mense, die, hora et loco predictis, dum agerentur, presens interfui eaque vidi et audivi, ipsa in hanc publicam formam redegi, quam meo signo consueto signavi de mandato et iussu venerabilis domini .. officialis curie Coloniensis predicti.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Urk. Nr. 110, Siegel des Offizials (Stück abgebrochen) anhängend, Signet des Notars, mit Insert von 1322 Januar 19.

1827

1322 März 18

Johannes, Abt des Zisterzienserklosters Heisterbach, genehmigt als der durch den Abt von Citeaux ermächtigte Visitator zu Drolshagen auf Bitten der Äbtissin, Priorin, Subpriorin und des Konvents in Drolshagen und auf Fürsprache seines Mitabts zu Maria Laach, daß die Nonnen die von ihnen weit entfernt liegenden Güter zu Siningsen[1] verkaufen und für den Erlös teils günstiger gelegene Güter erwerben, teils die durch das Einlager von Bürgen entstandenen Schäden beheben dürfen.

Universis Christi fidelibus nos frater Iohannes dictus, abbas in Heysterbag, auctoritate reverendi patris domini .. abbatis Cysterciensis visitator et commissarius in Druylzhagen, volumus esse notum, quod ad instantissimas preces venerabilis domine .. abbatisse, .. priorisse, subpriorisse ac totius .. conventus in Druylzhagen, intervenientibus etiam precibus generosis et urgentibus domini .. coabbatis nostri Laci sante Marie omnem[a] consensum et auctoritatem, quem vel quam facere et dare possumus presentibus adhibemus, ut predicte .. abbatissa et conventus bona sua in Eydenkusen sita vendicioni exponere valeant et pecuniam de venditione huiusmodi bonorum provenientem in emptionem aliorum bonorum eque bonorum in confinio earum sitorum partim convertant, residuamque partem in solucionem gravissimorum dampnorum propter .. fideiussorum iacentiam ipsis ad presens imminencium exponant sine mora, ut nobis fideliter promiserunt. Cum, ut intelleximus, premissa bona de Eydenkusen propter longam distanciam ab earum monasterio et consideratis eciam expensis et laboribus nunciorum tollencium proventus quamvis modicos predictorum minus utilia essent multorum testimonio rationabiliter estimata. Datum in testimonium sub sigillo nostro anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, feria quinta post dominicam Oculi in quadragesima.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Vikarienkommunität, Urk. Nr. 14, Siegel des Abts von Heisterbach abhängend, Rückvermerk (18. Jahrh.): abbatialis consensus datus monialibus in Drolshagen super venditione bonorum in Eydenkusen nunc Meininghausen*; Druck: Soester Zeitschrift 7, 1889/90, S. 100 (mit abweichendem Datum).*

[a]) In der Vorlage „omnen".

[1]) Entgegen den Angaben des Rückvermerks und der Tatsache, daß die Vikarienkommunität dort einen Schultenhof besaß, doch wohl nach der Namensform der Urkunde vom folgenden Tage in derselben Sache die Wüstung Siningsen im Kirchspiel Weslarn, so auch nach dem Aktenband Nr. 194 (vergl. auch Koske, Bördekataster S. 327): der Hof Michels zu Siningsen.

1828

1322 März 18

Edelherr Bertold (von Büren) von Wewelsburg vollzieht mit Hermann genannt von Haren, dem Sohn des Ecbert von Haren, und Heinrich von Haren, dem Onkel des Hermann mütterlicherseits, einen Tausch. Der Edelherr gibt dem Hermann und seiner Frau Elisabeth die Hälfte einer Hufe in Stockum (Stochem)[1] *bei Geseke, die einst dem Rabodo genannt Creyere gehört hatte, und belehnt ihn damit. Er erhält dafür deren Besitz in Boden* (Budene)[2]*, bestehend in ungefähr sieben Hufen. Siegelankündigung des Edelherrn. Zeugen: der Propst zu Belecke* (Bedeleke)*, der Bruder des Edelherrn von Bilstein* (-stene)*, Edelherr Friedrich von Everstein* (-stene)*, Friedrich genannt von Brenken, Conrad genannt von Grafhem, Zilekensot, Bernard genannt von Ettlen, Conrad, Sohn des + Volmar von Etlen genannt Kake, Menricus genannt von Kedinchusen und sein Bruder Emund, Menger von Ampen* (Andopen)*, Knappen. Ankündigung des Stadtsiegels durch Vlricus, Bürgermeister, Petrus pistor, Iohannes genannt von de Brobeke, Hermann Wolberinc, Iohannes dictus upper Honwort, Conrad genannt von Husikenmulen, Godeke genannt von Aken, Iohannes genannt Silic, Conrad genannt Zimelemule, Iohannes Kerstianinc, Heinrich genannt von Lippe* (Lippia)*, und Iohannes von der Mühlen* (de Molendino) *iunior, Ratsherren in Geseke* (Gesike)*. 1322 März 18* (feria quinta ante Letare, anno Domini M°CCC° vicesimo secundo).

Abschrift des 15. Jahrh., A des Generalvikariats des Erzbischofs von Paderborn, Erpernburger Kopiar des Klosters Böddeken, Bl. 156v; Druck: WUB IX Nr. 2101; Regest: INA 3,2 (Generalvikariat Paderborn) S. 131, Nr. 82.

[1]) Wüstung bei Geseke; [2]) Wüstung bei Helmern östlich von Büren.

1829

1322 März 19

Die Äbtissin Beatrix, die Priorin, Subpriorin, Kellnerin und der Konvent in Drolshagen verkaufen ihren Oberhof zu Siningsen[1]*, um näher gelegene Güter erwerben zu können.*

Universis Christi fidelibus nos Beatrix Dei gratia abbatissa, priorissa, subpriorissa, celleraria totusque conventus in Droyszhagen volumus esse notum, quod de unanimi consensu et bona voluntate curtim nostram sitam in Sydenkůzen cum omnibus suis attinentiis ubicumque et quocumque sitis et cum omni suo iure propter nimiam distantiam dictorum bonorum et propter nostri .. conventus defectum et utilitatem eiusdem vendidimus et vendimus per presentes. Quam curtem cum omnibus suis attinentiis, ut dictum est, renuntiamus et supraportamus ore, manu et calamo, ut in talibus consuetudinis[a] est et moris. Nichilominus cum dicta pecunia nobis persoluta alia bona magis nobis utilia persolvemus et persolvere intendimus sine dolo. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, feria sexta ante dominicam Letare in quadragesima.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Vikarienkommunität, Urk. Nr. 15, Siegel der Äbtissin (Bild: Äbtissin stehend, in der Linken ein Buch, in der Rechten den Krummstab) abhängend; Rückvermerke: 1. (15. Jahrh.) de Sidinchusen*; 2. (18. Jahrh.)* super curte Michels Sydinchusana.

[a]) In der Vorlage „consuetudis".
[1]) Vergl. Anmerkung zur vorhergehenden Urkunde (in beiden Urkunden wird der Käufer nicht genannt).

1830

1322 März 19

Der Knappe Dietrich von Vifhusen entläßt vor dem unter dem Vorsitz des Heinrich von Scepen tagenden Gericht zu Bochum den Dietrich aus seiner Eigenhörigkeit und übergibt ihn in die Hand des Heinrich genannt Korvelm zu Harpen.

Ego Theodericus de Vifhusen, famulus, notum esse cupio per presentes, quod una de consensu dicte Costundis, uxoris mee legitime, Theoderici, primogeniti mei, Henrici, filii mei, ceterorumque liberorum et heredum meorum Theodericum michi iure servili attinentem transtuli et manumisi coram iudicio Buchem et in forma iudicii, ibidem Henrico de Scepen tunc temporis iudicio presidente, resignans ipsum Th. ad manus Henrici dicti Korvelm de Harpene, dans ei liberam voluntatem se divertendi, ubicumque eidem visum fuerit expedire, et eum a iure servitutis, quo michi astrictus fuerat, absolvendo. Presentes etiam erant honesti viri Wenemarus de Alden Buchem, Sibertus, liber comes de Veteri Buchem, et Hermannus de Rechene, notarius comitis de Marka. In cuius etiam testimonium sigillum honesti viri Henrici de Scepen, iudicis in Buchem, et ad peticionem meam de consensu dicti Th. manumissi presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini M° CCC° XX° secundo, feria sexta post Gertrudis virginis.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A (Dep.), Urk. III Nr. 83 (Flaesheim), vom Siegel nur Rest anhängend.

1831

1322 März 29

Guardian, Lektor und Konvent der Minderbrüder des Hauses zu Dortmund überlassen der Äbtissin und dem Konvent des Zisterzienserinnenklosters Fröndenberg ihr Heberecht an einer Rente von 18 Schillingen aus dem Haupthof Uelzen[1], die von den Jungfrauen Gertrud, Wildrud und Alheid herrührt.

Universis et singulis Christi fidelibus tam posteris quam modernis presens literas visuris et audituris innotescat, quod nos .. gardianus, .. lector totusque conventus fratrum Minorum domus Tremoniensis Coloniensis dyocesis de consensu et voluntate unanimi dedimus liberaliter et resignamus in manus perpetuam possessionem venerabilis in Christo domine .. abbatisse et conventus ecclesie beate Marie in Vrendeberge ordinis Cisterciensis dicte dyocesis omne ius actionis et sublationis, quod habuimus et [habere vide]amur[a] ex parte puellarum Gertrudis, Wildrudis et Alheydis [de ...]chem[b] in decem et octo solidorum redditibus ex curte Vlfershem dandis hereditarie et solvendis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ex certa sciencia nostra presentibus litteris est appensum. Datum feria secunda ante festum beati Ambrosii episcopi anno dominice incarnationis M° CCC^{mo} XXII°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg, Urk. Nr. 101, Siegel ab; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 559.

[a-b]) Loch im Pergament.
[1]) Östlich von Unna.

1832

1322 April 2

Vor dem Rat zu Salzkotten verkauft Hermann genannt Virlincbrot dem Stift Gesekc eine Rente von sechs Schillingen aus seinem Haus und Hausplatz in Salzkotten beim Hellweg und aus zwei Morgen Ackerlandes bei Vilsen[1].

Universis, quibus presentes litere fuerint exhibite, nos Bernhardus dictus de Othelinesdorp et Albertus apud Kericweych, proconsules, Hermannus dictus Pape, Bernhardus dictus Hegere, Conradus dictus Medele, Conradus dictus de Lande, Bernhardus dictus Faber, Hermannus Rosekinch, Henricus dictus Schele, Volquinus dictus Totus Mundus, Winandus dictus Kobole et Hyldebrandus de Scharhem, consules in Zoltkoten, notum esse cupimus et tenore presentium publice protestamur, quod Hermannus dictus Virlincbrot, Elyzabet, uxor ipsius, ac eorundem legitimi heredes, scilicet Iohannes, Hermannus, Cunegundis, Margareta, Wendelburgis et Elyzabet, habita nostra speciali licentia, vendiderunt venerabilibus dominabus .. abbatisse et conventui eccle-

sie in Gyseke redditus sex solidorum denariorum legalium in Sûsato ex domo sua sita iuxta Helyweych[a] in nostro oppido predicto et area ipsius domus nec non ex duobus iugeribus agri sitis iuxta Vilze singulis annis in festo beati Martini episcopi recipiendos et perpetuo possidendos. Quos quidem denarios dicti venditores et eorum successores dictam domum et aream cum eisdem duobus iugeribus agri pro tempore possidentes predictis dominabus in ecclesia sua Gyseke predicta singulis annis in supradicto termino iugiter presentabunt. In qua presentatione, si negligentes vel remissi fuerint quoquo modo in parte vel in toto, extunc prelibate domine abbatissa et conventus prefatam domum cum area ipsius una cum supradictis agris vendere vel locare, cuicumque vel quibuscumque voluerint, omni contradictione semota habebunt liberam potestatem, iure reverendi patris ac domini nostri .. episcopi Paderbornensis in dictis agris per omnia sibi salvo. In cuius rei testimonium nos consules predicti has literas precibus dictorum vendentium inclinati sigillo oppidi nostri prelibati fecimus roborari. Datum feria sexta ant dominicam Palmarum anno Domini M° CCC^mo vicesimo secundo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Geseke, Urk. Nr. 43, Siegel ab; Rückvermerke: (1. 14. Jahrh.) Hermanni Celsius, *(2. 18. Jahrh.)* nunc Heringsgeld genant; *Abschrift in Msc. VII 5725 (Kopiar des Stifts Geseke) Bl. 80; Regest: WUB IX Nr. 2106.*

[a]) In der Vorlage „Helychweich", dabei aber „ch" durch Unterpunktieren getilgt.
[1]) Wüstung südlich von Salzkotten.

1833

1322 April 13

Engelbert Graf von der Mark überläßt im Tausch dem Ritter Rotger genannt Voß das Eigentumsrecht an Äckern an der Ruhr, genannt Lodewerth[1], und erhält dafür das Eigentumsrecht an Gütern zu Berghofen[2].

Nos .. Engelbertus comes de Marka univeris presencia visuris et audituris notum facimus presentibus publice protestantes, quod cum consensu et plena voluntate domine Metyldis, nostre legitime collateralis, ac omnium nostrorum verorum .. heredum proprietatem, quam habuimus in agris dictis .. Lodewerth prope Ruram sitis et eorum attinenciis quibuscumque dilecto nobis Rotgero dicto Vôs, militi, et suis .. heredibus dedimus rite et libere et damus per presentes, recipientes nichilominus ab eodem proprietatem bonorum suorum in Berchouen et eorum attinenciis iusto et debito permutacionis titulo pro eadem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum feria tercia post festum Pasche anno Domini M° CCC^mo vicesimo secundo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg, Urk. Nr. 102, Sekretsiegel des Grafen (WS 33 Nr. 4) abhängend; Rückvermerke (17. und 18. Jahrh.): Güter bei Aplerbeck.

[1]) Nicht identifiziert. Die Angabe des Rückvermerks kann sich darauf nicht beziehen, da Aplerbeck nicht an der Ruhr gelegen ist; [2]) südwestlich von Dortmund-Aplerbeck.

1834

1322 April 15

Aufstellung des Dechanten von St. Andreas zu Köln, Heinrich von Vlerike, über die Güter des Stifts in Westfalen und ihre Pachterträge: Zinsabgaben entrichten der Ritter Gerhard von Wittene, der Knappe Gerhard von Wittene, Albert von Althena, der Pfarrer zu Iserlohn, Äbtissin und Konvent zu Fröndenberg, die Witwe des gen. Lappe, die Witwe des Johann von Stochem, die Brüder Gerhard und Heidenreich von Plettenberg und ihr Verwandter Johannes wegen des Zehnten zu Oespel[1], zu Kirchlinde[2], zu Marten[3], Westrich[4] und Kley[5] sowie wegen des Haupthofs zu Barop[6], wegen der Merthmühle bei Dortmund, wegen der Güter zu Merklingsen bei Soest und zu Plettenberg.

Litera locationis seu arrendationis facte ab Henrico de Vlerike, decano ecclesie sancti Andree, super bonis dicte ecclesie in Westphalia sitis, in qua litera reperitur specificatio dictorum bonorum, quapropter hic registrata etc. est etc.

In nomine Domini amen. Universis presentes literas visuris et audituris capitulum ecclesie sancti Andree Coloniensis salutem et infrascriptorum cognoscere veritatem. Noveritis, quod, cum nos et ecclesia nostra predicta in partibus Westphalie certa bona immobilia ibidem sita habeamus, de quibus certi redditus et pensiones nobis annis singulis persolvuntur et pro eorundem reddituum assecuratione certa et integra per nos habenda varios tractatus diversis ad hoc capitulis prefixis ad invicem habuissemus, tandem nequientes hac vice utilitatem ecclesie nostre melius procurare, de premissis redditibus locandis seu ad firmam dandis concordavimus cum honorabili viro domino Henrico de Vlerike, decano[a] ecclesie nostre, ut tamquam de illis partibus oriundus sua industria et amicorum suorum consilio in dictis bonis ius melius conservare, redditus eosdem colligere et nobis reputare possit ipsos redditus seu pensiones. Qui sunt isti:

(1) Strennuus miles dominus Gerhardus de Wyttene et sui heredes de quinque decimis, quas olim habebat dominus Theodericus de Volmesteyne, videlicet Tuspele, Lynne, Marthene, Westerwich et Cleye prope Parvam Tremoniam, dabunt singulis annis in festo beati Andree nobis quatuor marcas Susaciensium denariorum. (2) Item Gerhardus de Wyttene, armiger, de curte in Badorpe dabit viginti solidos. (3) Item Albertus de Althena de molendino dicto Merthmule prope Tremoniam octo solidos. (4) Item plebanus in Ysernlon septem solidos. (5) Item abbatissa et conventus in Vrondenberge Cisterciensis ordinis de bonis quondam Suiberti de Schuren dabunt XXI solidos et sex denarios. (6) Item relicta quondam dicti Lappen de bonis in Myrkelinchusen prope Susatum dabit XL solidos et 2 denarios. (7) Item relicta quondam Iohannis de Stochem dabit X marcas. (8) Item Gerhardus et Heydenricus dicti de Plettenbrecht, fratres, de bonis in Plettenbrecht dabunt XXX solidos Attendernensium denariorum, qui faciunt XX solidos Susacienses. (9) Item quidam Iohannes, eorum consanguineus, dabit suos solidos de quadam minuta decima.

Qurorum summa in universo ascendit ad XXIIII^{or} marcas et sex solidos vel circa Susacienses vel, quatuor Hallensibus bonis pro uno denario, sibique eas a nobis in pensionem seu ad firmam recipienti concessimus et locavimus, concedimus et locamus ad firmam seu pensiones annuas infrascriptas, videlicet pro duabus marcis Susaciensium denariorum vel quatuor Hallensibus pro uno denario computatis, etiam XL marcis denariorum ad presens Colonie usualium seu pagamenti Coloniensis, videlicet tribus Hallensibus pro duobus denariis computatis. Quam quidem pecunie summam nobis dabit annis singulis terminis infrascriptis, videlicet duas marcas in vigilia Palmarum distribuendas in Cena Domini inter nos, dum agitur officium. A quarum solutione eum prorsus nulla causa debebit aut poterit excusare, ymmo, si ad Iudeos aquirerentur ea ipsas non solventes ecclesiam nostram sub pena reddituum ecclesiasticorum, quos in ipsa ecclesia obtinet, indempnem tenebitur conservare. De residua vero summa predicta dabit in festo Pasche medietatem et in festo beati Remigii aliam medietatem seu infra mensem post quemlibet terminorum predictorum absque captione. Et hanc pecuniam, ut premittitur, nobis presentabit sub laboribus, periculis et expensis in dictis terminis in emunitatem ecclesie nostre predicte seu alium locum, in quo duximus communiter concordandum. Nec ab hoc sterilitas aut vis seu prohibicio maiores vel minores, guerra privata communis seu generalis, spolium vel incendium vel quod dicere posset se in premissis, redditum collectionem et exquisitionem ex parte nostra vel cuiusvis nostrum seu alterius fuisse et esse per arrestationem ecclesiasticam vel secularem vel dictorum bonorum in parte vel in toto oblatione vel destitutione imperditum seu quos suspensi, excommunicati vel interdicti diceremur vel sibi in aliquo teneremur compensationis via poterit vel debebit aliquatenus excusare. Preterea condictum est in hac locatione sibi facta, quod de dictis bonis nichil alienabit, impignorabit nec aliquam immutationem in preiudicium ecclesie nostre facere debebit de eisdem in parte vel in toto. Immo, si aliqua pars dictorum bonorum vel dicta bona per obitum alicuius ea nunc tenentis vacaverit seu vacaverint, hoc nobis nuntiabit. Et succedens de iure in ipsis bonis ipsa bona in capitulo nostro a nobis et ecclesia nostra, prout dictorum condiciones exigunt, recipiet et habebit, ius tamen, quod volgariter dicitur guerf, ipse Henricus decanus percipiet loco laboris et expensarum, ut per hoc ius ecclesie nostre salvetur in

bonis predictis. Ipse etiam decanus non permittet, dicta bona a possessoribus eorum distrahi vel deteriori aut ab aliquo possideri, qui ad hoc ius non habet. Sed ipsa bona in suo iure antiquo inventa conservando et deperdita recuperando pro posse et nosse conservabit. Et si contra premissa in ecclesie nostre preiudicium quicquam attemptaretur, hoc nobis denuntiabit et nobiscum hoc defendet, ut tenetur. Est etiam adiectum, quod, cum ipse decanus pro iure dictorum bonorum et requisitione reddituum eorum exiverit vel cum abesse contigerit, tunc omnia, que derivantur tam in choro quam in capitulo tamquam episcopus in ecclesie negociis integre habebit, et hoc consciencie sue reliquetur. Insuper pro assecuracione solutionis dictorum reddituum nobis faciende inter nos et ipsum convenit, quod, si in aliquo terminorum predictorum non satisfaceret de pensione seu redditibus antedictis, quod tunc eo absque ulla capitulari sententia omnes redditus sui in quibuscumque rebus consistentes, que ab ecclesia nostra intuitu status sui presentes vel futuri, quamdiu canonicus noster extiterit, habet vel pro tempore habuerit, nobis tamdiu cedent, de ipsisque redditibus propria auctoritate impune nos intromittere, colligere et in usus nostros applicare poterimus, quousque pensionem recto termino competentem et non solutam sine ecclesie nostre dampno recuperaverimus de ipsis redditibus integre et complete. Hanc itaque locationem ipsi Henrico, quamdiu canonicus nostre ecclesie fuerit, facimus per presentes. Cui tamen locationi cum satisfactione integra unius anni, si urgens necessitas sibi imbuerit, renuntiare poterit nos et ecclesiam nostram, quod ad dicta bona, in eum statum reponere et ea nobis dimittere, sicut evenerit ante locationem huiusmodi sibi factam. Si etiam ipsum Henricum hac locatione durante decedere contingerit et in parte vel in toto de prefatis redditibus seu pensionibus non satisfecisset, fructus annorum gracie sue deductis duobis maldris tritici pro memoria sua usque ad satisfactionem tales defectus nobis cedent. Hiis salvis idem Henricus ex nunc a possessoribus dictorum bonorum redditus eorum, prout et in omni iure, que nobis competunt, exigere et levare tam detenta quam in antea solvenda nomine nostro et pro ipso via iuris expensis suis poterit et debebit. Ad quod sibi tenore presencium mandatum concedimus speciale, mandantes solventibus redditus antedictis, ut ei de ipsis satisfaciant ex parte nostra temporibus ad hoc statutis. Insuper cum eo condictum est expresse, quod nec sibi nec alicui coheredi suo vel alii cuicumque ex hac locatione, postquam ipse Henricus quavis via ab ea cessit vel pensionarius esse deficerit, quicquam iuris in dictis bonis in parte vel in toto cedet vel cedere debebit nec aliqua actio vel ius pro aliquibus dampnis vel interesse, si qua idem Henricus tempore locationis huiusmodi in ipsis bonis vel occasione eorundem qualitercumque perpessus esset. Et promisimus nos pro nobis et ipse Henricus pro se ad premissa omnia et singula adimplenda et fideliter observanda ad invicem per stipulationem solempnem, dolum in hiis abesse, renunciantes hincinde exceptionibus doli fori, condicioni indebiti et sine causa et ne quis nostrum dicere possit, se in hiis circumventum vel deceptum aliudque esse scriptum quam actum ac aliis exceptionibus mutuis, indictis contrariantibus quibuscumque ac iuridicenti generalem renuntiacionem non valere. Et in horum testimonium ac firmitatem nos capitulum pro nobis sigillum ecclesie nostre una cum sigillis aliis, de quibus inferius fit mentio, presentibus literis duximus apponendum. Et ego Henricus de Vlerike, decanus et canonicus ecclesie sancti Andree Coloniensis predictus, notum facio omnibus et singulis presentes literas visuris et per easdem recognosco, quod a capitulo ecclesie sancti Andree Coloniensis predicte locante seu ad firmam dante mihi bona sua, que habet in Westphalia supra enarrata ea pro pensione superius posita ad firmam seu in pensione recepi et recipio sub certa summa pecunie et valore condicionibus et penis eis in terminis certis superius designatis per me solvenda. Et promitto eidem capitulo per stipulationem solempnem a me interpositam pro me et meis heredibus, manufidelibus seu quibuscumque aliis prefatam pensionem solvere, dicta bona conservare et singula, prout in genere et in specie premittitur, observare nullaque ingenio sive causa presenti vel futura contra ea venire in parte vel in toto intuitu status mei decanatus vel cuiuscumque alterius habiti vel habendi, que michi contra premissa suffragari et ipsum capitulum possent in aliquo impedire. Immo si quid, quod absit, contrarium per me seu alium vel alios nomine meo fieret, hoc recognosco et esse volo irritum penitus et inane nec rescripto Apostolico legatorum, sedis Apostolice vel ordinariorum quorumcumque, quibus omnibus ex certa mea scientia renuntio incommodatum vel valituro. In cuius rei testimonium et evidenciam ampliorem presentes literas ex hiis duplicatas, quarum ipsi capitulo una et mihi altera remanebunt, sigillis venerabilium virorum dominorum officialis curie Coloniensis, coram quo tamquam loci ordinario premissa vera esse presentibus recognosco, et Theoderici de Essende, canonici et scolastici ecclesie sancti Andree predicte, atque

meo unacum sigillo dicti capituli presentibus apposito feci communiri. Et nos officialis curie Coloniensis, quia partes predicte utrobique sub sigillis suis premissa coram nobis protestabantur vera et, sicud premittitur inter eas acta et condicta esse, sigillum officialitatis curie Coloniensis ad preces partium ipsarum duximus cum ceteris sigillis antedictis presentibus appendendum in testimonium evidentius premissorum. Egoque Theodericus, scolasticus predictus, similiter sigillum meum ad preces partium predictarum unacum aliis sigillis predictis apposui huic scripto. Datum et actum feria quinta post festum Pasche anno Domini M° CCC° XXII°, per Henricum de Castorp.

Abschrift des 15. Jahrh., Diözesan A Köln, Pfarrarchiv St. Andreas Köln (Dep.), Kopiar des Stifts (Rotes Buch), Bl. 116; Regest: Annalen des historischen Vereins für den Niederrhein 76, 1903, S. 15, Nr. 72.

a) Vor dem Wort zwei Buchstaben gestrichen.
1) Bei Lütgendortmund; 2) desgl.; 3) desgl.; 4) desgl.; 5) desgl.; 6) bei Dortmund-Aplerbeck.

1835

1322 April 17

Elisabeth und Adelheid, Töchter des Everhard genannt Wrede (Vrede) zu Lünern, Nonnen zu Himmelpforten, billigen den von ihrem Vater getätigten Verkauf der Zehntlöse[1] vom Haarhof[2] und von einem Hof zu Bellingsen[3] an das Kloster Oelinghausen[4].

Nos Elizabeth et Alheydis, filie Euerhardi dicti Vreden de Lünheren, sanctimoniales cenobii Porte Celi, notum facimus universis publice protestando, quod nos vendicionem factam per patrem nostrum iam dictum de decima minuta cum attinenciis eiusdem in domo tho der Hare et in una domo in Beldinchusen approbamus, optantes emptores eiusdem, videlicet .. prepositum et conventum monasterii in Vlinchuse in eadem semper prosperari, renunciando omni iuri, quod nobis hactenus in dicta decima minuta quomodolibet competere videbatur. Quod omnibus, quorum interest, sub sigillo domine .. abbatisse ecclesie nostre predicte ad petitiones nostras huic scripto apposito decrevimus intimandum. Datum sabbato infra octavas Pasche anno Domini M° CCC° XXII°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 239, Siegel der Äbtissin (zum größten Teil abgebrochen, vom Bild nur unteres Ende vom Gewand der Sieglerin zu sehen) abhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 252.

1) In der Urkunde 1322 März 7 „decima minuta" mit Zehntlöse gleichgesetzt; 2) in der Gemeinde Voßwinkel; 3) südlich von Wimbern; 4) vergl. Urkunde von 1322 März 7.

1836

1322 April 18 Menden

Gerhard, der Sohn des + Mendener Bürgers Lifhard Becker, verkauft dem Konvent des Klosters Oelinghausen eine Rente von sechs Schillingen aus seinem Haus und dem Hausplatz in der Stadt Menden.

Universis, ad quos presentes litere pervenerint, innotescat, quod ego Gerhardus, filius quondam Lifhardi bone memorie Pistoris, opidani in Mendene, matura deliberatione prehabita et ex consensu Elizabeth, mee coniugis dilecte, ac omnium liberorum meorum Lifhardi, Hermanni, Iohannis, Gertrudis, Grete et Elizabeth ac omnium heredum meorum vendidi rite ac rationabiliter .. conventui ecclesie in Vlinchusen in figura iudicii ac assignavi sex solidorum redditus ex domo mea et area infra opidum Mendene sita perpetue possidendos, ita quod conventus dicte ecclesie de dicta domo et area duos solidos in festo beati Martini episcopi, residuos autem quatuor solidos in festo Pasce sumant annuatim. Et ut hec mea venditio semper staret nec in posterum a quoquam quavis arte aut malitia posset depravari, presens scriptum exinde confectum sigillo

meorum coopidanorum petivi roborari. Et nos .. opidani predicti huiusmodi venditionem coram nobis rite factam protestantes presentem literam exinde confectam ad petitionem Gerhardi predicti et sue coniugis nec non omnium filiorum ac filiarum eorundem, nostrorum coopidanorum predictorum et partis alterius nostro sigillo duximus roborandam. Acta sunt hec Mendene, presentibus discretis viris Iohanne de Wichlo, tunc iudice in Mendene, Thilemanno de Hudinchusen, Thilemanno dicto Wst, tunc proconsulibus ibidem, Wicboldo Lanifice, Wiggero dicto Muddepenninch, Hermanno Muddepennich, Hinemanno in Foro, Hinrico dicto Suaf, Hermanno dicto Zelkere, Theoderico de Holthusen et Ditmaro dicto Horpot aliisque quam pluribus probis et fidedignis anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, in octava Pasche.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 240, Siegel der Stadt Menden (am Rande stark abgebrochen, WS 73,3) abhängend; Abschrift des 14. Jahrh. in A des Altertumsvereins Paderborn Cod. 348 (Oelinghauser Kopiar) S. 182; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 253.

1837

1322 April 22

Edelherr Widekind von Grafschaft überläßt dem Grafen Siegfried von Wittgenstein seinen Anteil am Berg zu Berleburg.

Wir Wiedekind edle her von Graschapfft thun kundt allenn denn, die diessenn brief sehenn oder hoerenn lesenn, das wir mit willen unserer hausfrawenn undt unser sohne Aloffes undt Johannes undt verhennoisse gebenn undt haben gegebenn unserem lievenn nevenn graffenn Sifriedo vann Widtgensteinn undt seinenn erbenn alle unser theill ann dem berge zu der Berleburgh mit gutem willenn durch rechte freundtschafft undt liebe. Uff das diese stede sey undt war undt unsere erbenn diese veste haldenn, so habenn wir, der vorgenant Wiedekindt, diessen brief besiegelt mit unserme ingesiegell. Dieser brieff ist gegebenn nach Godts geburt dausent jahr dreyhundert jahr undt zwe undt zwentzichg jar an S. Georgenn abendt.

Abschrift des 17. Jahrh., Fürstl. A Wittgenstein-Berleburg, Berleburger Kopiar A 23, Bl. 287v; Druck: Wittgenstein, Blätter des Wittgensteiner Heimatvereins, 1958, Bd. 22 Heft 3, S. 116.

1838

1322 April 23

Der Ritter Godefried genannt Volenspit verkauft für 61 Mark weniger drei Schillinge der Äbtissin und dem Konvent in Fröndenberg als Eigengut Äcker in der Größe von 40 Scheffelsaat, gelegen in der Gemarkung des Dorfes Stockum[1].

Universis Christi fidelibus tam posteris quam modernis presentes litteras visuris et audituris ego Godefridus dictus Vûlenspit, miles, tenore presentium [notum facio][a] publice protestando, quod de maturo consensu et voluntate libera meorum puerorum legitimorum, videlicet Hermanni, Theoderici, Godefridi, Elizabeth, Petronille, Cristine et Theoderici, filii fratris mei, ceterorumque[b] omnium heredum meorum verorum tunc viventium et coheredum vendidi in perpetuam possessionem et resignavi religiosis personis .. abbatisse et conventui in Vrûndeberg quosdam agros meos proprios in campo ville Stochem sitos quadraginta modios siliginis Vnnensis mensure capientes pro quadam summa pecunie, videlicet pro sexaginta una marcis bonorum[c] denariorum tribus solidis minus numerate pecunie et solute, volens ipsis de dictis agris pro mere propriis, quod vulgariter dorslacht egen dicitur, sicut in propriis bonis iuris est, ubicumque de iure debeo, ad annum et diem debitam et rectam facere warandiam, aliqua contradictione non obstante. Ut autem hec venditio rite et rationabiliter per me facta firma et inconvulsa permaneat, presentem paginam proprio meo sigillo duxi roborandam. Datum anno Domini M° C°C°C° vicesimo secundo, in festo beati Georgii martiris. Acta

sunt hec coram Theoderico dicto Sprenge, famulo, Ertmaro, scultheto de Lynhern, et Lamberto, scultheto de Hepene, et aliis quam pluribus fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg, Urk. Nr. 103, Siegel des Ausstellers (zum Teil abgebrochen, im Bild: Schild mit rechts aufgerichtetem Füllen) anhängend; Abschrift um 1800, Msc. II 13 (Sammlung Kindlinger) S. 178.

[a]) Sinngemäß zu ergänzen; [b]) in der Vorlage „ceterumque";c) vor dem Wort ein überflüssiges „et".
[1]) 6 km östlich von Unna (bei Westhemmerde).

1839

1322 April 23

Der Propst Dietrich, die Priorin und der Konvent des Stifts Lippstadt bekunden, die Jungfrau Greta von Anröchte solle die Rente von sechs Schillingen aus dem Hause des Johannes genannt Twent auf Lebenszeit beziehen. Nach ihrem Tode soll die Rente an das Stift fallen. Dieses hat dafür das Jahresgedenken für Grete und ihre Eltern zu begehen[1].

Nos Theodericus, prepositus monasterii sanctimonialium in Lippia, .. priorissa totusque conventus monasterii eiusdem tenore presentium recognoscimus et publice protestamur, quod Greta puella de Anrochte[a] sex solidorum redditus de domo sive area Iohannis dicti Twent et Alheydis, uxoris sue, annuatim tollere debebit ad tempora vite sue. Ea autem defuncta dicti sex solidorum redditus de domo memorata perpetue solvent nobis, ita tamen, quod de ipsis redditibus anime dicte Grete et animarum omnium parentum ipsius iugis memoria et anniversarium per nostrum conventum perpetue peragatur sollempniter et devote. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M° CCC° XXII°, feria sexta post dominicam Quasi modo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Lippstadt, Urk. Nr. 58, Siegel des Propstes (gut erhalten, Bild: der Propst unter Maria mit Kind) und der Priorin (unter der Gottesmutter mit Kind die anbetende Pröpstin) abhängend.

[a]) Die zweite und dritte Silbe des Wortes auf Rasur.
[1]) Vergl. die Urkunde von 1322 Februar 15.

1840

1322 April 23

Der Ritter Dietrich von Helden verschreibt seinem Schwiegersohn, dem Ritter Hermann von Scharfenberg, und seiner Tochter Ida eine Rente von zehn Mark aus seinen Dörfern Schönholthausen, Cobbenrode und Husen[1]. *Wenn die Einwohner der genannten Dörfer in der Zahlung der Rente säumig sind, kann Ritter Hermann in dem Amt und Gericht, zu dem die Dörfer gehören, pfänden. Die Rente kann mit 100 Mark abgelöst werden.*

Universis presentia visuris et audituris innotescat, quod ego Theodericus de Heldene, miles, constituo Hermanno de Scarpenberg, militi, socero meo, Yde, filie mee, sue conthorali, et eorum veris heredibus decem marcas Susasium denariorum legalium in villis meis, videlicet curia dicta Sconeholthe, Chouenrode atque Husen in festo beati Martini episcopi annis singulis accepturis. Si vero habitatores predictarum nostrarum villarum decem marcas dictas in prefato termino predictis Hermanno, .. Yde, filie mee, et eorum heredibus integraliter non erogaverint, extunc ipsi Hermannus, miles, et sui heredes aut nuntius eorum una cum servo meo ipso die beati Martini in supradictis villis ac in toto officio sive iurisdictione, quod pertinet ad easdem villas absque contradictione aliqua pro defectu, quem sustinuerint in decem marcis, poterint pignorare. Item quod quando michi, Theoderico de Heldene predicto, placuerit[a], potero predictas decem marcas ab ipsis Her-

manno et suis heredibus redimere centum marcis Susasium[b] denariorum eorum contradictione non obstante. Testes sunt honorabilis vir dominus Godefridus, prepositus de Nouo Quistelberg, Iohannes de Scarpenberg, famulus, Heynemannus de Ghebelinchusen et Hermannus Meclinchusen et quam plures fide digni. Datum anno Domini M° CCC° XXII, in die beati Georgii.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Dalheim, Urk. Nr. 66, Siegel des Ausstellers (am Rand etwas abgebrochen, WS 204,6) abhängend; Druck: WUB IX Nr. 2115, Regest: UB Dalheim.

[a]) In der Vorlage „placuerint"; [b]) in der Vorlage „Susasum".
[1]) Einzelgehöft östlich von Cobbenrode.

1841

1322 April 30

Vor Gerhard, Kaplan des Grafen Ropert von Virneburg und Beamter in seinem Schultheißenamt, verkauft Johannes genannt Wennekinc von Oesterndorf[1] an Propst und Konvent des Klosters St. Walburgis bei Soest eine Kornrente von einem Malt Roggen bzw. Gerste aus 7 1/2 Morgen zehntfreien Ackerlandes, genannt Nederehaghen. *Belastet ist das Land lediglich mit einer Abgabe von 19 Pfennigen abzüglich des vierten Teils eines Pfennigs, die an den Schulten zu Oestinghausen zu entrichten ist.*

Ego Gherhardus, cappellanus viri nobilis domini mei domini Roperti comitis de Virneburgh, Westphalie marscalci, et officiatus eiusdem in officio sculthetatus, tenore presencium literarum notum facio singulis ac universis presentibus ac futuris, quod Iohannes dictus Wennekinc de Osterendorpe coram me constitutus vendidit rationabiliter pro certa pecunie summa sibi totaliter persoluta honorabili viro domino .. preposito et toti .. conventui ecclesie sancte Walburgis apud Sosatum unius molti siliginis et ordei equepartim perpetuam pensionem, dandam et expedite persolvendam singulis annis semper in festo beati Martini hyemalis sub mensura Sosatiensis et annona competente ex septem iugeribus et dimidio terre arabilis dictis de Nederehaghen, de quibus decima non dabitur, sed tantummodo annuatim .. villico, qui pro tempore in Ostinchusen fuerit, decem et novem denarii quadrante minus de eisdem persolventur, hoc condicto, quod, si prenarratos dominum .. prepositum et .. conventum in dictis iugeribus in posterum defectum pati contigerit, quocienscumque hoc acciderit, tociens talem defectum, quantus vel qualis fuerit, poterunt recuperare de integro manso Iohannis antefati in Osterendorpe situato, reclamatione aliqua non obstante. Contractuque prefato sic legitime placitato et consummato venerunt memoratus Iohannes, Marburgis, uxor sua, et quatuor sue filie, scilicet Margareta, Walburgis, Cristina et Reswidis, coram me et Hermanno, villico in Ostinchusen, ubi fuimus cum tota familia iam dicte curtis constituti, confirmantes et approbantes unanimiter viva voce omnibus observandis observatis predictum contractum in omni sua forma, renunciando libere et expresse omnibus exceptionibus iuris et facti, que ipsis seu eorum posteritati in posterum contra premissa vel aliquod premissorum possent quomodolibet suffragari. Et in huiusmodi rei testimonium et robur perpetuum ad preces venditorum predictorum sigillum meum una cum sigillo honestorum militum Erenfridi de Bredenole et Theoderici de Honrode presentibus est appensum. Quod nos iam dicti milites sub appensione nostrorum sigillorum testamur fore verum. Actum presentibus dominis Richardo et Henrico Bruninc, sacerdotibus, Iohanne, notario villicationis, .. sigillatoribus predictis, Reynoldo de Thuentorpe, Gobelino de Andopen, fabro, Mauricio, Theoderico, aurifabro, Lamberto dicto Hŏtwelkere, Lamberto de Wendelinctorpe, Detmaro de Molendino, Arnoldo de Noua Porta, .. dicto Spede et suo filio, .. dicto Lozinc de Hüllendorpe et aliis pluribus fide dignis. Datum anno Domini M° CCC^{mo} XX^{mo} secundo, in vigilia beatorum Phylippi et Iacobi apostolorum.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 72, Siegel 1 ab, Siegel des von Bredenole (Bild: gespaltener Schild, aber anderes Typar als WS 194 Nr. 4 und 5), und des von Honrode (dasselbe Wappenbild wie WS 190 Nr. 3, aber anderes Typar) anhängend; beiliegend gleichzeitige Abschrift (am Schluß: Ex parte Elyzabeth et Wrederunis. Valete).

[1]) Nördlich von Oestinghausen.

1842

1322 Mai 1

Walram, Propst, Degenhard, Dechant, Franco, Scholaster, und das Kapitel des Stifts Meschede billigen den von der Äbtissin Agnes vorgenommenen Verkauf der zum Haupthof Epsingsen gehörenden Höfe Mowe[1] *und* Rumenninchove[2] *zu Ampen*[3]*, der Mühle zu Ampen und von zwei Höfen zu Ehningsen*[4]*, verzichten auf alle Ansprüche, behalten sich die spezifizierten Pachtabgaben aber vor.*

In nomine Domini amen. Universis presentes litteras visuris et audituris in perpetuum. Walramus, Dei gratia prepositus, Degenhardus, decanus, Franco, scolasticus, totumque capitulum ecclesie sancte Walburgis in Meschede salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum inter alia, quibus ecclesie proficiunt, nichil equius et commodius existat eisdem, quam ut quelibet ecclesia utatur pacifice iure suo et in eodem, quod sibi competit, conservetur, ut quo quiecius a litibus solute, hii, qui eisdem presunt ecclesiis, vixerint, tanto liberius divinis, quibus mancipati sunt, officiis valeant deservire. Ea propter ad universitatis vestre noticiam cupimus pervenire, quod contractus venditionum et permutationum mansorum, videlicet Mowe, Rumenninchoue, molendini in Andopen, duorum mansorum in Egginchusen et aliorum bonorum quorumcumque, prout sita sunt in agris, pratis pascuis, nemoribus et aquarum decursibus ceterisque eorum appendiciis, quos seu que felicis memorie venerabilis domina Agnes, quondam abbatissa dicte Meschedensis ecclesie, tunc per abbatissam solite gubernari, cum suo conventu ex causis neccessariis et rationabilibus fecit religiosis personis .. priorisse et conventui monasterii de Paradiso ordinis beati Dominici secundum condiciones appositas in instrumentis super ipsis contractibus confectis sigillorumque predictarum abbatisse et conventus sigillatis, et maximia quia per huiusmodi contractus prefate Meschedensis ecclesie utilitatem et profectum didicimus procuratam, gratas habentes et ratas eas ex superhabundanti presentibus approbamus et ad tollendum[a] cuiusvis ambiguitatis scrupulum inter nos et successores nostros ex una parte dictam priorissam et suum conventum ex altera nostrosque utrobique hinc inde successores et ecclesias perpetuo, ne in creatione novorum prepositorum ecclesie Meschedensis seu alio tempore quocumque inter nos et ipsas de iure seu pensionibus dictorum mansorum et bonorum ammodo dissencio aliqualis oriatur, publice recognoscimus et presentibus profitemur prefatas priorissam et conventum de Paradiso de predictis bonis ecclesie nostre predicte nobis seu successoribus nostris ad ulteriora iura, servicia seu pensiones non teneri quam in instrumentis predictarum abbatisse et conventus Meschedensis expresse continetur nec ullo umquam tempore a nobis seu successoribus nostris aut villicis pro tempore curtim in Ebdisschinch colentibus ad prestandum de prefatis bonis ulteriora iura, servicia, minuta seu pensiones eciam, quibuscumque nominibus censeantur, impeti posse vel ad hec aliqualiter coartari, eciam si prefata bona in parte vel in toto per colonum seu colonos aliquando coli contigerit seu quascumque alias personas nomine prefatarum priorisse et conventus aliqualiter possideri. A quibus quidem colonis seu possessoribus ultra huiusmodi pensiones et precipue, que in hiis nostris presentibus litteris expresse continentur, nichil exigi poterit vel debebit in morte seu in vita, non obstante, si forte inventaria seu antiqua registra ecclesie nostre predicte ulteriora iura, servicia seu pensiones de huiusmodi bonis in morte vel in vita prestanda seu prestandas contineant quomodolibet vel explanent. Et ne autem diversitatis opinio de huiusmodi pensionibus, iuribus seu serviciis in antea suscitetur, ea presentibus litteris specifice duximus inserenda. Et sunt ista videlicet de bonis dictis Mowe sitis in Andopen in festo beati Michaelis X denarii cum obulo, item in Cathedra beati Petri tantum et ante festum beate Walburgis unum hermolder siliginis et unus modius brasii, item in festo beati Andree apostoli[b] dimidius porcus valens tres solidos; item de manso dicto Rumenninchoue in Cathedra beati Petri sex modii bladii ordeacii et duo hermolder siliginis et XVIII denarii, item in festo beati Thome apostoli unus porcus valens sex solidos; item de molendino in Andopen in festo beati Michaelis quatuor solidi[c] et in Cathedra beati Petri tantum; item de duobus mansis in Egginchusen in festo beati Martini due marce singulis annis nobis predictis decano et capitulo persolventur. Et ne contra premissa vel eorum aliquod[d], quod absit, in posterum pacis et concordie persecutor valeat attemptare, renunciavimus omnibus exceptionibus iuris et facti et doli mali et allegationibus proprietatis in preiudicium prefatarum priorisse et conventus et quod non possimus dicere

aliud esse scriptum quam actum ac cuilibet rescripto impetrato seu impetrando aliisque defensionibus quibuscumque, que nobis seu successoribus nostris contra premissa seu eorum aliquot, quod absit, in posterum suffragari possent quovis modo. In horum autem omnium et singulorum testimonium atque fidem ac perpetue roboris firmitatem prefatis priorisse et conventui de Paradiso presentes litteras tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum anno Domini millesimo CCC° XXII°, in die beate Walburgis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Paradies, Urk. Nr. 74, Siegel ab.

[a]) In der Vorlage „tollendam"; [b]) dahinter Streichung der zwei Worte „unus porcus"; [c]) in der Vorlage „solidos"; [d]) in der Vorlage „aliquot".

[1]) Zum Verkauf im Jahre 1278 siehe WUB VII Nr. 1645, vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest, S. 109, Nr. 46; [2]) vergl. die Erwähnung des Hofes im Jahre 1278, WUB VII Nr. 1646, als Hofname bei Schoppmann (Flurnamen Soest) nicht nachgewiesen, vielleicht in Beziehung zum Rubach (Schoppmann, S. 116, Nr. 38; [3]) 4 km westlich von Soest; [4]) Ehningsen, 8 km westlich von Soest, nicht Enkhausen (wie WUB VII Nr. 2432): der Marschall Johann von Plettenberg läßt sich im Jahre 1297 wegen seiner Vogteirechte in „Eghinchusen" vom Kloster Paradies abfinden. Dieses hatte im 18. Jahrhundert in Ehningsen vier Höfe bzw. Kotten.

1843

1322 Mai 1

Propst Walram sowie Dechant und Kapitel des Stifts Meschede bekunden, Lucia, die Witwe des Ritters Rutger von Mellrich, wolle auf dem Grund ihres ihr als Eigengut gehörenden Oberhofs Waltringhausen[1] ein Kloster gründen, in dem sie mit weiblichen Mitgliedern nach klösterlichen Regeln Gott dienen sollten. In ihrer Eigenschaft als Patrone der Pfarrkirche in Mellrich, in deren Sprengel der Oberhof liegt, geben die Aussteller ihre Zustimmung, und zwar unter der Bedingung, daß die Mutterkirche dadurch nicht beeinträchtigt wird[2].

Walramus, Dei gratia prepositus, .. decanus et .. capitulum ecclesie Meschedensis .. universis Christi fidelibus, ad quos presentes litere pervenerint, eternam in Domino caritatem. Ex parte honorabilis matrone Lucie, vidue relicte quondam Rutcheri de Meldrike, militis felicis memorie, pie devotionis ducte desiderio nobis exstitit supplicatum, quod, cum ipsa in fundo curtis sue in Waltrinchusen ad ipsam tytulo proprietatis ac dominii utilis et directi spectante sine preiudicio parrochialis ecclesie in Meldrike, infra cuius limites dicta curtis in Waltrinchusen est sita, oratorium seu monasterium in honorem Dei omnipotentis ac beate et gloriose Marie virginis, matris eius, ac omnium sanctorum erigere seu construere desideret et intendat, in quo adiuncta sibi decenti et devota feminei sexus caterva sub regulari habitu per se et successores suos in perpetuum Domino famulari desideret, prout ad hoc sibi divina gratia ab alto curaverit suffragari, nostrum tamquam dicte ecclesie in Meldreke patroni consensum adhibere dignaremur, nos igitur attendentes, quod ea, que Spiritu Dei aguntur, non sint sub lege neque opus, si quod ex Deo dissolvi possit et ob hoc divine voluntati resistere nolentes, ob spem retributionis eterne ipsius Lucie precibus inclinati, sibi et cooperatoribus suis in hac parte, quantum in nobis est et ad nos pertinet, concedimus et presentibus indulgemus, ut in predicta curte in Waltrinchusen seu eius fundo oratorium seu monasterium, prout premissum est, erigant et construant, dummodo a lesione prefate parrochialis seu matricis ecclesie in Meldrike prorsus abstineant, cui nolumus per huiusmodi constructionem ac nostram indulgentiam seu concessionem in suis antiquis iuribus aliqualiter derogari, cum non deceat per novam indulgentiarum concessionem antiquis ecclesiarum iuribus preiudicia generari. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo secundo, ipso die beatorum apostolorum Philippi et Iacobi.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Urk. Nr. 111; Siegel ab; Abschrift des 18. Jahrh., in Msc. I 219 (Kopiar von St. Walburgis Soest) Bl. 6v der 2. Zählung.

[1]) Westlich von Anröchte; [2]) das spätere Kloster Annenborn, das nach der Aufhebung in den Besitz von St. Walburgis Soest kam.

1844

1322 Mai 1

Der Bürgermeister und die Ratsherren der Stadt Rüthen befreien auf Ersuchen des Kölner Erzbischofs Heinrich das Haus der Minderbrüder in ihrer Stadt von der städtischen Besteuerung, dem Wachdienst und anderen Verpflichtungen. Diese Befreiung gilt auch für eine Person aus dem Gesinde der Brüder. Dafür sollen die Bürger der guten Werke teilhaftig sein, die von den Brüdern des Ordens verrichtet werden.

Nos Lubbertus de Anlaghen, proconsul, Gobelinus Wluingh, Hermannus de Lon, Iohannes Reinfridi, Ghyselbertus de Kneuelinghusen, Detmarus Mekkolike, Iohannes Stolle, Herman Vnekeman, Iohannes Volperti, Allexander Neghelen, Hinricus de Dreuere, Conradus de Efle, consules oppidi Ruden, recognoscimus publice protestando, quod ob instanciam venerabilis patris ac domini domini nostri Hinrici archiepiscopi Coloniensis cum consensu nostre universitatis dimisimus ac presentibus dimittimus domum fratrum Minorum sitam in nostro oppido ab omni exactione et vigilatione ac universaliter ab omni iure seu consuetudine facta vel facienda in nostro oppido, conferentes eciam uni persone, que pro tempore de eorum fratrum fuerit familia, eandem libertatem, ut operibus bonis omnium fratrum dicti ordinis participes efficiamur. In cuius testimonium sigillum oppidi nostri presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° XXII° in die sanctorum Philippi et Iacobi apostolorum.

Gleichzeitige Abschrift in einer Handschrift des Britischen Museums London (Add. Mss. Nr. 21174) des Rüthener Stadtrechts, Wiedergabe nach einem Foto: StAM, Fot 209; vergl. Wiedergabe des Inhalts durch Christoff Brandis, Geschichte der Stadt Rüden, in Seibertz, Quellen der Westfälischen Geschichte, Bd. 1, 1857, S. 240 und 279.

1845

1322 Mai 3

Edelherr Crafto von Grafschaft verspricht dem Grafen Heinrich von Waldeck, die Freigrafschaften Bigge und Rüdenberg, die er vom Grafen zu Lehen hat, bei Zahlung von 450 Mark einlösen zu lassen und zurückgeben zu wollen.

Nos Crafto de Graschaft, nobilis, pro nobis et nostris heredibus promittimus bona fide et recognoscimus in hiis scriptis, quod comicias de Biye et de Rudemberg nobis per dominum Heynricum comitem de Waldeke de consensu domine Alheydis, conthoralis ipsius et omnium heredum suorum tytulo pheodi collatas quadragintis et quinquaginta marcis nomine reemptionis acceptis ab ipsis vel ex parte ipsorum ipsas comicias eis remittere debebimus liberas et solutas omnibus contradictionibus procul motis. Testes huius rei sunt: Heynricus de Sualemberg et Syfridus de Witgensteyn, nobiles comites, Volpertus de Hoenfels, miles, Iohannes, plebanus in Sassinhusen, Iohannes de Heuelde, Gumpertus de Krenren[a] iunior et Wickere, famuli, armigeri, cum aliis pluribus fidedignis. Ut autem prescripta omnia et singula firma permaneant, presens scriptum nostri sigilli munimine communitum anno Domini M° CCC° XXII°, ipso die Inventionis sancte crucis.

Ausf., Perg., StA Marburg, Waldecker A (Lehen von Grafschaft), Siegel des Ausstellers anhängend; Abschrift des 16. Jahrh.: Ältere Waldecker Kanzleien Abt. 21,7, Samtkasten Nr. 8, Bl. 99 sowie Abt. 6,19 (Verträge mit Auswärtigen) Nr. 1, S. 496; StAM, Herzogtum Westfalen, Landesarchiv, Akten Nr. 303, Bl. 21 (zum Prozeß zwischen Kurköln und Waldeck um den Assinghauser Grund), desgl. Reichskammergericht W 139; Druck: Kopp, Heimliche Gerichte; Urk. 72; SUB II Nr. 587; WUB IX Nr. 2119 (mit unzutreffendem Kopfregest).

[a]) In der Abschrift des 16. Jahrh.: „Kremern"; nach Führer (Medebach Nr. 150, S. 31) „Krevern".

1846

1322 Mai 3

Die Brüder Henemann und Ludolf von Dorfeld[1], Knappen, verkaufen dem Propst Godfried, der Priorin und dem Konvent der Nonnen in Neuküstelberg als Eigengut die Hälfte des Oberhofes in Wifferinghausen[2] und eine Rente von 20 Hühnern aus dem Dorf Glindfeld.

Ego Henemannus et Ludolfus, frater meus, famuli, dicti de Doruelden istius scripti tenore notum fieri volumus universis presentis temporis et futuri, quod de consensu, consilio et favore fratris nostri Ordemari, Iohannis Stoters, Henemanni ac Herbordi, fratrum nostrorumque consanguineorum et omnium heredum nostrorum vendidimus honorabili viro domino Gotfrido, preposito in Nouoquistelberg, .. priorisse totique conventui sanctimonialium ibidem nostram partem curie in Wifhardenkosen, videlicet dimidietatem curie ibidem site, ac viginti pullos in villa Glentfelden, qui dicuntur kirkenhoner, quorum pullorum et partis curie proprietas ad nos pertinet, pro viginti marcis et quatuor marcis denariorum Susato legalium nobis datis et pagatis penitus dictis Gotfrido, preposito, .. priorisse, conventui et eorum posteris dictos pullos et dictam partem curie, scilicet integre curie dimidietatem, cum proprietate ipsorum, sicut ad nos nostrosque heredes pertinent et pertinebant tam in campis, nemoribus, pratis, pascuis quam aliis pertinentiis seu proventibus eorumdem assignando, appropriando et pro bonis propriis, ut dictum est, vendendo iure hereditario possidendo perpetuo, pacifice et quiete, promittentes fide prestita corporali pro nobis et nostris heredibus warandiam de dictis pullis et curia et eorum proprietate facere completam et debitam sepedicto Godefrido, preposito, .. priorisse, conventui et eorum posteris, quandocumque et ubicumque ipsis necesse[a] fuerit et nos requisiti fuerimus super eo. Preterea nichilominus sepedictis Godefrido, preposito, .. priorisse, conventui et ipsorum successoribus sub eadem fide promittimus et promisimus, si, quod absit, in dicta parte curie ipsis per nos vendite aut pullis emerserit impulsatio, molestatio, vexatio vel forsan aliqualis querela ratione impetitionis hereditarie ab hiis, debemus ipsos reddere liberos et indempnes. In quibus si negligentes aut remissi fuerimus, quod Deus avertat, extunc immediate monitione premissa, si in opido Medebeke mansionem habuerimus, in domibus nostris non manducabimus aut bibemus, donec de premissis omnibus, utputa de warandia et vexationibus, ut pretactum est, satisfecerimus. Si autem in dicto opido Medebeke mansionem seu domicilium non habuerimus, ipsum opidum Medebeke subintrabimus inde non exituri, donec, ut premissum est, de omnibus molestiis ipsis ex parte curie ac pullis subortis per nos aut nostros heredes satisfactum fuerit integraliter et complete. In horum omnium robur et evidens testimonium sigilla mei videlicet Henemanni et Ludolfi de Doruelden predictorum cum sigillo universitatis opidanorum in Medebeke presentibus sunt appensa. Nos vero Detmarus de Hildeshosen, proconsul, Gerhardus Cellerarius, Iohannes Hulewecke, Conradus Vegere, Wilhelmus[b], Hartradus, Iohannes Slic, Albertus Rockerinc, Henricus Widepere, Conradus Rusepe, Euerhardus super Ripa, Henricus de Lapideo Ponte, consules opidi Medebeke sepetacti tunc temporis, recognoscimus sigillum universitatis nostre predicte ad petitionem partium predictarum huic scripto appositum in testimonium premissorum. Datum et actum anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo secundo, die Inventionis sancte crucis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Glindfeld, Urk. Nr. 32, Siegel ab, Rückvermerk (17. Jahrh.): Wifferinchusen; *Regest: Führer, Medebach, S. 31, Nr. 151.*

[a]) Über der Zeile eingefügt; [b]) in der Vorlage „Wilhemmus".
[1]) Flurname 2 km südlich von Medebach; [2]) Wüstung östlich von Düdinghausen.

1847

1322 Mai 6

Vor dem Rat der Stadt Werl verkauft der Werler Bürger Dietrich genannt Lilie aus seinem Haus und Hausplatz beim Haus des Wilhelm genannt Snavel in Werl für drei Mark eine Rente von drei Schillingen an den Propst und den Konvent zu Wedinghausen.

Universis presentem literam visuris et audituris nos .. proconsules et consules oppidi in Werle notum facimus firmiter protestantes, quod Theodericus dictus Lilie, noster cooppidanus ex pleno consensu et voluntate liberorum suorum Theoderici, Thelamanni, Gozwini, Hapen, Winandi, Henrici, Iohannis et omnium heredum ac coheredum suorum vendidit iusto venditionis titulo ex domo et area sua iuxta domum Wilhelmi dicti Snauel sita solvente tantum Euerhardo Prins quatuor denarios et obulum pro tribus marcis denariorum bonorum sibi numeratis, traditis et integraliter persolutis redditus trium solidorum denariorum legalium ac bonorum religiosis personis .. preposito et conventui monasterii in Wedinchusen singulis annis duobus terminis, in Pascha videlicet mediatim et in festo beati Mychaelis ex dimidio perpetuo persolvendos. In cuius rei firmum testimonium ad petitionem predictorum Theoderici et suorum liberorum sigillum nostre universitatis huic litere super hiis confecte est appensum. Acta sunt hec anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, in die beati Iohannis ante Portam Latinam, presentibus Henrico Kauold, Iohanne Thome, tunc proconsulibus, Hermanno Tecken, Arnoldo Knŏppeken, Henrico Prosekese, Conrado Nŏtliken, Hermanno Bars, Theoderico et Henrico Scŏlere, Gerhardo Carpentario, Henrico Iuncman, Rutghero Passe, tunc consulibus in Werle, Henrico Rost, famulo bone nationis, Theoderico Prosekese, viris fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 114, Rest des Siegels der Stadt Werl (WS 71 Nr. 5) anhängend; Abschrift in Msc. VII 5737 (Kopiar des Klosters Wedinghausen), Bl. 124, und Msc. I 209 (desgl. Kopiar des Klosters Wedinghausen), Bl. 249v.

1848

1322 Mai 12

Vor dem Rat der Stadt Werl verkauft Aleydis, die Witwe des Werler Bürgers Arnold genannt Capetowe, an Propst und Konvent des Klosters Wedinghausen für sechs Mark eine Rente von sechs Schillingen aus ihrem Haus bzw. dem Hausplatz. Der Werler Bürger Johannes genannt Puntbry verkauft dem Kloster ebenfalls für 31 Schillinge zwei Äcker von zwei Scheffelsaat. Mechtild, die Witwe des Werler Bürgers Everhard genannt Koppeken verkauft gleichfalls dem Kloster für 22 Schillinge einen Acker von einem halben Morgen beim Berdincwege.

Universis presentes literas visuris et audituris nos .. proconsules et consules oppidi in Werle notum facimus firmiter protestantes, quod Aleydis, relicta quondam Arnoldi dicti Capetowe, nostri coopidani bone memorie, ex pleno consensu et bona voluntate Menrici, Gerhardi, Elizabet, Gertrudis, liberorum suorum, omnium heredum ac coheredum suorum vendidit iusto venditionis titulo ex domo et area sua pro sex marcis bonorum denariorum sibi numeratis, traditis et integraliter persolutis redditus sex solidorum bonorum et legalium denariorum religiosis personis .. preposito et conventui monasterii in Wedinchusen singulis annis in festo beati Mychaelis archangeli persolvendos. Que domus seu area tantum modo solvit eidem etiam monasterio tres solidos in festo Pasche annuatim.

Item Iohannes dictus Puntbriy, noster similiter coopidanus pleno de consensu et bona voluntate Sidradis, uxoris sue, Hermanni et Cristine, liberorum suorum, cum adhuc plures[a] non haberent[b], omnium heredum ac coheredum suorum vendidit iusto venditionis titulo pro triginta et uno solidis denariorum bonorum sibi numeratis, traditis et ex integro persolutis duos agros tres scepel annone seminarie capientes iuxta fossam, vulgariter dictam Tengraue, adiacentes. Quos agros iam dicti[c] libere et absolute resignaverunt religiosis personis .. preposito et conventui monasterii in Wedinchusen prenominati perpetuo possidendos.

Item Mechteldis, relicta quondam Euerhardi dicti Koppeken, similiter nostri coopidani pie recordationis, de consensu pleno et voluntate bona Godescalci, Walberti, Gertrudis, Aleydis, Mechteldis, liberorum suorum, omnium heredum et coheredum suorum vendidit iusto venditionis titulo pro viginti et duobus solidis denariorum bonorum sibi numeratis, traditis ac integraliter persolutis agrum dimidii iugeris iuxta viam, videlicet Berdingwege, adiacentem, quem iam narrati libere et absolute resignaverunt .. preposito et conventui monasterii supradicti in Wedinchusen perpetuo possidendum. Ad evidentiam igitur veritatis[d] et in testimonium firmum omnium premissorum ad petitionem nostrorum concivium in singulis venditionibus prenotatis supradic-

torum sigillum nostre universitatis presentibus est appensum. Acta sunt hec omnia et singula premissa anno Domini M° CCC° vigesimo secundo, in die Pancratii, Nerei et Achillei, martirum beatorum, presentibus Henrico Kauold, Iohanne Thome, tunc proconsulibus, Henrico Prosekese, Hermanno Bars, Hermanno Tekke, Arnoldo Knoppeke, Conrado Notleke, Theoderico et Hinrico Scölere, Rutgero Passen, Henrico Iuncman, Gerhardo Carpentario, tunc consulibus in Werle, Conrado et Arnoldo fratribus dictis Capitowe, Henrico, villico de Witmarinchusen, Iohanne Vleminc, Hermanno de Monte, oppidanis ibidem, viris fidedignis.

Ausf., Perg., StAM. Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 115, Siegel der Stadt Werl (WS 71 Nr. 5) anhängend; Abschrift in Msc. VII 5737 (Kopiar des Klosters Wedinghausen), Bl. 122v und Msc. I 209, Bl. 237v.

[a]) Wort korrigiert; [b]) desgl. das „a"; [c]) die beiden letzten Worte auf Rasur bzw. korrigiert; [d]) desgl.

1849

1322 Mai 12 bei Fischenich

Erzbischof Heinrich von Köln bekundet, Dechant und Kapitel des Stifts (St. Patrokli) in Soest hätten die Obödienzen zu Stockum[1] und Bergede[2] nicht fristgemäß übertragen. Da dadurch das Vergaberecht an ihn gefallen sei, vergibt er sie an Winand, den Thesaurar des Stifts, der sich als ältester Kanoniker mehr als andere um die Kölner Kirche verdient gemacht hat, bzw. stellvertretend an den Kleriker Hermann von Gyseke[3].

Datum per copiam. Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, dilecto in Christo Winando, thesaurario ecclesie Susaciensis, sue dyocesis salutem in Domino. Pervenit ad nos, quod obedientie in Stochem et Berhede dicte ecclesie Susaciensis, que ab olim seu a tempore, cuius memoria in contrarium non existit, infra certum terminum iuxta ipsius ecclesie consuetudinem, dum vacabat, usque nunc a decano et capitulo ecclesie eiusdem canonicis singularibus gradu maioribus tamquam pre ceteris magis meritis conferri consueverunt, iam tanto tempore vacaverunt, quod earundem obedientiarum collatio ad nos est iuxta consuetudinem eandem legitime devoluta. Verum et sicut subditos nostros ex iure suo conservare tenemur, sic et ne nos ius nostrum negligamus et precipue, ne ea, que disponente ecclesie statu ab antiquo indebite immutentur, providere tenemur ex officii nostri debito pastoralis. Ea propter tibi, cui tamquam maioritatis in ecclesia prefata ceteros antecedenti et etiam predecessoris nostri et nostro ac ecclesie Coloniensis servitio dudum inmoratus, vita et moribus comprobatus merito commendaris, est de ipsius ecclesie stipendiis utique providendum iure huiusmodi ad nos devoluto obedientias easdem Hermanno de Gyseke, clerico presenti, tuo nomine conferimus per presentes et ipsum investimus de eisdem in omni eo iure, quo obedientie eedem ante hec tempora conferri canonicis prefate ecclesie consueverunt, quia prefato capitulo nec quo ad pensiones annuas ipsi de obedientiis antedictis ab antiquo competentes nec ad collationem earundem canonice aliis vicibus faciendas volumus preiudicium aliquod generari. Dantes has nostras literas nostro sigillo sigillatas in testimonium super eo. Datum apud Vischenich anno Domini M^mo^ CCC^mo^ vicesimo secundo, in vigilia beati Seruatii episcopi.

Gleichzeitige Abschrift, Perg., StAM, Urk. Nr. 111 b, Sekretsiegel des Soester Vizepropsts abhängend; Regest: REK IV Nr. 1297.

[1]) Stockum an der Möhne; 2 km östlich von Körbecke (daß hier nicht Stockum bei Geseke gemeint ist, ergibt sich wohl aus der Nähe der beiden Orte; [2]) 3 km nördlich von Stockum; [3]) vergl. Urkunde von 1322 Juli 20.

1850

1322 Mai 14

Vor den Ratsherren der Stadt Lippstadt verkauft der Lippstädter Bürger Helmich genannt Winkelhorst dem Stift Lippstadt eine Rente von 12 Schillingen aus seinem von ihm bewohnten Haus bzw. der Hausstätte. Dafür soll jährlich für die Angehörigen des Konvents eine Speisung stattfinden. Diese haben dafür die Memo-

rie des Ritters Renfried von Friedhardskirchen zu begehen, der das Kapital für den Ankauf der Rente gestiftet hat. Bei einer städtischen Besteuerung übernimmt das Stift die Bezahlung, falls Helmich nicht andere gleichwertige Renten kaufen kann.

Universis presentem literam visuris vel eciam audituris nos .. consules Lippenses notum facimus et protestamur publice, quod constitutus coram nobis Helmicus de Winkelhorsth, noster concivis, recognovit se de consensu ac plena voluntate .. uxoris sue, omniumque heredum redditus duodecim solidorum denariorum apud nos usualium et bonorum tollendos singulis annis[a] infra octo dies ante festum beati Andree apostoli ex domo sua et area cum omni iure, prout situata est, quam ad presens inhabitat, religiosis personis dominis .. preposito, .. priorisse et conventui sanctimonialium monasterii Lippensis pro quadam certa pecunie summa tradita et soluta rite ac rationabiliter vendidisse perpetualiter possidendos ad habendam ex eis apud dictum conventum communiter annuatim consolationem in ipso die beati Andree et ut extunc ipsi prepositus et conventus eodem die memoriam et anniversarium quondam domini Renfridi militis dicti de Vredehardeskerken, ex cuius munere, gratia et instinctu huiuscemodi comparati sunt redditus, in perpetuum peragatur sollempniter et devote. Igitur, si apud nos forte quo motu aut necessitate communem continget fieri exactionem seu collectam quocienscumque, que vulgariter dicitur en scoth, extunc dicte religiose persone de hiis facient redditibus id, quod nostri concives facere tenebuntur, preter si dictos Helmicum aut suos heredes alios redditus equivalentes et eque certos comparare contingeret secundum dictum proborum virorum. Illos dicti prepositus et conventus loco priorum reddituum deberent acceptare. Et sic ad petitionem utriusque partis nos .. consules supradicti sigillum nostrum in omnium premissorum testimonium apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Iohanne Gyselberti et Rodolpho de Monasterio, proconsulibus, Iohanne Goldekini, Alberto dicto Denceke, Th. dicto Kolehorn, Iohanne de Geseke, Ecberto de Buren, Dethmaro dicto Stotere, Dodelino Landeshere, Iohanne et Bernardo de Lancgeneken, Euerhardo de Brickincsile, Gerwino dicto Muddinchof, Hermanno de Hauekorst, Iohanne dicto Rudeman, Conrado dicto Kredere, Petro Pellifice iuniore, Conrado Menrikinc, Roperto de Bochem, Hartmanno dicto Valsch, consulibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Datum crastino beati Servatii anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo secundo.

Ausf., Perg., StAM, Stift Lippstadt; Urk. Nr. 59, Siegel der Stadt Lippstadt (WS 68 Nr. 6) mit Rücksiegel (WS 74 Nr. 7) anhängend.

[a]) Über der Zeile eingefügt.

1851

1322 Mai 14

Vor dem Rat der Stadt Werl verkauft der Werler Bürger Gerhard genannt Gudegert dem Propst und dem Konvent des Prämonstratenserklosters Oelinghausen eine Rente von einer Mark aus seinem Haus und der Hausstätte in der Nähe des Friedhofs und dem Haus des Scriptoris. Das Haus und die Hausstätte sind sonst nur mit Renten von zwei Schillingen, die das Kloster ebenfalls bezieht[1], und von zwei Pfennigen an Heilig Kreuz belastet.

Nos Henricus de Cauolt et Iohannes Thome, proconsules, .. scabini et universitas civium in Werle notum facimus universis tenore presencium publice protestando, quod constitutus coram nobis Gerhardus dictus Gudegert, concivis noster, de consensu et voluntate expressa Wenemari, Theoderici, Gerhardi et Godefridi, filiorum suorum priorum, Cristine, uxoris sue secunde, Volquini, filii, et Walburgis, filie eiusdem, ac omnium heredum suorum, quocumque iidem censentur nominibus, ex totali domo sua et area, que cimiterio et domui .. Scriptoris est contigua, religiosis personis .. preposito et .. conventui monasterii in Vlinchusen Premonstratensis ordinis Coloniensis dyocesis pro XIIII marcis et dimidia legalium denariorum numerate pecunie penitus et solute annuos redditus unius marce denariorum Susati usualium singulis annis in festo Michaelis archangeli nullo impedimento obstante per eundem Gerhardum et suos successores perpetue per-

solvendos vendidit et per modum venditionis legitime assignavit. Que quidem domus et area ultra sortem unius marce iam dicte in festo Pasche II solidos[a] ex venditione .. dicti Wekere, quondam concivis nostri, persolvet quovis anno eidem ecclesie[b]. Promisit quoque idem Gerhardus dicte ecclesie in Vlinchusen, quod dicta domus et area ultra unam marcam et duos solidos iam dictos et duos denarios, qui solventur sancte Cruci, nullis erit aliis pensionibus ulterioribus obligata. Universis suis heredibus consentientibus in id ipsum, quod nos omnibus, quorum interest, sub sigillo universitatis nostre presentibus appenso, ne dictus contractus quavis arte vel malicia valeat infirmari, duximus intimandum. Cuius rei testes sunt Henricus dictus Prosekese, Hermannus Tecge, Gerhardus Carpentarius, Arnoldus Cnopeke, Hermannus dictus Bars, Rutgerus dictus Passe, Iohannes dictus Scolere, Theodericus, filius suus, Conradus dictus Notleke et alii quam plures fidedigni. Superscriptiones „II solidos" et „eidem ecclesie" suis approbamus. Datum et actum in crastino beati Servacii episcopi, anno Domini M° CCC° XXII°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 241, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) an weißen Hanffäden anhängend, Rückvermerk (14. Jahrh.): de marca, quam comparavit frater Rutgerus, prepositus, ...; *Abschrift des 14. Jahrh., A des Altertumsvereins Paderborn, Cod. 348 (Oelinghauser Kopiar) S. 135; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 253.*

[a]) Über der Zeile nachgetragen; b) desgl.
[1]) Vergl. Urkunde WUB XI Nr. 232 (1303 Juni 1).

1852

1322 Mai 20

Vor dem Rat der Stadt Werl verkauft der Werler Bürger Gerhard genannt Lekebant dem Kloster Wedinghausen für drei Mark eine Rente von drei Schillingen aus seinem Haus und Hausplatz.

Universis presentes literas visuris et audituris nos .. proconsules et consules oppidi in Werle notum facimus firmiter protestantes, quod Gerhardus dictus Lekebant, noster coopidanus, ex pleno consensu et bona voluntate Elizabeth, uxoris sue, Arnoldi, Iohannis, Edelindis, liberorum suorum, cum adhuc plures non haberent, et omnium heredum ac coheredum suorum iusto venditionis titulo vendidit ex domo et area sua, solvente tantum obulum venerabili viro .. decano Susaciensi, pro tribus marcis denariorum bonorum sibi numeratis, traditis et integraliter persolutis redditus trium solidorum bonorum ac legalium denariorum religiosis personis .. preposito et conventui monasterii in Wedinchusen singulis annis duobus terminis in festo videlicet Pasche dimidiatim et in festo beati Mychaelis archangeli ex dimidio perpetuo persolvendos. In cuius rei firmum testimonium ad petitionem Gerhardi, Elizabet et liberorum suorum predictorum sigillum nostre universitatis presentibus est appensum. Datum et actum die Ascensionis dominice anno Domini M° CCC° vigesimo secundo, presentibus Henrico Kauold, Iohanne Thome, tunc proconsulibus, Henrico Prosekese, Hermanno Bars, Hermanno Tecke, Arnoldo Knŏppeke, Conrado Nŏtlike, Theoderico et Henrico Scŏlere, Rutgero Passe, Henrico Iuncman, Gerhardo Carpentario, tunc consulibus in Werle, viris fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 116, Siegel der Stadt Werl (beschädigt, WS 71 Nr. 5) anhängend; Abschrift in Msc. VII 5737 (Kopiar des Klosters Wedinghausen), Bl. 127.

1853

1322 Mai 20

Edelherr und Junker Bertold von Wewelsburg erklärt, er schulde dem Lippstädter Bürger Ditmar genannt Krudenere dem Jüngeren vier Mark. Dafür müsse er ihm zu Michaelis sechs Malter Korn liefern. Wenn er säumig sein sollte, müsse er und sein Amtmann Antonius genannt Kaken den Schaden ersetzen. Geschehen im Beisein der Lippstädter Bürgermeister Friedrich genannt Konic und Johann genannt Koteman.

Universis ac singulis, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, nos Bertoldus nobilis domicellus de Wiuelesborg notum esse volumus publice protestantes, quod nos et uxor nostra legitima nostrique veri heredes tenemur iusta de causa Ditmaro dicto Krudenere iuniori, civi in Lippia, et Elizabet, uxori sue legitime, nec non eorum veris heredibus in quatuor marcis denariorum Lippie usualium et bonorum, pro quibus mittemus et mittere debebimus eisdem sex malta annone, videlicet quatuor ordei et duo avene Lippensis mensure in festo beati Michaelis proxime venturo. Que sex malta, si quid plus solvere poterunt quam quatuor marcas in octava festi predicti, hoc nobis restitui debet integraliter atque reddi. Si vero, quod absit, in missione huiusmodi annone negligentes fuerimus et ex hoc predictos Ditmarum, suam uxorem et eorum heredes dampnum aliquod facere seu incurrere contingerit, ab huiusmodi dampno nos et Antonius dictus Kaken, officiatus noster, ipsos eripere debebimus et indempnes efficere penitus ab eodem. Quod nos et quilibet nostrum in solidum et in totum promittimus eisdem per presentes. Actum presentibus Frederico dicto Koninc et Iohanne dicto Koteman, civibus in Lippia, aliis quam pluribus fide dignis. Unde nos Bertoldus predictus in omnium premissorum evidens testimonium sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto. Et ego Antonius prefatus sub sigillo dicti domicelli mei Bertoldi omnia et singula, ut premissa sunt, dico fore vera. Datum in die Ascensionis Domini anno eiusdem M° CCC° vicesimo secundo.

Ausf., Perg., Schloß A Cappenberg, Urk. Nr. 214, Siegel ab; Abschrift des 19. Jahrh. durch Erhard: StAM, Msc. VI 141 IV, Lippstadt; Druck: WUB IX Nr. 2129.

1854

1322 Mai 20

Erzbischof Heinrich von Köln verleiht seiner Stadt Rheinberg eine Schöffen- und Ratsordnung. Dabei erklärt er u.a., einige Leute behaupteten, daß der Geltungsbereich des Vemgerichts (ius seu iudicium secretum, quod dicitur Veme) *erstrecke sich über die Grenzen Westfalens hinaus bis auf die linke Rheinseite, wo Rheinberg liegt. Es seien auch schon Leute unter Bezug auf dieses Gericht ohne Zuziehung eines Richters aufgehängt worden. Als Herzog von Westfalen müsse der Erzbischof, der dieses Gericht vom Reich zu Lehen trage, diesem Zustand abhelfen. Das Vemgericht dürfe nur in den vom Reich gesteckten Grenzen im erzbischöflichen Herzogtum Westfalen in Tätigkeit treten.*

Moderne Abschrift aus einer Handschrift des Stadt A Rheinberg, die im Jahre 1875 ausgeliehen und seitdem verschollen ist. Regest: REK IV Nr. 1302.

1855

1322 Mai 20 Zierikzee

Graf Wilhelm [III.] von Hennegau und Holland verleiht Heinrich Brune und Andreas von Hale, Kaufleuten von Westfalen, vom 24. Juni ab auf ein Jahr und acht Tage nach der Aufkündigung Geleit und Schutz für ihre Kaufmannschaft in Hennegau, Holland, Seeland und Friesland mit dem bestehenden Zollrecht.

Wiedergabe nach Hans. UB II Nr. 390, S. 165: Reichs A Den Haag, Reg. E. L. 13, C, 1316–37, Bl. 52; E.L. 20 Bl. 42.

1856

1322 Mai 21

Propst Walram, Dechant und Kapitel des Stifts Meschede übertragen, nachdem Albert genannt Madewic der Priorin und dem Konvent des Dominikanerinnenklosters Paradies eine halbe Hufe verkauft hat, diese Hälfte dem Kloster zu Erbpachtrecht und für einen Erbpachtzins, wobei keine weiteren Abgaben an den Schulten zu Epsingsen anfallen.

In nomine Domini amen. Universis presentes literas visuris et audituris Walramus, Dei gracia prepositus, .. decanus et .. capitulum ecclesie Messchedensis cum cognitione veritatis eternam in Domino caritatem. Universitatis vestre noscat discretio, quod dimidietatem mansi, prout sita est in agris, pratis, pascuis, nemoribus ac aquarum decursibus ceterisque suis appenditiis et pertinentiis, quam Albertus dictus Madewic cum nostris bonis voluntate et consensu pro certa quantitate pecunie vendidit religiosis personis .. priorisse et .. conventui monasterio de Paradyso ordinis beati Dominici, eisdem .. priorisse, conventui et earum successoribus in perpetuum concessimus et concedimus iure emphiteotico perpetuo possidendam sub hac conditionis forma, videlicet quod priorissa et conventus in dicto monasterio pro tempore existentes singulis annis cunctis futuris temporibus in festo beati Michaelis archangeli decem et octo denarios Susatienses et in festo beati Petri ad cathedram decem et octo denarios eiusdem monete, duos modios ordei Susatiensis mensure ac unum schepel et duas cratheras siliginis nobis, decano capituli Messchedensis et successoribus nostris in perpetuum pro tempore existentibus persolvant nomine emphiteotice pensionis. Et ne inter nos ex una parte, dictas priorissam et conventum de Paradyso ex altera nostrosque utrobique successores et ecclesias perpetuo in creatione novorum prepositorum Messchedensium seu alio tempore quocumque de iure seu pensionibus dicte dimidietatis mansi dissensio aliqua oriatur, publice recognoscimus et presentibus profitemur prefatas priorissam et conventum de Paradyso de prefata dimidietate mansi ecclesie nostre predicte nobis, successoribus nostris seu villico curtim in Ebbedesschinc colenti vel quocumque titulo tenenti ad ulteriora iura, servicia seu pensiones non teneri, quam presentibus nostris litteris superius est expressum, nec ullo umquam tempore a nobis seu successsoribus nostris ad prestandum de eadem ulteriora iura, servicia seu pensiones impeti posse vel ad hoc aliqualiter coartari. Etiam, si ipsam dimidietatem mansi aliquando per colonum nomine prefatarum priorisse et conventus coli contigerit seu quomodolibet possideri, a quo quidem colono ultra prefatas pensiones in morte seu in vita nichil a nobis seu successoribus nostris exigi poterit seu debebit, non obstante, si forte inventaria seu registra ecclesie nostre predicte ulteriora iura seu pensiones in morte vel in vita hucusque prestita seu prestanda contineant quovis modo. Et renunciamus omnibus exceptionibus iuris ac facti et doli mali et quod non possimus dicere aliud esse scriptum quam actum nec non allegationi proprietatis bonorum quo ad preiudicium prefatarum priorisse et conventus ac cuilibet rescripto impetrato vel impetrando aliisque defensionibus quibuscumque, que nobis seu successoribus nostris contra premissa vel eorum aliquid quomodolibet possent suffragari. In cuius rei testimonium et perpetui roboris firmitatem prefatis priorisse et conventui de Paradyso presentes litteras tradidimus sigillorum nostrorum munimine roboratas. Actum et datum in crastino Ascensionis Domini anno eiusdem M° CCC° vicesimo secundo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Paradies, Urk. Nr. 75, Siegel ab.

1857

1322 Mai 23

Henemann von Ellynhusen verkauft der Äbtissin und dem Konvent des Klosters Gevelsberg eine Rente von einer halben Mark aus seinen Gütern zu Ellinghausen[1].

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris ego Henemannus de Ellynhusen notum facio, quod de pleno consensu et voluntate uxoris mee Aledis et Bertoldi, fratris mei, ac omnium heredum nostrorum[a] iusto empcionis et vendicionis tytulo pro determinata summa pecunie mihi numerata, tradita et assignata vendidi religiosis dominabus abbatisse et conventui in Gyuelberg hereditarie et perpetuo dimidiam marcam denariorum legalium et bonorum pro tempore currentium de bonis meis in Ellynchusen. Quam pecuniam in festo beati Martini hyemalis omni contradictione remota et impedimento aliquorum singulis annis dicto conventui persolvere teneor expedite. Ut autem hec in perpetuum rata permaneant et firma, presens scriptum sigillis honestorum virorum domini Arnoldi, plebani in Swelme, et Theoderici de Asebike feci roborari. Acta sunt hec presentibus dicto domino plebano in Swelme, Brunone de Aledehusen, Wilhelmo, iudice[b], Alberto Minnenprickel, Thylemanno, quondam iudice[c], Adolfo et Hinrico de Hoyte, Torne,

cellerario, Brunone et Alberno fratribus de Gyuelberg, Datum anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, dominica post[d] Ascensionem Dei.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Gevelsberg, Urk. Nr. 29, Siegel ab; Abschrift in Msc. VII 6106 (Kopiar des Klosters Gevelsberg) Nr. 30.

[a]) Davor gestrichen „meorum"; [b]) auf Rasur; [c]) desgl.; [d]) über der Zeile eingefügt.
[1]) In der Gemeinde Nächstebreck bzw. Hottenstein (vergl. BUK, Kreis Schwelm, S. 15).

1858

1322 Mai 24

Johann von Neheim und der Ritter Engelbert von Herborn schließen einen Vertrag, wonach Johann die Mühle zu Mühlenbrink[1] niederlegen soll. Stattdessen wollen sie die Mühle zu Werries[2] gemeinsam nutzen.

Wy Iohann van Nehem unde Petronylla, syn echte vrowe, dût kündich allen, die dessen bref sien unde hören, dat wy myt wyllen unde myt wytschap aller unser rechten erven myt hern Engelbrechte van Herborne, ryddere, unde myt synen rechten erven hebbet overdraghen myt unsen twen mûlen to Mûlenbrynke unde to Wergys, also dat ik Iohan van Nehem de mûlen to Mûlenbrynke afbreken sal unde ik, myn echte vrowe unde myne rechten erven de mûlen to Wergis myt hern Engelbrechte van Herborne unde myt synen erven hebben und halden sulen in lyken dele, alle des mûlters unde alle der nûht der selven mûlen to Wergis unde ok der bokemûlen, an weliken stûkken die ghevallet, mer den Swederikes Korf, den sal her Engelbrecht unde syne erven twe yar iar waren und halden to syner nûht, unde wy Iohan unde unse vrowe myt unsen erven dat derde yar tot unser nûht. Die mûlenstat unde de bokemûlen stat unde also, dat bynnen den thûnen is gheleghen, sûlen wy Iohan van Nehem[a], unse vrowe unde unse erven myt hern Engelbrechte unde myt synen erven hebben to ghelyker walt, unde wat kost an steynen, an tymberen oder an yenigherleyge stûkke up desse mûlen vallet, de kost sûle wy Iohan unde unse erven myt hern Engelbrechte unde myt synen erven an lyker kost weder ghelden unde betalen. Würde ok die mûle to Wergis verstûret oder ghewûstet in brande, in watere oder in welikerleyge noht, die mûlen sûlen wy unde unse erven myt hern Engelbrechte unde myt synen erven myt liker kost weder bôwen. Welik unser des nicht en dede oder nicht don en wolde, die andere van uns unde synen erven mûghen die mûlen to Wergis weder bowen myt ir kost und up bôren de nûht der mûlen also lange alleyne want an die tyt, dar die andere van uns, die des nicht en dede, den anderen unde synen erven weder gheve de helfte van der kost des bowes, die he mach bewysen myt synen eyde. Wolde ok yen van uns oder syne erven synen del der mûlen verkopen, den sal he alrest eyn half yar den anderen vore bieden. So mach de ghene unde syne erven den deel kopen umbe hûndert unde vyftich mark pennynghe, die to Mûnstere synt ghenge unde gheve. Wyl he es aver nicht, unser ander mach synen deel verkopen, wen he wyl. Unde wante men die mûlen to Wergis hevet van den greven van Lymborch, so sûlen her Engelbrecht unde syne erven die mûlen untfan unde halden sie uns unde unsen erven to der hant oder den to der hant, die hern Engelbrechtes oder unsen deel koften. Wat ok unser yenich to der mûlen deyt malen oder boken to syner kost, dat sal blyven ûnghemûltert unde unghetollet. Wolden ok na dode unses Iohannes unde unser vrowen unse erven desse satynge nicht stede halden, so mûghen sie weder bowen to Mûlenbrynke eyne mû- len up die selven stat, dar sie lach, noch hoer noch syder, sunder allerleyge wedersprake hern Engelbrechtes oder syner erven. So sal ok die vorsprokene satynge der mûlen to Wergis quyt unde los syn hern Engelbrechte unde synen erven. In orkûnde unde vestnisse desser satynge hebben wy Iohann unde her Engelbrecht unses heren greven Engelbrechtes van de Marke, her Godefrides Vûlenspytes unde hern Iohannes Klotes, ryddere, seghele myt unsen seghelen an desse schrift ghedan an behaltnisse. Unde wy Engelbrecht greve van der Marke, Godefrid Vûlenspit und Iohan Klot, ryddere, dat desse satynge geschen is myt Iohanne van Nehem unde myt hern Engelbrecht van Herborne umbe ir beyder bede betûghe wy dat myt unsen seghelen. Dyt geschach nach Godes gebôrt int yar, also men schryvet dûsint drehûndert twyntich unde twe, des manendaghes nach Cruces.



Ausf., Perg., A von Beverförde-Werries, Urk. Nr. 2, Siegel ab; Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. II 20 (Sammlung Kindlinger) Bl. 115 (221); Abschrift von der Hand Kindlingers um 1800 in Msc. II 32, Bl. 175v

[a]) In der Vorlage „Nehen".
[1]) Vergl. den Ratsherr Molenbrinc zu Beckum (WUB VIII Nr. 1466); [2]) östlich von Hamm, ehemals im Kirchspiel Mark.

1859

1322 Mai 26

Elisabeth, die Witwe des Friedrich, verkauft dem Bruder[1] Heinrich von Gevelsberg eine Rente von einem halben Ohm Wein aus ihrem Weinberg im Dorf Rheidt[2] und setzt ihm einen Weingarten in der Größe von einem halben Morgen in der Schmiedegasse zum Unterpfand. Nach dem Tode des Bruders soll die Weinrente an das Kloster Gevelsberg fallen.

Universis presens scriptum visuris ego Elyzabeth, relicta quondam Friderici, notum esse cupio, quod cum consensu ac bona voluntate filiarum mearum Aledis, Drude, Sophie ac omnium heredum meorum vendidi fratri Hinrico de Gyuelberg dimidiam amam vini annue pensionis ex vinea mea sita in villa Reyde hereditarie et perpetuo solvenda, ponens eisdem ad insubpignus dimidium iurnale vinearum in der Smitgazin. Post obitum vero prefati fratris H. dictam dimidiam amam vini conventui in Gyuelberg absque ulla contradictione perpetuo assignabimus. Huic facto interfuerunt dominus Ludolfus, rector ecclesie in Reyde, qui etiam est collator dicte vinee in der Smitgazin, scabini videlicet Adolphus de Lomeren et Hinricus de Clinckinberg, Hinricus de Colonia, Hermannus dictus Calde, Wilhelmus dictus Vos, Rûlandus de Mûndorp et alii quam plures fide digni. In huius rei testimonium sigillum domini Ludolfi, prememorati rectoris ecclesie in Reyde, presentibus ad meam peticionem est appensum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, in crastino Vrbani.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Gevelsberg, Urk. Nr. 30, Siegel ab.

[1]) Konverse; [2]) im Siegkreis, (früher) Bürgermeisterei Niedercassel (zur Identifizierung vergl. den Zeugen Mundorp mit dem Nachbarort Mondorf).

1860

1322 Mai 30

Engelbert Graf von der Mark macht den Ritter Gerwin von Altena zum Burgmann und weist ihm als Burglehen eine Rente von sechs Mark aus seinem Oberhof Mönnighoff[1] an, die mit sechzig Mark abgelöst werden können. Der Ritter hat auf der Burg Altena persönlich Residenz zu halten. Darum überläßt ihm Graf Engelbert für dauernd das von diesem zur Zeit bewohnte Haus auf der Burg Altena.

Nos Engelbertus comes de Marca universis presentes litteras visuris ac audituris notum facimus presentibus publice protestantes, quod cum consensu et plena voluntate omnium nostrorum verorum heredum virum strennuum Gerwinum militem de Altena in nostrum et nostrorum heredum ordinamus castellanum et facimus per presentes, dantes sibi et suis veris heredibus pro feodo castrensi redditus sex marcarum denariorum Sosato legalium dativorum ex curte dicta Monekinckhoff tempore Maii singulis annis tollendos, percipiendos et hereditarie possidendos, tali tamen conditione interiecta, quod[a] dictos redditus nos et nostri heredes de eodem Gerwino et suis heredibus pro sexaginta dictorum denariorum quovis anno, cum visum fuerit nobis expedire, reemere possumus contradictione qualibet non obstante, ac quibus enim sexaginta marcis eisdem datis et persolutis in toto, extunc isdem Gerwinus vel sui heredes proprium allodium comparabunt cum dictis marcis seu redditibus sexaginta marcarum eiusdem pagimenti ex propriis suis bonis supraportabunt, quod seu quos idem Gerwinus et sui heredes a nobis et nostris heredibus[b] personales in castro nostro Altena faciendo. Damus etiam eidem Gerwino et suis heredibus mansionem et domum, in qua ad presens moratur,

in dicto nostro castro hereditarie possidendam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum in solemnitate Pentecostes anno Domini M° tricentesimo vicesimo secundo.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. II 31 (Sammlung Kindlinger), Bl. 85.

[a]) In der Vorlage „per"; [b]) hier im Text etwas fehlend (etwa: werden Gerwin und seine Erben als Burglehen erhalten und dafür Residenz...).

[1]) Mönnighoff in der Gemeinde Oelinghausen (nicht bei Westerburg-Frisch, Lehnbücher der Grafen von der Mark).

1861

1322 Juni 1 Dortmund

Der Dortmunder Bürger Johannes von Mendene verkauft an Propst, Prior und Konvent des Prämonstratenserklosters Wedinghausen einen von den + Eltern ererbten Garten bei Menden, für dessen Nutzung ein Zins von acht Pfennigen und einem Huhn zu entrichten ist[1].

Universis et singulis presentes litteras visuris et audituris innotescat, quod ego Iohannes de Mendene, opidanus Tremoniensis, de consensu et expressa voluntate Iutte, uxoris mee, Iohannis, Thilemanni, Bertoldi et Elizabeth, liberorum meorum, et heredum omnium vendidi et resignavi rite et rationabiliter cum eisdem venerabili in Christo .. preposito, .. priori totique conventui ecclesie in Wedinchusen iuxta castrum et opidum Arnesberg ordinis Premonstratensis Coloniensis dyocesis ortum quendam, quem habui a quondam parentibus meis iuxta Mendene situm pro quadam summa pecunie michi tradita et soluta, ita videlicet quod dicti religiosi prefatum ortum habeant cum fructibus et omnibus utilitatibus suis et hereditarie possideant sub annua pensione octo denariorum usualium et unius pulli. Actum Tremonie coram discretis viris Thilmanno de Aken, tunc temporis iudice Tremoniensi, Hermanno de Redinchusen, magistro civium ibidem, Thilmanno dicto Blidenmekere, Hermanno dicto Lose, Leone Alutario, Vrowino super Puteum, Conrado de Wesele, Thilemanno de Vinkinchusen, fratre meo, et Iohanne dicto Runacke, qui dictum ortum recepit ad manus religiosorum predictorum requisitis et datis sentenciis ad hoc debitis et consuetis. In cuius rei testimonium sigillum dicti iudicis impetravi cum heredibus meis supradictis presentibus literis applicari. Datum feria tercia festi Penthecostes anno Domini M° CCC° XXII°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 117, Siegel des Richters (Bild: Hausmarke, Abbildung im Dortmunder UB, Erg. Bd., Tafel IV 2 Nr. 10) in rotem Wachs abhängend; Abschrift: Msc. I 209, Bl. 217v; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 561.

[1]) Vergl. Urkunden von 1322 August 6.

1862

1322 Juni 1

Der Prior Godfried, der Kellner Christian, die Priorin Bertradis und der Konvent des Klosters von St. Katharinen in Dortmund bekunden, die Brüder Hermann und Heinrich, die Söhne der Alheidis in Westrich[1], *hätten die auf ihren Gütern liegende Belastung mit einer Zahlung von fünf Mark an das Kloster abgelöst. Zukünftig sollen sie als Hörige des Klosters ihre Güter mit einem jährlichen Zins von einem halben Pfund Wachs nutzen dürfen. Wenn sie ohne Hinterlassung von Kindern sterben, fallen die betreffenden Güter an das Kloster. Bei einem eventuellen Verkauf hat das Kloster ein Vorkaufsrecht.*

Nos Godefridus, prior, Cristianus, celerarius, Bertradis, priorissa, totusque conventus sanctimonialium ecclesie beate Katherine Tremoniensis recognoscimus universis tenore presencium publice protestando, quod Hermannus et Henricus, filii Alheydis in Westerwic, homines ecclesie nostre, redemerunt et liberaverunt sibi bona sua ibidem sita, que nobis olim obligata fuerant pro quinque marcis denariorum nobis traditis

et solutis, ita videlicet, quod dictis bonis suis utantur et hereditarie possideant sub annua pensione dimidii talenti cere nobis seu ecclesie nostre predicte, cui pertinentes sunt, annuatim in vigilia beate Katherine, patrone nostre, de dictis bonis persolvenda, tali apposita forma, si prefati fratres absque liberis decesserint, quod dicta bona ad prefatam ecclesiam nostram devolvantur. Item si vendere decreverint, quod nobis seu qui pro tempore fuerint, prius exhibeant ad emendam. Actum in claustro nostro, presentibus nobiscum Wernero dicto Butepage, Bertrammo dicto Ouerweldige, Gerwino Sutore et Henrico Magno de Marthene. In quorum omnium veritatem et testimonium sigillum ecclesie nostre supradicte duximus presentibus litteris appendendum. Datum feria tercia festi Penthecostes anno Domini M° CCC° XX° secundo.

Ausf., Perg., StAM, St. Katharinen Dortmund, Urk. Nr. 57, Siegel ab; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 560, S. 243.

[1]) Bei Lütgendortmund.

1863

1322 Juni 3

Dietrich von Medrike, Bürger zu Soest, stiftet dem Kloster St. Walburgis vor Soest eine Rente von sechs Pfennigen aus einem Haus in Soest beim Grotendyc. *Eine solche Rente hatte bisher die Küsterin des Klosters von drei der Küsterei des Klosters gehörenden Ruten bei* Dören[1] *zu entrichten. Weil das Kloster nunmehr von der Zahlung der Rente entlastet ist, soll die Küsterin die Kerze vergrößern, die bei der Erhebung des Leibes Christi angezündet wird.*

Universis presentia visuris et audituris ego Thidericus de Medrike, oppidanus Sosatiensis, notum facio, protestor et recognosco, quod ad honorem Dei, gloriose virginis matris eius Marie et pro salute animarum parentum nostrorum et mee libere donavi pensionem sex denariorum ad elemosinas pauperum inclusorum solvendam ex quadam domo sita in Sosato prope Grotendyc, quam nunc dictus Belemunt inhabitat. Que pensio hactenus dari consuevit per custodem dominarum monialium monasterii ecclesie [sancte] Walburgis extra muros Sosatienses de tribus virgis agrorum sitis prope Dören ad custodiam ipsius monasterii pertinentibus, volens dictum monasterium sive custodem eius a solutione annua iam dicte pensionis in perpetuum supportari, ita tamen, quod sepedicta monasterii custos cereum, quod in elevatione Corporis Christi acenditur, singulis annis perpetuo augeat sive maioret ad valorem sex denariorum. In cuius rei testimonium presens scriptum contuli memorato monasterio mei sigilli appensione signatum. Datum anno Domini M° CCC XXII, feria quinta in festo Pentekostes.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest) Bl. 67v der 2. Zählung.

[1]) Weiler Dören in Bensen bei Lippspringe ?

1864

1322 Juni 6[1]

Wilhelm Graf von Arnsberg teilt seinem Neffen, dem Bischof von Paderborn[2]*, mit, daß nach Arnsberger und auch Paderborner Ministerialenrecht ein Lehen nach dem Tod des Lehnsträgers nicht an den Lehnsherrn fällt, sondern an den nächsten Erben, gleichgültig, ob dieser männlich oder weiblich ist, zu vergeben ist. Da die Ministerialen des Bischofs das gleiche Recht wie die des Grafen hätten, wie es von den beiderseitigen Vorgängern in Westfalen*[3] *festgelegt worden sei, bittet er den Bischof, auch bei dem genannt Schwicker so zu verfahren.*

Reverendo in Christo patri ac domino suo, domino venerabili episcopo Paderbornensis ecclesie, suo nepoti dilecto, Wilhelmus comes de Arnsberg cum debita reverentia obsequium et honorem. Noverit vestra reverentia, quod habito consilio quorundam ministerialium nostrorum, virorum satis providorum, plene

instructi sumus de hoc, quod commune ius est omnium ministerialium nostrorum, quod bona feudalia, que a nobis dependent, per que aliquis de nostris ministerialibus per nos est infeudatus, ad nos per obitum alicuius eorum devolvi non possint ullo modo, sed proximus heres in linea affinitatis huiusmodi bona, sive sit masculus sive femina, possidebit. Unde, cum vestri ministeriales ac nostri uno ac eodem iure perfruantur, veluti ab antquis temporibus in Westphalia[a] per nostros predecessores est conceptum, studiose vos petimus, quatenus dictum Schwicker, vestrum ministerialem, huiusmodi iure perfrui permittatis, ne ius ipsum per vos in aliquo violari videatur, quod ab antiquis temporibus est conceptum, harum nostrarum testimonio literarum datarum sub sigillo nostro maiore ac etiam sigillis Everhardi militis[b] de Meininckhusen[c], Conradi de Hustene, Gerhardi de Plettenbergh, ministerialium nostrorum, qui omnes una nobiscum huiusmodi consilio interfuerunt, presentibus appensis anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, dominica proxima post festum Pentecostes[d].

A: Abschrift von 1589 (zur Vorlage bei der kurkölnischen Kanzlei in Arnsberg am 28. 11. 1589, vergl. Bl. 291), StAM, RKG H Nr. 1389c II, Bl. 301v (Erbstreit in der Familie von Hoerde); B: desgl. Abschrift von 1629, StAM, RKG C 79 Bd. 8, Bl. 32 und 75v (hier Tagesdatum: dominica prima Trinitatis); *desgl. Abschrift StAM, Spiegel zum Desenberg, Akten Nr. 1004 Bd. 2, Bl. 31v (Cansteinsche Prozesse); C: desgl. Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Kleve-Märkische Regierung, Lehnssachen Nr. 85, Bl. 49; D: Abschrift des 17. Jahrh., Staatsbibliothek Berlin, Msc. boruss. fol. 837, Bl. 96v; E: desgl. Abschrift des 17. Jahrh., StA Wolfenbüttel, Sammlung Overham Bd, V, S. 307; F: desgl. aus der 2. Hälfte des 17. Jahrh., A von Bocholtz zur Hinnenburg, Störmede-Boke, Akten VI Nr. 25 (zum Rechtsstreit von Korff ./. von Hoerde), hier: statt „in Welpesholte" „in West falia"; Chronicon Liesborn., StAM Msc. 225ab; Abschrift des 18. Jahrh. in Stadt A Werl aus dem A Papen-Köningen, beglaubigt durch den Notar Temannus Wrede; Druck: J.C. Lünig, Corpus iuris feudalis, 1, 1655, Nr. IV (wie in den folgenden Drucken mit der abweichenden Jahreszahl 1312; SUB 2 Nr. 555; Werner Thummermut, Krummstab schleußt niemand aus, 1718, Nr. WUB IX Nr. 2136; J. Prinz, Der Zerfall Engerns und die Schlacht am Welfesholz 1115 (Ostwestfälisch-weserländische Forschungen zur geschichtlichen Landeskunde, hg. von H. Stoob, 1970, S. 108): von Klocke in:Westfälische Forschungen 2, 1939, S. 228, Anm. 70 (gestützt auf die Abschrift im Archiv von Bocholtz-Hinnenburg: auch:* „in Wesphalia"; *vergl. Fritz Zschaeck, Das Urkundenwesen der Grafen von Arnsberg 1175–1368 (A für Urkundenforschung 8, 1923, S. 281–327).*

[a]) In C und D: „Welpelßholte"; [b]) in B, Bl. 32: „comitis"; [c]) in B: Memminghausen; [d]) in B. dominica prima Trinitatis.
[1]) Vergl. die abweichende Datierung 1312; [2]) Bernhard zur Lippe; [3]) in einigen Abschriften „in Welfesholz" (bei Hettstedt im Südharz).

1865

1322 Juni 6

Die Brüder Heinrich und Dietmar genannt von Medebeke und Johannes, der Sohn des Hermann von Medebeke, alles Bürger zu Soest, verkaufen für 65 Mark an den Abt Florin des Benediktinerklosters Liesborn den Zehnten zu Höntrup im Kirchspiel Herzfeld und lassen ihn auf. Der Abt hat damit die zu Ehren der Gottesmutter errichtete Kapelle im Turm der Klosterkirche dotiert.

Cum ea, que geruntur in tempore, simul labantur cum tempore, necesse est, ut ipsa roboratione literarum ac voce testium perhennentur. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri presentem paginam inspecturi, quod nos Heynricus et Diethmarus fratres dicti de Medebeke et Iohannes, filius Hermanni de Medebeke, cives in Sôsato, unanimiter matura deliberatione prehabita cum pleno consensu et bona voluntate nostrarum uxorum et omnium nostrorum heredum verorum iusto venditionis titulo vendidimus pro sexaginta et quinque marcis denariorum Sôsati legalium nobis numeratis penitus et solutis decimam nostram in Hôhincdorpe in parrochia ecclesie in Hertvelde situatam cum omni sui integritate, prout ipsam habuimus, scilicet pertinentiis, usufructibus et iuribus universis, venerabili domino Florino .. abbati monasterii Liesbernensis ordinis sancti Benedicti et eiusdem .. successoribus, qui amore divini flaminis affectus cappellam gloriosissime virginis Dei genitricis Marie sub turri eiusdem monasterii piissime dotavit cum decima iam predicta. Quam in

eiusdem abbatis potestatem libere exnunc dimisimus et dimittimus per presentes, renunciantes simpliciter et expresse omni iuri, inpetitioni, actioni iuris canonici et civilis, que nobis et nostris heredibus in dicta decima suffragari possent vel competere quomodolibet in futurum. In horum omnium testimonium hanc literam prefato domino .. abbati monasterii in Lŷsberne et suis .. successoribus dedimus ac .. cappellano pro tempore existenti memorate cappelle sigillorum Brvnonis dicti Make videlicet, Godescalci de Palsode et Hermanni de Medebeke ad nostram petitionem munimine roboratam. Nos vero Brvno dictus Make, Godescalcus de Palsode et Hermannus de Medebeke, quia emptioni et venditioni huiusmodi in principio et in fine interfuimus, ob petitionem Heynrici et Diethmari, fratrum, ac Iohannis dictorum de Medebeke suprascriptorum, nostrorum affinium specialium amicorum, sigilla nostra huic scripto duximus apponenda in testimonium premissorum. Datum die dominico in octava Penthecostes anno Domini M° CCC° XXII°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Liesborn, Urk. Nr. 117, Siegel des Bruno Make (beschädigt (WS 204,20) und des Godescalcus de Palsode (stark beschädigt, WS 206, 16) an gelben Seidenfäden anhängend, das dritte Siegel ab; Rückvermerk (14. Jahrh.): de decima in Hoemtorpe *und* ad altare sub turri; *Abschrift in Msc. I 99, Bl. 44; Msc. I 104, Bl. 50v; Msc. I 102, S. 78; Druck: Schmieder, Urk. Liesborn Nr. 148; Regest: WUB VIII Nr. 1567.*

1866

Nicht belegt

1867

1322 Juni 6

Die Brüder Heidenreich und Dethmar genannt von Medebeke, Bürger zu Soest, verkaufen für 65 Mark dem Abt Florin des Benediktinerklosters Liesborn [den Zehnten zu Höntrup im Kirchspiel Herzfeld][1] und lassen ihn auf. Mit den Zehnten dotiert der Abt den zu Ehren der Gottesmutter errichteten Altar in der Kapelle unter dem Turm der Klosterkirche[2].

Cum ea, que geruntur in tempore, simul labantur cum tempore, necesse est, ut ipsa roboratione literarum ac voce testium perhennentur. Noverint igitur universi tam presentes quam futuri, quod nos Heydenricus et Dethmarus fratres dicti de Medebeke, cives in Sůsato, matura deliberatione prehabita cum pleno[a] consensu et bona voluntate nostrarum uxorum ac omnium nostrorum heredum legitimorum iusto venditionis titulo vendidimus honorabili viro domino Florino abbati monasterii Lysbernensis ordinis sancti Benedicti pro sexaginta et quinque marcis denariorum Sůsati legalium nobis numeratis penitus et solutis. Quos denarios idem dominus abbas comparavit secundum quod nobis innotuit cum hiis obventionibus, que ex largitate et pietate tam suorum parentum et amicorum ac fidelium aliorum sibi obvenerunt. Quam eciam cum illis denariis, que sibi accreverunt, ex provida moderatione victualium ultra prebendam suam tantum personam suam tangentem decimam nostram in Hoynctorpe in parrochia ecclesie in Hertvelde situatam cum omni sua integritate, prout ipsam habuimus, videlicet pertinentiis, usufructibus et iuribus universis, qui amore divini flaminis affectus cappellam gloriosissime virginis Dei genitricis Marie sub turri infra soepta sui monasterii piissime dotavit ad usum clerici secularis, qui dictum altare officiet in futuro cum decima iam predicta. Dictam vero decimam in eiusdem abbatis potestatem libere exnunc dimisimus et dimittimus per presentes, renuntiantes simpliciter et expresse omni iuri, inpetitioni et actioni iuris canonici vel civilis, que nobis et nostris heredibus in prefata decima suffragari possent vel conpetere quomodolibet in futurum. In horum omnium testimonium supradicto abbati monasterii Lysbernensis et cappellano dicte cappelle pro tempore existenti dedimus presentem literam sigillo mei videlicet Dethmari antedicti una cum sigillo honesti famuli Godeschalci dicti van dem Dome firmiter roboratam. Ego vero Godeschalcus van dem Dome, civis Sůsatiensis iam predictus, ad petitionem Heydenrici et Dethmari, fratrum antedictorum, sigillum meum huic contracto apposui in testimonium omnium premissorum. Datum die dominico in octava Penthecostes anno Domini M° CCC^mo XX° secundo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Liesborn, Urk. Nr. 118, Siegel des Dethmar von Medebeke (Bild: Hausmarke) und des Godeschalcus van dem Dome (WS 218,6) an roten Seidenfäden anhängend; Abschriften in Msc. I 101 (Kopiar des Klosters Liesborn) Bl. 38; Msc. I 102, S. 52; Regest: WUB VIII Nr. 1567; Regest: WUB VIII Nr. 1567.

[a]) aus „plena" korrigiert.
[1]) Das Objekt des Verkaufs nicht genannt sowie insgesamt Teil des in der vorhergehenden Urkunde (Liesborn Nr. 117) enthaltenen Textes fehlend; [2]) vergl. die Genehmigung des Verkaufs bzw. den Verzicht auf das Eigentumsrecht am Zehnten durch den Edelherrn Symon zur Lippe: Liesborn, Urk. Nr. 119.

1868

1322 Juni 11

Vor den Ratsherren zu Lippstadt verkauft der Lippstädter Bürger Hermann genannt Wagendrivere aus dem von ihm bewohnten Haus und dem Hausplatz für fünf Mark dem Amelung, Schulrektor in Lippstadt, eine Rente von fünf Schillingen.

Universis et singulis presentem literam visuris vel etiam audituris nos consules opidi Lippensis notum esse volumus presentibus publice protestantes, quod constitutus coram nobis Hermannus dictus Waghendriuere, noster concivis, recognovit expresse se habito consensu et bona voluntate Alheydis, uxoris sue legitime, et omnium suorum heredum et coheredum redditus quinque solidorum denariorum Susati usualium et bonorum tollendos singulis annis quovis festo beati Mychaelis ex domo sua et area cum omni iure, prout situata est, quam ad presens inhabitat, magistro Amelungo, rectori scolarium Lippensium suisque veris heredibus pro quinque marcis eorundem denariorum sibi traditis integraliter et solutis rite ac rationabiliter vendidisse hereditarie ac perpetualiter possidendos. Renunciavit etiam idem Hermannus pro se, sua uxore et suis veris heredibus omni actioni iuris canonici et civilis, que posset vel deberet ipsi vel alicui contra premissa nunc vel in posterum aliqualiter suffragari. Unde nos consules predicti in omnium premissorum evidens testimonium sigillum nostre universitatis ad utriusque partis petitionem apponi fecimus huic scripto. Actum presentibus Iohanne Gyselbertinc, Rodolfo dicto de Monasterio, proconsulibus, Iohanne Goldekinc, Alberto Dencekinc, Thiderico Colhorn, Iohanne Rudeman, Gerhardo de Cappele, Iohanne dicto de Geseke, Dethmaro Stotere, Dodekino Landelhere, Gerwino Muddinchoff, Iohanne et Bernhardo dictis Langenekinc, Ecberto dicto de Buren, Hermanno Hauecorst, Euerhardo Breckensil et aliis tunc consulibus ceterisque quam pluribus fide dignis. Datum feria sexta ante festum beati Viti martyris, anno Domini M^{mo} CCC^{mo} vicesimo secundo.

Ausf., Perg. Schloß A Cappenberg, Urk. Nr. 205, vom Stadtsiegel nur Bruchstück noch anhängend; Abschrift des 19. Jahrh., durch Erhard, StAM, Msc. VI 141 IV, Lippstadt.

1869

1322 Juni 15

Heinrich de Pote, Bürger zu Dortmund, teilt der Priorin und dem Konvent des Klosters St. Katharinen mit, er stifte ihnen als Schenkung unter Lebenden die Rente von 12 Schillingen, die er vom Kloster gekauft habe. Dafür soll nach seinem Tode seine Memorie, die seiner Schwester Herlendis und seiner Eltern vier Mal im Jahr begangen werden. Für ein Jahresgedenken, insbesondere für seine Eltern Heinrich de Pote und dessen Frau Taselen habe er das Kloster auch mit einer Rente von fünf Mark bedacht. Schließlich vermache er dem Kloster in seinem Testament eine Rente von 12 Pfennigen aus dem Haus des Ludwig des Fleischhauers für eine ablutio[1] *für alle, die die Kommunion im Kloster empfangen.*

Noveritis domina priorissa et conventus sancte Katerine, quod ego Hinricus de Pote, opidanus Tremoniensis, annuos redditus XII solidorum, quos de vobis habeo annuatim et a vobis emi, scilicet illos, quos scitis, quos illos vobis do et assigno post obitum meum, ut pro illis memoriam meam et sororis mei Herlendis et meorum omnium parentum quater vel quatuor vicibus in anno fideliter agatis. Item legavi vobis in testamento meo V marcas ad peragendum memoriam mee defunctionis ipso die et per octavas et tricesimos

dies, sicut apud vos essem sepultus et memoriam anniversarii mei et anniversarium sororis mee Herlendis et anniverarium parentum meorum, scilicet Hinrici de Pote et sue uxoris Taselen. Item legavi vobis in testamento meo ex domo Ludewici Carnificis singulis annis XII denarios pro ablutione omnium communicantium apud vos. Hec omnia et singula volo, ut secundum intentionem recipiatis et taliter ea expediatis, ut[a] pro hiis in die novissimo rationem ostendere valeatis. Actum et datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} XXII^{do} in die sanctorum Viti et Modesti. In cuius rei testimonium presentem literam appensione mei sigilli roboravi.

Ausf., Perg., StAM, St. Katharinen Dortmund; Urk. Nr. 57 a; Siegel des Ausstellers (im spitzovalen Feld Hausmarke) abhängend; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 562, S. 241.

[a]) Über der Zeile eingefügt.

[1]) Reinigung vor der Kommunion, Weinspende nach dem Empfang der Hostie bzw. Vermischung von Wein und Wasser nach der Kommunion (zur Reinigung des Kelchs).

1870

1322 Juni 17

Die Brüder Heidenreich und Detmar genannt von Medebeke, Bürger zu Soest, quittieren dem Kleriker Bernhard, Diener des Abts zu Liesborn, Florin, den Empfang von sechs Mark für den verkauften Zehnten in Höntrup[1].

Nos Heyndenricus et Detmarus fratres dicti de Medebeke, cives Sozatienses, recognoscendo notum facimus presencium inspectoribus universis providum iuvenem Bernhardum, clericum, honorabilis viri domini Florini, abbatis in Lisborn, servitorem, nos de decima in Hoyncdorpe sita, quam ipsi abbati pro quadam summa pecunie vendidimus, pagavisse usque ad sex marcas denariorum Susati legalium in crastino beati Viti martiris in denariis numeratis Susati legalibus et dativis. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M CCC° XXII, feria quinta post festum beati Viti martiris supradicti.

Abschrift des 15. Jahrh., in StAM, Msc. I 99 Bl. 62; Regest: WUB VIII Nr. 1571.

[1]) Vergl. die Urkunden von 1322 Juni 6, Juni 23 (WUB VIII Nr. 1575) und August 11 (WUB VIII Nr. 1587).

1871

1322 Juni 20 Avignon

Papst Johannes XXII. erteilt dem Bischof von Osnabrück die Vollmacht zur Dispensierung von einem Ehehindernis aufgrund zu naher Verwandtschaft in der Ehe des Edelherrn Rudolf (Rodolph) von Diepholz mit Jutta, der Tochter des + Otto von Lindenhorst.

Iohannes XXII episcopo Osnaburgensi dat facultatem dispensandi cum nobili viro Rodolpho domino castri Deflylte eius diocesis et nobili muliere Iutta, nata quondam Ottonis de Linenhorst, qui ignorantes, quod inter eos consanguinitatis in quarto gradu impedimentum existeret, matrimonium contraxerunt et multiplicem prolem procrearunt. Sedis Apostolice providentia ... datum Avinioni XII kalendas Iulii, anno sexto.

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 612 (Nach Reg. 73 Bl. 499, Nr. 1463; Riezler, Vatikanische Akten 238).

1872

1322 Juni 23

Der Knappe Rutger von Dorneburg verkauft seinen Freunden, den Essener Bürgern Heinrich von Wattenscheid und Heinrich genannt von Wanne, für acht Mark eine Wiese bei Heßler[1] *zwischen dem Kuhbach und dem Hof des Gerhard ter Nedden. Die Käufer haben jährlich eine Mark an der Klause zu Bochum abzuliefern, für die das Jahresgedächtnis des Ritters Konrad von Dorneburg, des verstorbenen Vaters des Verkäu-*

fers, das der Mutter und aller Vorfahren in der Kirche in Bochum zu halten bzw. ein Ewiges Licht in der Kapelle zu Eickel zu bezahlen ist.

Universis presentes literas visuris seu audituris ego Rûtgherus de Dorenborgh, famulus, notum facio et protestor publice in hiis scriptis, quod de bona voluntate et mero consensu omnium .. heredum meorum quoddam meum pratum situm prope Hesler inter rivum dictum Kobeke et curiam Gerhardi dicti dar Nydene vendidi rationabiliter et legitime Hinrico dicto de Wattenschede ac Hinrico dicto van der Wande, amicis meis, opidanis Assindensibus, pro octo marcis bonorum denariorum michi ab ipsis pagatis et integraliter persolutis, ipsum pratum pro iusto et vero hereditarie pensionis bono perpetue possidendum. De quo prato Hinricus et Hinricus, emptores predicti, vel eorum .. heredes singulis annis dabunt et persolvent unam marcam denariorum apud Bochem currentium ratione et nomine annue pensionis. Quam marcam feria tercia feria post festum Pasche in clusorium Bochem per ipsorum nuncium expedite et finaliter presentabunt, hoc etiam adiecto, quando et quotiens dictum pratum ex morte Hinrici et Hinrici, emptorum predictorum, vacare contigerit[a], tunc ipsum duobus ipsorum .. heredibus a me seu a meis .. heredibus sine contradictione aliqua porrigetur. De qua porrectione sex denarios tantum pro omni iure, quod michi et meis .. heredibus competierit, dabunt et persolvent et ab ipsis nichil amplius requiretur. Insuper ego Rûtgherus supradictus presentibus recognosco publice protestando, quod dedi et assignavi predictam marcam ad divinum officium pro illa marca, quam dominus Conradus de Dorenberg, miles, pater meus pie memorie, in testamento suo pro salute anime sue ac Ermedrudis, domine uxoris sue legitime, matris mee, nec non omnium .. parentum et affinium ipsorum legaverat in hunc modum, videlicet .. plebano in Bochem decem et octo denarios, .. cappellano suum unum solidum, .. plebano in Wattenschede unum solidum, .. recctori capelle in Eclo unum solidum de predicta marca singulis annis quinta feria post Pascha perpetuo tribuendo. Proinde ipsi .. plebani seu rectores predicti quolibet anno feria quarta post Pascha hora vesperarum cum vigiliis animarum et quinta feria sequente cum missis anniversarium domini Conradi, militis predicti, et Ermedrudis, domine uxoris sue legitime, cum mortua fuerit, debent in ecclesia Bochem specialiter celebrare et ipsorum .. parentum nec non omnium .. affinium suorum facere sive agere memoriam diligentem, nisi aliquis predictorum .. sacerdotum ex gratia poterit optinere, quod in ecclesia sua agat sive celebret anniversarium supradictum. Item .. campanariis in Bochem quatuor denarii dabuntur, ut ipsum anniversarium pulsent sollempniter cum campanis, .. puellis in clusa duo denarii tribuentur, ut pro animabus supradictis orent fideliter et devote. Reliqua dimidia marca presentabitur .. campanariis sive .. custodi in Eclo, cum qua ipse seu .. provisores ipsius cappelle comparabunt lampadem cum oleo ad illuminandum singulis noctibus in perpetuum dominici corporis sacramentum. Ut autem omnia et singula supradicta rata ac firma maneant et inconvulsa, ego Rûtgherus predictus, quia proprio sigillo carui, petivi una cum Hinrico et Hinrico, emptoribus supradictis, presentes litteras sigillis opidi Assindensis ac Iohannis de Dorenburgh, fratris mei, roborari. Et nos .. consules opidi Assindensis ac Iohannes de Dorenberg predicti protestamur, quod ad petitionem partium utrarumque sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, in vigilia beati Iohannis Baptiste, presentibus Hinrico dicto Pege, Hinrico dicto Winre, Alberto op me Graven ac Hinrico de Gildehus, consulibus Assindensibus, item Dyrekino de Dorenburgh, filio domini Rotgeri, militis, Iohanne et Hinrico de Sewinchusen, fratribus, ac aliis quam pluribus fide dignis.

Ausf., Perg., Propstei A Bochum, Urk. Nr. 2, Siegel ab, Druck: Darpe, UB Bochum Nr. 4.

[a]) In der Vorlage „contingerit".
[1]) Heute Stadt Gelsenkirchen.

1873

1322 Juli Avignon

Dreizehn Bischöfe bzw. Weihbischöfe gewähren dem Kloster Fröndenberg einen Ablaß.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis nos fratres miseratione divina Petrus Civitatis Noue, Gregorius Sorrensis, Guillelmus Puteolanensis, Stephanus Lubucensis, Egidius Andrinopolensis,

Mauritius Dumblacensis, Guillelmus ad partes Tartarorum, Petrus Narniensis, Franciscus Cenetensis, Franciscus Revellensis, Guillelmus Sancte Iuste, Iohannes Sancti Leonis et Rotgerus Strogulensis episcopi, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Pia mater ecclesia de animarum salute sollicita devocionem fidelium per quedam munera spiritualia, remissiones videlicet et indulgencias, invitare consuevit ad debiti famulatus honorem, Deo scilicet et sacris edibus inpendendum, ut quanto crebrius et devocius illuc confluit populus christianus assiduis Salvatoris graciam precibus implorando, tanto dilectorum suorum veniam et gloriam regni celesti consequi mereantur eternam. Cupientes igitur, ut monasterium beate et gloriose semper virginis Marie in Vrundenberg et altaria ipsius monasterii Coloniensis diocesis congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere penetentibus et confessis, qui ad ipsum monasterium in quolibet festo ipsius monasterii nec non in festivitatibus infrascriptis, videlicet Nativitatis Domini nostri Ihesu Christi, Circumcisionis, Epiphanie, Parasceves, Resurrectionis, Ascensionis, Penthecostes, in Consecratione Corporis et Sanguinis Domini nostri Ihesu Christi, beatorum Petri et Pauli ac omnium aliorum apostolorum, Inventionis et Exaltationis sancte crucis, sanctorum Iohannis Baptiste et Evangeliste, Michaelis archangeli, Laurentii, Christopheri, Martini, Nicolai et Blasii ac sanctarum Marie Magdalene, Agathe, Katerine, Agnetis, Cecilie, Lucie et Margarite, in Commemoratione Omnium sanctorum et in dedicatione ipsius monasterii, aut qui cum devocione et per octavas predictarum festivitatum et in omnibus et singulis diebus dominicis causa devocionis, peregrinacionis vel oracionis accesserint, aut qui Corpus Christi et oleum sacrum, cum portatur infirmis, secuti fuerint, seu qui predicationibus, missis, exequiis et sepulturis mortuorum in dicto monasterio interfuerint, et qui cimiterium ipsius monasterii causa peregrinacionis et oracionis circuierint, aut qui serotina pulsacione campane flexis genibus ter Ave Maria devote dixerint, vel qui in extremis laborantes dicto monasterio quicquam suarum legaverint facultatum, nec non qui ad fabricam, luminaria, ornamenta et alia dicto monasterio necessaria manus porrexerint adiutrices, quocienscumque premissa vel premissorum aliquid fecerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi singuli nostrum singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi penetenciis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. Ad cuius rei testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum iussimus appensione muniri. Datum et actum Aunione anno a nativitate Domini millesimo CCC° XXII°, indictione quinta mense Iulii, pontificatus sanctissimi patris et domini nostri Iohannis, divina providentia pape XXII, anno sexto.

Ausf., Perg., Pfarr A Fröndenberg, mit Resten der Siegel an grünen Schnüren, mit Transfix über die Bestätigung durch den Kölner Erzbischof von 1323 Sept. 23.

1874

1322 Juli Avignon

Zehn Bischöfe gewähren der Pfarrkirche St. Kilian zu Letmathe einen Ablaß von 40 Tagen.

Universis Christi fidelibus praesentes litteras inspecturis nos fratres miseratione divina Guillelmus Puteolanensis, Stephanus Lubucensis, Aegidius Andrionopolensis, Guillelmus ad partes Tartarorum, Petrus Narmensis, Franciscus Cenentensis, Franciscus Revellensis, Guillelmus Sancte Iuste, Iohannes Sancti Leonis, et Rogerius Stroguleonis episcopi salutem in eo, qui est omnium vera salus. Pia mater ecclesia de animarum salute solicita devocionem fidelium per quaedam munera spiritualia, remissiones videlicet et indulgentias invitare consuevit ad debiti famulatus honorem, Deo scilicet et sacris aedibus impendendum, ut quanto crebrius et devotius illic confluit populus Christianus, assiduis Salvatoris gratiarum precibus implorando, tanto delictorum suorum veniam et gloriam regni caelestis consequi mereantur aeternam. Cupientes igitur, ut parochialis ecclesia sancti Kiliani in Lethmate et altaria ipsius ecclesiae Coloniensis diocesis congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere paenitentibus et confessis, qui ad ipsam ecclesiam in quolibet festo ipsius ecclesiae nec non in festivitatibus infrascriptis, vildelicet Nativitatis Domini nostri Iesu Christi,

Circumcisionis, Epiphaniae, Parasceves, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes et in Consecratione corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi et in omnibus et singulis festivitatibus beatae et gloriosae semperque virginis Mariae, beatorum Petri et Pauli ac omnium aliorum apostolorum et evangelistarum, Inventionis et Exaltationis sanctae crucis, sancti Iohannis Baptistae et Evangelistae, Michaelis archangeli, Laurentii, Christophori, Martini, Nicolai et Blasii ac sanctarum Mariae Magdalenae, Agathae, Catharinae, Caeciliae, Agnetis, Luciae et Margaritae, in Commemoratione Omnium sanctorum et in dedicatione ipsius ecclesiae aut qui cum devotione et per octavas predictarum festivitatum et in omnibus et singulis diebus dominicis causa devotionis, peregrinationis vel orationis accesserint aut qui corpus Christi et oleum sanctum, cum portatur ad infirmos, secuti fuerint, seu qui praedictionibus, missis, exequiis et sepulturis mortuorum in dicta ecclesia vel eius cimiterio suam elegerint sepulturam vel qui in extremis laborantes dictae ecclesiae quicquam suarum legaverint facultatum, aut qui in extremis laborantes in dictae ecclesiae cimiterio suam elegerint sepulturam. aut qui serotina pulsatione campanae flexis genibus ter Ave Maria devote dixerint, nec non qui ad fabricam, luminaria, ornamenta et alia dictae ecclesie necessaria manus porrexerint adiutrices, quotiescumque praemissa vel praemissorum aliquid fecerint, seu qui ipsius ecclesiae cimiterium causa devotionis vel orationis circumierint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi singuli nostrum singulas dierum quadragenas de iniunctis sibi paenitentiis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In cuius rei testimonium praesentes litteras sigillorum nostrorum iussimus appensione muniri. Datum et actum Auinionae anno a nativitate Domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, indictione quinta, mense Iulii, pontificatus sanctissimi patris ac domini nostri domini Iohannis divina providentia papae vicesimi secundi anno sexto.

Abschrift des 18. Jahrh., A des erzbischöflichen Generavikariats Paderborn, St. Kilian Letmathe, Urk. Nr. 1, Bezeichnung der angehängten Siegel durch die Vornamen der Bischöfe; Beglaubigung der Abschrift durch den Notar Ludwig Schwartz.

1875

1322 Juli 2

Die Knappen Dirich genannt Harme und Engelbert von Altena bitten den Graf zu Limburg, die Hälfte des Hofes Ackwick[1], den sie vom Grafen zu Lehen hatten, dem Johann von Herbern zu übertragen, weil dies noch nicht geschehen ist.

Dem edelenn manne und herren, herren grave tzo Lymborch entbieden wy Dirich genant Harme und Engelbert van Altena, dyenere, unsen unverdrossen dienst yn allen dyngenn. So wy nyet wider opgedragen und avergegeven en hebben die helffte des haeffs to Alckewyck van uwer hanth entfangen in hande Iohans van Herberne, so bidden wy vlytich, dat gy dey helffte des genanten haves umb unsen willen dem selven Iohanne to brengen und avergeven. Und yn eynn syeckerheit vorgeschrevener saicken hebben wy gebeden den herren[a] tzo Volmesteyn und Andream Snaph, dat sy oer secreth yn bywesenn Rutgers vann Herberne und Rycards van Herne, ryttere, und noch mer ander ffroeme luyde her an gehangen hebben. Dat wy Dirich her tzo Volmesteyn myt unsen secret und wy Andreas Snaph myt unsen segell betuygen unnd bekenn, dat wy disse gemelte dynge gesyenn und gehort hebben. Gegeven yn dem iar unses herren duysent dreyhundert unnd zwe und twynntich, des ffrydages nae sent Peter und Pauwell der hilgenn apostolenn.

Abschrift des 16. Jahrh., Papier, StAM, Limburg-Styrum, Urk. Nr. 108 (Urkundenkopiar) Nr. 5; Regest: Limburg-Styrum II,1 Nr. 262, S. 142.

[a]) Gestrichen: „Dirick gant genant", ersetzt durch darüber „den herren".

[1]) Hof Akwick/Acquack im Kirchspiel Hoevel, Bauerschaft Hölter (zur Identifizierung vergl. Limburg-Styrum II, 1 Nr. 359, S. 187, Urkunde von 1344 September).

1876

1322 Juli 5

Propst Walram, Dechant und Kapitel des Stifts Meschede tauschen mit dem Grafen von Arnsberg Ministerialen, wobei das Stift Reynfrid, den Sohn des Arnold von Büren, erhält und dem Grafen dafür den Ritter Gerard von Ruden überläßt.

Walramus Dei gratia prepositus, decanus et capitulum ecclesie Messchedensis universis presentes literas visuris et audituris salutem cum notitia veritatis. Universitatis vestre noscat industria, quod nos pensata in hoc ecclesie nostre utilitate per viam permutationis seu concambii recipientes Reynfridum, natum Arnoldi de Buren, cum consensu nobilis viri domini Wilhelmi comitis Arnsbergensis suorumque heredum, quibus idem Reynfridus iure ministerialitatis hactenus astrictus fuit, in nostrum et ecclesie nostre predicte ministerialem cum integritate iuris huiusmodi inantea nobis et eidem ecclesie nostre fideliter ministraturum sive serviturum, Godfridum, natum Gerardi de Ruden, militem, nostrum et ecclesie nostre ministerialem, a iugo ministerialitatis, quo natali origine nobis et eidem ecclesie nostre fuit astrictus, eximimus, absolvimus et quitamus, absolutum, exemptum et quitum ex nunc in perpetuum presentibus nuntiamus, volentes, quod idem Godfridus nobili viro comiti Arnsbergensi existenti pro tempore eo iure, quo nobis et prefate ecclesie nostre hucusque tenebatur et obligatus fuit, exnunc inantea perpetuo sit astrictus. In cuius rei testimonium nos Walramus, prepositus, sigillum nostrum, nos vero decanus et capitulum predicti sigillum nostrum ad causas ex certa nostra scientia presentibus duximus appendenda. Datum anno Domini M CCC^{mo} vicesimo secundo, in crastino beati Odelrici confessoris.

Abschrift des 14. Jahrhunderts, StAM, Msc. VI 109 A (Kopiar der Grafen von Arnsberg) Bl. 25, desgl. Msc. 109 B, Bl. 39v; Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii, Bd. VII; Bl. 50.

1877

1322 Juli 6 Soest

Der Knappe Heinrich genannt Snydwinth verkauft dem Priester Hugo genannt von Dortmund und der Jungfrau Walburgis von Dortmund[1] eine Rente von 18 Scheffeln Korn und zwei Schillingen für ein Kapital von 15 Mark aus seinen Gütern zu Röllingsen[2]. Nach dem Tod der beiden fällt die Rente an den Verkäufer zurück.

Universis presentia visuris et audituris ego Henricus dictus Snydwinth, famulus, et Cristina, uxor mea, notum facimus publice protestantes, quod nos cum consensu filiorum nostrorum, Henrici videlicet et Bertrudis, ac aliorum omnium heredum nostrorum Hugoni, sacerdoti, et Walburgi, puelle, dicte de Tremonia vendimus pensionem XVIII modiorum et duorum solidorum pro XV marcis, videlicet sex modios siliginis, sex modios ordei, sex modios avene, ex bonis nostris in Rollinghusen ac aliorum bonorum nostrorum ubilibet sitorum tempore vite ipsorum possidendam, ita sane, quod, quando una persona mortua fuerit, alia supervivens pensionem prefatam integraliter percipiet. Quando vero ambe persone defuncte fuerint, sepedicta pensio ad nos et heredes nostros veros totaliter revolvetur. Prefatam etiam pensionem personis prenominatis in quolibet festo Mychaelis in Susato tenebimur presentare ad locum vel personam, quem vel quam nobis presignaverint, absque laboribus eorum et expensis. Et quia sigilla propria non habuimus nec habere consuevimus, sigillum[a] domini scolastici ecclesie Susastiensis et sigillum[b] .. viceprepositi ad causas, domini Wichmanni de Lunen, canonici ecclesie memorate, Iohannis, plebani in Ostinghusen, Iohannis, rectoris capelle in Hinrikingh, et Alberti, rectoris capelle sancti Stephani, presens scriptum petivimus roborari. Et nos scolasticus ecclesie predicte, ac alie persone prenominate fatemur nos ad preces dictorum coniugum sigillum nostrum presentibus appendisse in testimonium omnium premissorum. Actum et datum in monasterio sancti Patrocli, hora ves-

perarum anno Domini M° CCC° XXII, pridie nonas Iulii, presentibus Dionisio et Iohanne de Werdinghusen, sacerdotibus, et Henrico de Bremen, opidano Susatiensi, et aliis quam pluribus fide dignis.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Urk. Nr. 111 a; von den Siegeln nur das 2. (des Vizepropsts) und das 3. Siegel (des Kanonikers Wichman von Lunen) noch anhängend, Rückvermerk (16. Jahrh.): lifftucht breff*; Abschrift des 18. Jahrh., in Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest) Bl. 69.*

[a]) Wohl für „sigillo"; [b]) desgl.
[1]) Wohl die unverheiratete Schwester des Priesters, beide anscheinend Bürger zu Soest; [2]) zwischen Werl und Soest.

1878

1322 Juli 11

Demodis, Äbtissin zu Gevelsberg, erklärt, die Eheleute Thelo und Gertrud Kotting[1] hätten das Kloster um die Gebetsbruderschaft ersucht und deswegen dem Kloster das Eigentumsrecht über ihre Güter Kotting geschenkt. Dafür ist nun jährlich aus den Gütern ein Schilling für die Beleuchtung des Hochaltars zu entrichten. Ausgenommen von der Schenkung ist ein Viertel des bei dem Gute Kotting liegenden Waldes, der wie bisher dem Gut Strünkede[2] zusteht. Wenn die Güter nach einem Sterbfall von der Äbtissin neu übertragen werden, ist ein Pfund Wachs zu entrichten. Die Äbtissin nimmt die Eheleute in die Gebetsbrüderschaft des Klosters und des Ordens auf und verspricht, daß das Kloster das Jahresgedenken für die Eheleute und ihrer Erben begehen wird.

In nomine Domini amen. Universis has presentes literas visuris et audituris nos Demodis, abbatissa, totusque conventus monasterii in Gyuelsberg ordinis Cysterciensis salutem cum notitia subscriptorum. Quia plerumque facta hominum opprimit lapsus temporum, nisi ea, que aguntur, firmo literarum karactere roborentur, ad perpetuam igitur huius rei memoriam presentis scripti testimonio declaramus, quod Thelo et Gertrudis coniuges de Kotinc in claustro nostro constituti et a nobis confraternitatem nostri ordinis ipsis donari diligentius deprecantes, qui pro nostra confraternitate eisdem eroganda meram proprietatem bonorum suorum in Kotinc precipue propter Deum et ob salutem animarum suarum, parentum, suorumque successorum libere tradiderunt sub pensione unius solidi denariorum in parrochia Suelme legalium et dativorum nobis et nostris successoribus ad luminaria superioris altaris nostri monasterii in Gyuelsberg crastino beati Martini episcopi hyemalis quovis anno perpetue presentanda, quarta tamen parte silve bonis in Kotinc adiacentis bonis in Strunkede remanente eo iure, quo ipsa quarta pars silve eisdem bonis in Strunckede hactenus pertinebat. Condictum est etiam, quandocumque alicui manui dictorum coniugum aut suorum successorum ipsa bona de manu .. abbatisse nostri monasterii et pro tempore existentis porrigi contingerent, recepto uno talento cere de qualibet manu ipsa bona recipienda et non magis. Et dicta bona cum universis suis iuribus et attinentiis uni aut duabus vel tribus manibus, si necesse fuerit, porriguntur, non obstante contradictione quacumque. Pro hiis vero eisdem Theloni et Gertrudi coniugibus confraternitatem nostri monasterii et ordinis dedimus et damus per presentes, ut eorum memoriam tamquam sororum et fratrum nostrorum in monasterio nostro et ordine perpetue celebretur sollempnitatibus debitis et consuetis. Ne autem aliqua abbatissa nostrorum successorum prefatis Theloni et Gertrudi coniugibus suisque heredibus ius eorum in ipsis bonis, quemadmodum superius exprimitur, infringere presumat, has presentes literas eisdem cum sigillo nostro tradidimus firmiter communitas in testimonium super eo. Actum et datum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, dominica ante diem beate Margarete virginis.

Ausf., Perg., Stadt A Schwelm, A des Vereins für Heimatkunde Schwelm, Siegel ab; Fotografie in StAM, Kloster Gevelsberg, Urk. Nr. 30a; Abschrift, StAM, Msc. VII 6106, Nr. 56; Druck: Zeitschrift des Bergischen Geschichtsvereins 15, 1879, S. 181.

[1]) In Asbeck (südwestlich von Volmarstein) liegt neben dem Kottings-Gut das Strunckeder-Gut (Timm, Kastaster, S. 355 Nr. 6372 und 6373); [2]) vergl. die vorangehende Anmerkung.

1879

1322 Juli 14

Der Ritter Heinrich genannt von Wickede bekundet, mit Zustimmung seines Sohnes Theodericus und sämtlicher Miterben dem Machorius genannt Vridach 30 Mark guter Dortmunder Pfennige als Burglehen gegeben zu haben. Machorius soll bei ihm auf der Horneburg (Harnebûrg) *sich ein Haus* (mansio sive domus) *erbauen und darin nach Burgmannsrecht wohnen. Falls jemand gegen ihn (Heinrich) vorgehen sollte, hat ihm Machorius mit Leib und Gut beizustehen, wie umgekehrt er den Machorius oder seine Erben schützen wolle. Falls Machorius freiwillig fortziehen will, soll das von ihm erbaute Haus bei Heinrich bleiben. Nach seinem Weggang sind von Machorius binnen Jahresfrist 30 Mark zurückzuzahlen. Falls Machorius von Heinrich oder seinen Erben entfernt wird* (amotus seu depulsus), *dürfen Machorius und seine Erben die 30 Mark behalten. Datum 1322 Juli 14* (In crastino beate Margarete virginis).

Ausf., Perg., Gräfl. A von Loe zu Wissen, Siegel des Ausstellers anhängend.

1880

1322 Juli 18

Der Ritter Rotger von Altena überläßt, nachdem Elisabeth, die Tochter des Hardrad, von ihrem Schwager Albert genannt Madewich einen Hausplatz und einen Kotten mit einem Morgen und einer Ruthe Landes bei Ampen gekauft hat, die ihm zustehende Lehnsherrschaft über diese Güter der Elisabeth, die die Güter dem Kloster Paradies für ihr Seelenheil als Schenkung unter Lebenden vermacht, so daß sie nach ihrem Tode an das Kloster fallen.

Universis presentia visuris seu audituris ego Rotgerus de Altena, miles, tenore presentium protestor, quod constituta in mea presentia Elizabet, Hardradi filia, ab Alberto dicto Madewich, sororio suo, aream quandam et casam cum uno iugere et virga apud Andopen sita rite ac rationabiliter emit pro VII marcis legalium denariorum. Quorum infeodatio, cum ad me spectaret, de plena voluntate et consensu liberorum meorum, Detmari videlicet et Hermanni, acceptis a supradicta Elyzabet XXII solidis monete usualis, renuntians et resignans omne ius, quod habui in bonis supradictis, preterea tradens predictum ius Elizabet prenominate libere ac proprie tempore vite sue. Insuper et conventui religiosarum personarum cenobii in Paradyso, cui adhuc vivens ac sano corpore eadem Elizabet hoc legavit pro salute anime sue, post eius mortem recipienda perpetuis temporibus libere et quiete possidenda. Acta sunt hec presentibus Engelberto Ludelscede et Arnoldo dicto Hake et Gerwino de Andopen, famulis, et Gerhardo, ortulano, et Bernhardo, pistore, in Budrike ac aliis pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum dominica post Margarete virginis anno M° CCC° XXII°.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII 6107, Bl. 69.

1881

1322 Juli 20 Godesberg

Erzbischof Heinrich von Köln teilt dem Propst von St. Walburgis bei Soest, dem Offizial (des Propstes) zu Soest und allen Pfarrern des Soester Propsteibezirks[1] mit, die Vergabe der dem Stift (St. Patrokli) in Soest gehörenden Oboedienzen[2] zu Stockum[3] und Bergede[4] sei in diesem speziellen Fall an ihn gefallen. Er überträgt sie dem Thesaurar von St. Patrokli, Winand, und droht bei Nichtbeachtung seiner Maßnahme bzw. Zuwiderhandlung die Exkommunikation an.

Datum per copiam. Henricus Dei gracia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, dilectis in Christo .. preposito monasterii sancte Walburgis extra muros Susacienses seu eius vices gerenti ac .. officiali Susatiensi nec non universis plebanis seu eorum vices gerentibus prepo-

siture Susatiensis salutem in Domino. Cum nos obedientias in Stochem et in Berhede ecclesie Susatiensis dilecto in Christo Wynando, thesaurario dicte ecclesie, iure hac vice de collatione earundem ad nos devoluto salva pensione capitulo Susatiensi de eisdem consueto modo solvenda contulerimus eumque seu Hermannum de Gyseke, clericum, nomine suo investiverimus de eisdem in omni eo iure, quo eedem obedientie ante hoc tempus conferri canonicis prefate ecclesie consueverunt, prout in literis nostris super hiis confectis hoc plenius continentur, nos volentes ipsum Winandum consequi, sicut decet, effectum collationis obedientiarum vobis, preposito et officiali predictis mandamus sub pena suspensionis ab officio divinorum late sententie in hiis scriptis, qualiter ad decanum et capitulum ecclesie Susatiensis predicte accedentes insinuetis eisdem nos huiusmodi collationem obedientiarum ipsarum ipsi Winando fecisse, publicando ipsas nostras literas eidem datas super eo et precipiatis eisdem, ut prefate nostre collationi pareant in omni sui forma. Vobis vero ceteris plebanis mandamus sub eadem pena, quatenus omnes et singulos scultetos, colonos, censitos, agricultores seu alios, quibuscumque nominibus censeantur, qui prefatas obedientias seu curtes et eis attinentia colunt et sub se habent ac pensiones de ipsis solvere tenentur, moneatis, ut eidem Winando de iuribus et redditibus dictarum obedientiarum, ut ipse ulterius eidem capitulo de pensione sua satisfacere valeat, exnunc in antea respondeant et satisfaciant temporibus debitis et consuetis nec ipsum Winandum in hiis inpediant occulte vel manifeste in parte vel in toto vel ipsum inpedientibus consilium vel auxilium prestent quoquomodo, alioquin decanum et capitulum prefatos, si premissis se opposuerint, ipsas obedientias eidem Winando subtrahendo vel alii conferendo seu quovis modo, quominus huiusmodi nostra collatio effectum debitum sortiatur, inpediendo eundem seu eos, qui ex quavis alia collatione acceptaverint obedientias memoratas, quos sex dierum monitione premissa, quorum duos pro primo, duos pro secundo et reliquos duos pro tertio et peremptorio termino eidem assignamus, extunc ut exnunc in hiis scriptis ab officio divinorum suspendimus, vos, preposite et officialis predicti, suspen(deatis), vos vero, plebani antedicti, scultetos et colonos prefatos, si ipsi Winando de prefatis redditibus non satisfecerint vel se sibi in aliquo premissorum opposuerint, quos simili monitione premissa extunc ut exnunc in hiis scriptis ut singulos excommunicamus, excommunicatos publice nuntietis. Et si prefati decanus et capitulum antedictam sententiam suspens(ionis), postquam eam incurrerint, per decem diem animo sustinuerint indurato, ipsos, quos extunc propter hoc in hiis scriptis eorum pertincacia requirente tamquam singulos canonicos excommunicamus, excommunicatos publice vos omnes et singuli plebani, prout super hoc requisiti fueritis, in vestris ecclesiis nuntietis et ab omnibus artius evitando. In hiis exequendo alter alterum seu alios non expectet. Reddite literas sigillatas in signum executionis facte. Datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} vicesimo secundo in castro Godensberg, tertia feria ante diem beate Marie Magdalene.

Gleichzeitige Abschrift, Stadt A Soest, Urk. A Nr. 6668, mit Ausführungsvermerk von 1322 Juli 28; Rückvermerk: ...contulit duas obedientias in Stockumb et Borgelen[5]; *Regest: REK IV Nr. 1309.*

[1]) Bezirk des Archidiakonats; [2]) Güterkomplex eines Stifts aus einer späteren Erwerbung, der in seiner Gesamtheit einem der Kanoniker zusätzlich übertragen wird; [3]) Stockum an der Möhne, etwa 2 km östlich von Körbecke; [4]) etwa 3,5 km nördlich von Stockum; [5]) Diese Angabe beruht offensichtlich auf einem Irrtum.

1882

1322 Juli 22 Avignon

Zwölf Bischöfe bzw. Weihbischöfe verleihen dem Kloster Paradies einen Ablaß.

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis nos miseratione divina Petrus Ciuitatis Noue, frater Gregorius Sorrensis, frater Guillelmus Putheolanus, Stephanus Lubucensis, frater Egidius Andrinopolensis, frater Guillelmus ad partes Tartarorum, frater Petrus Narniensis, frater Mauricius Dumblacensis, frater Franciscus Cenetensis, Franciscus Reuellensis, frater Guillelmus Sancte Iuste, Iohannes Sancti Leonis et Rogerus Strongulensis, ecclesiarum episcopi salutem in Domino sempiternam. Splendor paterne glorie, qui sua mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de clementissima ipsius maiestate sperancium tunc precipue benigno favore prosequimur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum meritis et precibus adiuva-

tur. Cupientes igitur, ut domus sive ecclesia beate Marie de Paradiso ordinis fratrum Predicatorum prope Sosatum Coloniensis diocesis congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere penitentibus et confessis, qui ad dictam domum sive ecclesiam in festivitatibus et diebus infrascriptis, videlicet in omnibus et singulis festivitatibus beate et gloriose semper virginis, in cuius honore dicta domus sive ecclesia est constructa et consecrata, nec non Natalis, Circumcisionis, Epiphanie, Cene, Parasceves et Resurrectionis ac Ascensionis Domini nostri Iesu Christi, Penthecostes, Corporis Christi, Nativitatis et Decollationis sancti Iohannis Baptiste ac Omnium sanctorum et in Commemoratione animarum, beatorum Petri et Pauli, apostolorum, Iohannis euuangeliste et omnium aliorum apostolorum et euuangeslistarum, sanctorum Laurentii, Vincentii, Tiburtii et Ypoliti ac Petri, martirum, et omnium aliorum martirum, sanctorum Nicolai, Martini, Gregorii, Augustini et Dominici, confessorum, et omnium aliorum sanctorum confessorum, sanctarum Marie Magdalene, Agnetis, Anne, Katherine, Undecim milium et omnium aliarum sanctarum virginum, in dedicatione eiusdem domus sive ecclesie et altarium sitorum in eadem ecclesia et per octavas predictarum festivitatum octavas habentium nec non omnibus diebus Quadragesime et Adventus Domini ac singulis diebus dominicis totius anni causa devotionis, peregrinationis aut orationis accesserint, nec non qui ad fabricam, luminaria, ornamenta et quelibet alia dicte domus sive ecclesie ac sororum inibi Deo famulantium neccessaria manus porrexerint adiutrices, aut qui in eorum testamentis vel extra aliqua caritativa subsidia dicte domus sive ecclesie aut sororibus predictis legaverint, donaverint seu procuraverint aut qui in eadem ecclesia sive domo divinis officiis aut predicationibus interfuerint, seu qui sepulturis defunctorum in cimiterio dicte domus sive ecclesie interfuerint, aut qui ibidem sepulturam elegerint, aut qui cimiterium predicte domus sive ecclesie seu ipsam ecclesiam pro defunctis orando circuierint, quotienscumque premissa vel premissorum aliquod devote fecerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi singuli nostrum singulas dierum quadragenas iniunctis eis penitentiis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo diocesani voluntas ad id accesserit et consensus. In quorum omnium testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum fecimus appensione muniri. Datum Auinioni anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, indictione quinta, die vicesima secunda mensis Iulii, pontificatus domini Iohannis divina clementia papa XXII[di] anno sexto.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Paradies Urk. Nr. 76, Siegel ab, dabei liegend Ablaßverleihung des Kölner Generalvikars, des Weihbischofs Hermann, von 1322 Sept. 17; Druck (Auszug): Sauerland, Vat. Reg. V Nr. 1294.

1883

1322 Juli 24

Der Ritter Winmar von Grimberg[1] und sein gleichnamiger Sohn, Knappe, verpflichten sich, dem Junker und Grafen Dietrich von Kleve mit zwölf Männern von ihrer Burg aus mit eigenen Mitteln beizustehen gegen den Ritter Rutger von Dorneburg[2] und seinen Sohn Derekin, gegen die Brüder von Sevinghausen[3], die Söhne und Freunde des + Rutger Magni und gegen Rutger genannt Snaterbecke, alles Feinde des Hermann von Strünkede[4]. Sie versprechen, Frieden nur auf Geheiß und mit Willen des Grafen zu schließen. Sie wollen es nicht zulassen, daß Godekin von Loe mittels ihrer Burg gegen Hermann von Strünkede vorgeht. Wenn der Graf sich mit seinen Gegnern vergleicht, wird er ihnen die Verpflichtungsurkunde zurückgeben. Sie werden dann von ihrer Verpflichtung zum Beistand befreit sein, aber Getreue des Grafen bleiben. Wenn der Graf von der Mark die Gegner unterstützt, soll ihm deswegen kein Schaden zugefügt werden.

Nos Winmarus de Grintberge, miles, et Winmarus de Grintberge iunior, famulus, filius eiusdem, notum facimus universis presentia visuris et audituris publice protestantes et recognoscentes in hiis literis, quod nos assecuravimus et assecuramus ex certa scientia nostra bona fide prestita corporali, quod cum duodecim personis sive viris honestis ex castro nostro sive domo nobilem virum domicellum Theodericum comitem Cleuensem et suos heredes iuvabimus, consilium et auxilium prestabimus sub nostris periculis, dampnis

et expensis, comiti predicto aut suis heredibus nichil exinde computandis hac guerra totaliter durante contra Rutgerum militem de Dorenborg, Derekinum, eius filium, et universos eorum coadiutores et complices, contra fratres de Seuinchusen et eorum omnes fautores quoscumque, contra filios et amicos Rutgeri Magni mortui et eorum universos coadiutores et contra universos et singulos amicos Rutgeri dicti Snaterbecke, nunc existentes inimicos Hermanni de Struncke[a], vel in posterum etiam inimicos fortuitu fieri potentes quoscumque, ita quod predictum comitem Cleuensem et Hermannum de Struncke contra predictas personas et eorum adiutores favorabiliter et hostiliter, tamquam amicus sincerus amico iuvare fideliter debemus, numquam treugas vel compositionem dare vel recipere debentes, nisi fuerit de iussu et voluntate comitis predicti, promittentes et etiam fide assecurantes bona prestita corporali, quod numquam Godekinum de Loe et suos coadiutores tenebimus nec teneri permittemus hac guerra durante super castrum nostrum sive domum contra Hermannum de Struncte et suos adiutores inter eos nunc vertente. Preterea est adiectum, quod, quandocumque predictus Th(eodericus) comes Cleuensis et sui adiutores habuerint compositionem sive receperint de premissis omnibus, tunc idem comes nobis literas nostras restituet et ab huiusmodi obligatione adiutorii erimus penitus absoluti, sed manebimus eius fideles[b], ut prenoscitur. Item si .. comes de Marka predictarum personarum coadiutor efficeretur, illi nullum dampnum inferemus, tamen videlicet[c] eo minus predictis personis et eorum bonis et adiutoribus dampnum inferre non debentes ubicumque possumus et valemus. Et ad maiorem securitatem premissorum omnia et singula ipsi comiti Cleuensi et Hermanno de Struncte integraliter sine dolo observanda, constituentes ei fideiussores viros honestos Henricum de Vitinchaßen, militem, Henricum dictum Onuersagede, Hermannum de Horst et Rutgerum de Dongelen, famulos, qui pro nobis et una nobiscum super premissis omnibus per nos fideliter observandis assecurarunt, quod, si negligentes[d] circa premissa fuerimus et ea cum fidelitate, sicut assecuravimus, non fecerimus, quod absit domino Deo concedente, extunc, moniti si fuerimus et fuerint, intrabunt et intrabimus oppidum Wesele in propriis personis ad monitionem comitis predicti seu eius certi nuntii – potest attamen Hermannus de Horst pro se ponere duos viros ydoneos ibidem iacendo – inde numquam recessuri, donec predicto comiti vel eius heredibus de omni defectu, si quem habuerit, in premissis articulis et condicionibus fuerit complete et integraliter satisfactum, omni dolo, fraude ac invencione mala exclusis omnimodo in hiis scriptis. Et nos fideiussores prenominati omnia et singula esse vera et nos ad ea tamquam fideiussores obligasse bona fide recognoscentes sigilla nostra una cum sigillo Winmari de Grintberge, militis predicti, presentibus appenso duximus apponenda in testimonium et cognicionem super eo. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, sabbato post Divisionem apostolorum.

Ausf., Perg., StAM, Grafschaft Mark Urk. Nr. 33, Siegel ab.

[a]) In der Vorlage „Strucke";[b]) dahinter wohl irrtümlich „fidelis" wiederholt; [c]) Wort über der Zeile eingefügt; [d]) in der Vorlage „neglientes".

[1]) Im nordöstlichen Teil von Gelsenkirchen; [2]) östlich von Gelsenkirchen in Eickel; [3]) nordöstlich von Essen-Steele; [4]) in Herne.

1884

1322 Juli 25

Der Knappe Gottfried von Rüdenberg vergleicht sich im Streit mit der Äbtissin und dem Konvent des Zisterzienserinnenklosters Welver wegen einiger zu seiner Freigrafschaft gehörender Güter. Diese hatte das Kloster mit Zustimmung seines Vaters, des Gottfried von Rüdenberg, von Lupert genannt Lazarus gekauft[1]. Der Aussteller befreit das Kloster beim Kotten am Hundesdiek[2] und den dazugehörenden drei Morgen Ackerlandes und einer Ruthe Gebüsch in der dortigen Gemarkung von den Belastungen der Freigrafschaft, desgleichen bei zwei Äckern in Echtrop[2] und bei Gütern am Hundesdiek. Da von dem Kotten jährlich ein Schilling als Kammerschuld zu entrichten war, wird diese Abgabe auf einen Kotten in Klotingen, den Lambert genannt Neve bewohnt, übertragen. Für den Tausch bezahlt das Kloster dem Gottfried von Rüdenberg 27 Mark. Es erhält das Recht, nach Belieben einen Oberhof am Hundesdiek zu errichten, der ebenso frei sein soll wie der Bauhof des Klosters. Gottfried verspricht, das Kloster künftig nicht mehr bedrängen zu wollen.

Universis presentes literas visuris et audituris Godefridus de Rodenberge, armiger, et Gertrudis, eius collateralis legitima, salutem cum noticia veritatis. Noveritis, quod, cum[a] quedam materia dissencionis verteretur inter nos ex una et dominam .. abbatissam et .. conventum monasterii de Welueren ordinis Cysterciensis, Coloniensis dyocesis, parte ex altera super quibusdam bonis ad liberam comiciam nostram pertinentibus, que quondam emerant erga Lupertum dictum Lazarus et suos heredes de voluntate et consensu domini Godefridi de Rûdenberge, patris mei Godefridi antedicti, tandem de consilio amicorum nostrorum, proborum virorum, manu coniuncta de consensu et voluntate Aleydis, filie nostre, concordavimus et concordati fuimus in hunc modum, ita quod nos predicta bona, videlicet casam super Hundesdike sitam cum tribus iugeribus agrorum et una virga nemoris in marka ibidem sitis ipsis .. abbatisse et .. conventui libertavimus, tradidimus et assignavimus cum aliis bonis infrascriptis, videlicet duobus agris in Eictorp sitis cum aliis omnibus bonis nostris liberis cum frondibus et cespitibus in predicto loco Hundesdike sitis et ad nostram comiciam liberam pertinentibus, cum omni iure in manus dictorum .. abbatisse et .. conventus supportavimus et supportamus per presentes. Et quia solidus denariorum singulis annis pro camerscûlt de predicta casa solvebatur, hos redditus nobis sive aliis veris heredibus, qui tales redditus percipere tenentur, de iure in quadam alia casa sua propria in Clotingin sita, quam casam ad presens inhabitat Lambertus dictus Neue, racione permutacionis perpetuo iure assignaverunt. Insuper etiam pro aliis bonis omnibus supradictis et pro permutacione eorundem recepimus a memoratis domina .. abbatissa[b] et .. conventu viginti septem marcas denariorum Susaciensium cum aliis quibusdam bonis cum casa et fundo in predicta villa Clotingin sitis. Que pecunia et bona nobis sunt in reconpensam tradita integraliter et assignata. Poterunt eciam predicti .. abbatissa et .. conventus in prefato loco Hundesdike, quandocumque eis unam curiam edificare visum fuerit expedire pro libitu et voluntate sua. Que curia adeo libera erit ab omni iure seu impetitione sicut curia ipsorum, que Bûhof vocitatur, nostra sive nostrorum heredum contradictione non obstante. Promittimus etiam bona fide, quod ipsos de cetero non inpediemus per nos neque per nostros in omnibus suprapremissis, sed ipsos fovere et promovere intendimus pro nostra possibilitate. In cuius rei testimonium sigillum mei Godefridi pro me et meis heredibus duxi apponendum. Datum et actum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} vicesimo secundo, in die beati Iacobi apostoli, presentibus honestis viris et fidedignis domino Bertoldo, preposito, domino Conrado, canonico in Weddenchusen, Gerlaco de Mederic et aliis pluribus fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver, Urk. Nr. 172, Siegel des Gottfried von Rüdenberg (WS 27 Nr. 8) anhängend.

[a]) Über der Zeile eingefügt; [b]) in der Vorlage „domine .. abbatisse".
[1]) Vergl. WUB XI Nr. 930: 1312 Februar 3; [2]) in Kirchwelver, vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I S. 151, Nr. 16; [3]) östlich von Körbecke.

1885

[1322] Juli 28

Arnold, Propst von St. Walburgis vor Soest und Offizial des Propstes (von St. Patrokli) zu Soest, teilt mit, daß er das Mandat (des Kölner Erzbischofs) betreffend Dechant und Kapitel von (St. Patrokli) zu Soest ausgeführt habe.

Nos Arnoldus, prepositus monasterii sancte Walburgis extra muros Sosatienses et .. officialis .. prepositi Sosatiensis, protestamur sub sigillis nostris presentibus appensis, quod mandatum suprascriptum, quo ad monendum venerabiles viros dominos .. decanum et capitulum ecclesie Sosatiensis in die beati Panthaleonis anno Domini M° CCC° vicesimo secundo sumus fideliter executi.

Vermerk auf der Abschrift der Urkunde von 1320 Juli 20, Stadt A Soest Urk. A Nr. 6668; Regest: REK IV Nr. 1311.

1886

1322 Juli 30 Borbeck

Engelbert Graf von der Mark überläßt der Äbtissin des Stifts Essen seinen Ministerialen Everhard genannt von Westerwich oder von Geithe und erhält dafür im Tausch Mechtild, die Tochter des Everhard von Wischelinch.

Nos Engelbertus comes de Marka universis presens scriptum visuris et audituris salutem cum noticia veritatis. Notum facimus et presentibus publice protestamur, quod Everhardum, nostrum ministerialem, filium Everhardi dicti de Westerwich sive de Ghetene, a iure ministerialitatis, quo nobis est astrictus, absolvimus et manumittimus in hiis scriptis, dantes ipsum titulo concambii seu permutationis ecclesie Essendensi pro vero homine ministeriali et eundem venerabili domine domine .. abbatisse eiusdem ecclesie resignando presentibus presentamus, recipientes vero Mechildem, filiam Everhardi de Wischelinch, in nostram ministerialem titulo permutationis vel concambii pro eodem. In cuius concambii seu permutationis testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum Borbeke anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo secundo, sexta feria post festum beati Iacobi apostoli.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen, Urk. Nr. 307, Siegel des Grafen von der Mark (leicht beschädigt) anhängend; Abschrift um 1800, StAM, Msc. II 117 (Sammlung Kindlinger) Bl. 113.

1887

1322 August 2

Der Offizial des Kölner Dompropsts und Archidiakons läßt die Zeugenaussagen über die Rechte des Dechanten des Stifts St. Patrokli Soest betreffs der Kirche in Hoinkhausen in einem Notariatsinstrument niederlegen[1].

In nomine Domini amen. Universis presens publicum instrumentum visuris et audituris .. officialis venerabilis viri domini .. prepositi maioris et archidiaconi Coloniensis salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod nos depositiones testium in scriptis redactas et sigillo .. officialitatis nostre sigillatas, quarum tenor inferius continetur, per notarium publicum infrascriptum ad perpetuam rei memoriam scribi et publicari ac sigillo eiusdem officialitatis nostre sigillari mandavimus sub hac forma:

folgt inseriert die Urkunde von 1321 November 9.

Omnibus sic publicatis et conscriptis presenti decreto modo decrevimus et decernimus per presentes predictis testibus et eorum dictis iuxta depositiones eorum fidem esse adhibendam. Actum et publicatum in domo claustrali, quam honorabilis vir, magister Godeschalcus de Susato, scolasticus ecclesie beate Marie ad gradus Coloniensis inhabitabat anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, indictione quinta, mensis Augusti die secunda, hora prime vel quasi, presentibus ipso magistro Godeschalco et Iohanne dicto de Reno, clerico Susaciensi, testibus ad premissa vocatis et rogatis.

Ac ego Hermannus dictus Raze de Colonia, publicus imperiali auctoritate notarius, predictas litteras, testes et eorum depositiones, prout eas inveni, in litteris superius expressis ita de verbo ad verbum, nichil addito vel mutato, quod sensum mutet vel viciet intellectum, fideliter conscripsi et exemplavi presentique decreto per ipsum dominum .. officialem, ut premittitur, facto una cum testibus prescriptis presens interfui, hoc publicum instrumentum sigillo officialitatis predicte sigillato exinde confeci de mandato ipsius domini .. officialis et in hanc publicam formam redegi meoque signo consueto signavi vocatus et rogatus.

Notariatsinstrument, StAM, St. Patrokli Soest, Urk. Nr. 108, Siegel ab, Signet des Notars, dabei Abschrift des 18. Jahrh.

[1]) Vergl. Urkunde von 1321 November 9.

1888

1322 August 6

Dietrich, Propst, und der Konvent des Klosters Wedinghausen verpachten dem Mendener Bürger Johann genannt Runacke einen Garten bei Menden, den sie vom Dortmunder Bürger Johann von Menden gekauft haben. Dafür hat Runacke jährlich dem Oberhof in Menden acht Pfennige und ein Huhn und dem Kloster selber drei Schillinge zu entrichten[1].

Universis presentes literas inspecturis et audituris nos Theodericus Dei providentia prepositus totusque conventus ecclesie in Wedinchusen notum esse volumus, quod nos ortum nostrum iuxta oppidum Mendene situm, quem comparavimus a Iohanne dicto de Mendene, oppidano Tremoniensi, locavimus Iohanni dicto Runacke, oppidano in Mendene, et suis veris heredibus iure illo, quod vulgariter dicitur to stadesrechte, tenendum et colendum pro certa pensione annuali, ita videlicet, quod idem Iohannes et sui heredes curti in Mendene pro iure suo censuali singulis annis solvent octo denarios usuales et unum pullum, ecclesie vero nostre predicte redditus trium solidorum denariorum legalium et bonorum in Cathedra sancti Petri apostoli persolvent annuatim, hiis infrascriptis condicionibus adiectis, videlicet quod, si dictus Iohannes et sui heredes ipsum ortum ex toto aut quamcumque partem unquam alicui locare presumpserint iure perpetuo, similiter si redditus prefatos infra Cathedram beati Petri et festum Pasche ob neglegentiam seu paupertatem, quod absit, sibi forsitan imminentem in posterum non persolverint, ex tunc ipsi huiusmodi locatione eis facta penitus carebunt et nos de ipso orto libere nostram poterimus ordinare voluntatem. In quorum omnium et singulorum futurum testimonium sigillum honorabilis viri .. decani de Mendene hiis literis est appensum. Quod nos Emundus, decanus in Mendene, presentibus apponi fecimus ad peticionem predictorum hinc inde nobis factam. Actum et datum anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, in die beati Sixti pape et martiris, presentibus domino .. decano in Mendene iam dicto, Iohanne Maken, sacerdote, fratre Henemanno, converso in Wedinchusen, Iohanne Runacke, Gerhardo et Iohanne, filiis suis, Henrico, Gerhardo, Iohanne, Lamberto fratribus dictis Suaf, oppidanis in Mendene, et aliis viris fide dignis.

Zwei Ausf., StAM, Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 118, an der einen Ausf., Siegel des Dechanten (gut erhalten, Bild: Heiliger, in der Rechten einen Krummstab, in der Linken ein Buch), an der anderen Urkunde nur Wachsrest, Umfang des Siegels aber größer; Abschrift in Msc. VII 5737 (Kopiar des Klosters Wedinghausen) B. 39v; Msc. I 209, Bl. 217.

[1]) Vergl. Urkunde von 1322 Juni 1.

1889

1322 August 14

Regenhard von Horn gibt im Streit mit der Äbtissin und dem Konvent in Benninghausen nach und einigt sich freundschaftlich.

Universis presentia visuris et audituris notum sit per hec scripta, quod Reghenhardus de Horne super dissentione et discordia, quam habuit contra dominam abbatissam et conventum in Benekinchuzen, penitus renunciat presentibus atque manumisit factaque nunc inter eosdem unione et concordia firme pacis, ita quod de nullo incommodo aut periculo contra dominam abbatissam et eius conventum ratione prefate discordie neque vult intendere neque debet, nisi in posterum, quod absit, de novo oriatur. Cui compositioni et concordie facte presentes aderant .. Helmicus, plebanus ecclesie sancte Marie in altis[a], Detmarus de Domo, sacerdotes, Hunoldus de Plettenbracht, miles, Bertoldus de Holthusen, famulus, Iohannes Eppinc, Goschalcus de Domo, Albertus Fernere, Petrus Menickinc[b], Rotgherus Funifex, Hermannus Wrede, cives Sosacienses, aliique viri fidedigni. In premissorum testimonium sigillum viceprepositi Sosaciensis una cum sigillo Hunoldi de Plettenbracht, militis, ad instantiam dictarum partium presenti litere est appensum. Datum in vigilia Assumpcionis beate Marie virginis anno Domini M° CCC° XXII°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen, Urk. Nr. 149, vom Siegel des Soester Vizepropsts nur Bruchstück, Siegel des Ritters von Plettenberg abhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): de reformatione.

[a]) Dahinter gestrichen das irrtümlich bereits geschriebene „sacer"; [b]) unsichere Lesung, auch „Meninchouen" möglich?

1890

1322 August 15 bis 22

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren in Werl verkauft der Werler Bürger Hermann genannt Boze dem Propst und dem Konvent des Prämonstratenserinnenklosters Oelinghausen eine Rente von einem Schilling aus seinem Haus und der Hausstätte beim Steintor in Werl.

Universis Christi fidelibus, ad quos presens scriptum pervenerit, tam presentibus quam futuris nos proconsules opidi Werlensis Henricus dictus Kowolt et Iohannes, filius Thome, ceterique consules cupimus esse notum publice protestando, quod constitutus coram nobis Hermannus dictus Boze, noster coopidanus, cum consensu Ode, uxoris sue legitime, et Herbordi, filii sui, cum plures filios non haberent, et omnium coheredum suorum recognovit se vendidisse religiosis personis domino .. preposito et .. conventui monasterii in Olinchusen Premonstratensis ordinis, Coloniensis dyocesis unius solidi redditus ex domo et area sua iuxta Lapideam Portam in opido nostro perpetuo possidendos et solvendos in festo Michaelis annis singulis pro XIII solidis in Susato legalium denariorum ipsi Hermanno integraliter traditis et solutis. Huius rei testes sunt Iohannes dictus Scolere et filius eius Tidericus, Henricus Suinintholth, Conratus Notlike, Tidericus de Berdinch et alii quam plures fide digni. In huius rei testimonium nostrum sigillum Verlensis opidi presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini M° CCC° vicesimo secundo infra octavam beate Marie virginis gloriose.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 242 , Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend; Abschrift des 14. Jahrh., in A des Altertumsvereins Paderborn Cod. 348 (Ölinghauser Kopiar), S. 132; Rückvermerk (14. Jahrh.): de duobus denariis, quos emit Iohannes in Werle*; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 255.*

1891

1322 August 16

Junker Godfried von Rüdenberg verzichtet gegenüber dem Kloster Paradies auf alle erhobenen Ansprüche auf einen Graben, einen Weg und den Lauf eines Baches, gelegen zwischen dem Kloster und dem Dorf Schwefe. Die Nonnen können damit nach Belieben den Bach auf ihre Äcker umleiten[1].

Ego Godefridus domicellus de Rudenberg omnibus presens scriptum visuris seu audituris testimonium veritatis. Tenore presentium protestor et recognosco, quod omni iuri et impetitioni, quod adversus religiosas personas, priorissam et conventum in Paradyso, movere intendi ex parte cuiusdam fossati et vie et meatum amnis inter Paradysum et villam Sveue, cedens pure propter Deum et favorem ad ipsas specialem, nichil mihi iuris competere fateor aut uxori mee Gere[...][a] aut filie Alheydi aut heredibus meis quibuscumque in futurum in fossato predicto aut via, sed liberam facultatem habebunt deducendi meatum amnis in agris ipsarum ubique, prout ipsis placuerit et necessitas id exposcit, absque prorsus vel gravamine aut etiam inpetitione mei aut heredum meorum modo qualicumque. In premissorum igitur maiorem firmitatem presentem paginam sigilli mei munimine tradidi communitam. Datum et actum die sequenti Assumptionis virginis gloriose anno Domini M° CCC° XXII°. Presentibus aderant dominus Godefridus de Rudenberg et dominus Theodericus de Sueue.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII 6107, Bl. 66.

[a]) Hinter den vier Buchstaben Lücke gelassen.
[1]) Vergl. Nr. 504 vom Jahre 1306 November 16.

1892

1322 August 16

Bischof Ludwig von Münster überläßt dem Grafen Wilhelm von Arnsberg seine Ministerialin Cunegunde, die Frau des Gottschalk von Broichusen, und erhält dafür im Tausch die Alheid, die Tochter des Ritters Conrad von Broichusen, die Schwester des Gottschalk. Christina, die noch im Kindesalter stehende Tochter der Cunegunde, bleibt jedoch Ministerialin des Bischofs.

Nos Ludewicus Dei gracia Monasteriensis ecclesie episcopus universis presencia visuris et audituris notum facimus, quod nobili viro domino Wilhelmo comiti de Arnsberg Cunegundim, uxorem Gotschalci de Broichusen, nostram et ecclesie nostre ministerialem, in suam ministerialem nomine permutacionis pro Alheidi, filia Conradi de Broichusen, militis, sorore dicti Gotschalci, tradidimus, recipientes ab eodem domino W., comite, dicte permutacionis tytulo pro ipsa Cunegunde prefatam Aleydim ad omne ius et graciam, quibus ceteri nostri et ecclesie nostre ministeriales hactenus sunt gavisi, Cristina tamen, filia dicte Cunegundis adhuc parvula, in iure ministerialitatis dicte nostre ecclesie permanente. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini M CCC° vicesimo secundo, in crastino Assumpcionis beate Marie virginis.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 a (Kopiar der Grafen von Arnsberg) Bl. 26v; Abschrift des 15. Jahrh., desgl. Msc. VI 109 b, Bl. 35; desgl. Abschrift um 1800, Msc. II 71 (Sammlung Kindlinger) S. 149; Regest: WUB VIII Nr. 1588.

1893

1322 August 28

Everhard genannt Speke, Kanoniker des Stifts Essen und Pastor zu Lütgendortmund, verkauft seinen Mitkanonikern für den Altar von St. Maria Magdalena eine Rente von sieben Schillingen, die aus seinem Haus beim Friedhof zu bezahlen sind. Speke behält sich vor, die Rente von seinem Haus abzulösen und aus anderen Gütern anzuweisen.

Universis in perpetuum visuris vel audituris presentes literas innotescat, quod[a] ego Everhardus dictus Speke, canonicus ecclesie Assindensis, pastor in Parva Tremonia, septem solidos legalium denariorum annuatim solvendos in crastino beate Walburgis de domo mea, videlicet iuxta cimiterium sita, ad altare beate Marie Magdalene concanonicis meis vendidi, conditione tamen hac adiecta, quod[b], quandocumque a predictis concanonicis meis predictos septem solidos annuatim solvendos in bonis aliis certis, sitis in iudicio Assindensi, reemero aut procuravero, a solutione ipsorum de cetero quitus ero. Et hec sigilli mei munimine confirmavi. Datum anno Domini M° C°C°C° XXII°, in vigilia Decollationis beati Iohannis Babtiste.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen Urk. Nr. 308, Siegel des Kanonikers anhängend.

[a]) In der Vorlage „quot"; [b]) desgl.

1894

1322 August 31

Vor dem Bürgermeister und den Ratsherren zu Rüthen verkauft der Rüthener Bürger Siffrid, der Sohn des + Johannes genannt Voge, aus seinem Haus bzw. dem Hausplatz eine Rente von drei Schillingen an Gertrud, die Witwe des Johannes genannt Struk. Diese schenkt für ihr Seelenheil die Rente an den Pfarrer von St. Johannis und St. Nicolai in Rüthen, ihre Kapläne, den Lehrer und seine Scholaren. Dafür soll zweimal im Jahre die Memorie der Gertrud und ihrer Angehörigen gefeiert werden.

Nos Lutbertus, proconsul, dictus de Anlagen, Hermannus de Lon, Gobelinus Vluim, Iohannes Reynfridi, Giselbertus de Kneuelinchhusen, Detmarus Mekelike, Iohannes Stolle, Alexander Regelen, Hermannus Vnekeman, Iohannes Volperti, Conradus de Effle et Hinricus, filius Hermanni de Dreuere, consules opidi Ruden, notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quibus presentes contigerit intueri, quod Siffridus, noster concivis, Iohannis dicti Voge quondam filius, ex sua domo et area cum consensu Cristine, sue uxoris, Conradi, Iohannis et Reymboldi, suorum filiorum, et Gertrudis, sue filie, vendidit Gertrudi, relicte quondam Iohannis dicti Struk, pensiones trium solidorum denariorum apud nos legalium et bonorum. Quam pensionem idem Siffridus et sui heredes predicti seu quicunque dicte domus possessores fuerint, dabunt et persolvent singulis annis et perpetualiter, districtis tamen temporibus et divisim, decem et octo videlicet denarios in crastino beati Michahelis archangeli et decem et octo denarios in crastino festi Pasche. Preterea recognoscimus, quod predicta Gertrudis pensionem huiusmodi bono et pio animo ulterius legavit plebano ecclesiarum Iohannis et Nicolai in opido Ruden et suis cappellanis, magistro quoque et scolaribus et ipsorum posteris perpetualiter pro sue salute anime et suorum, ut ipsi memoriam eiusdem Gertrudis et suorum parentum singulis annis vigiliis et missis bis peragant, semel scilicet infra quindenam beati archangeli Michahelis et semel infra quindenam post festum Pasche, cum prefato plebano et suis cappellanis videbitur oportunum. Ceterum predicta pensio est extorquenda, distribuenda et taliter exponenda, cum festum beati Michahelis advenerit, quo medietas pensionis predicte, decem et octo denarii, sunt dandi, superius ut est dictum. Is, qui custos ecclesie sancti Iohannis pro illius anni tempore fuerit, iussu et auxilio dominorum denarios huiusmodi alteprefate domus possessoribus extorquebit. Quibus extortis, cum memoria prima est facienda, prebendam huiusmodi comparabit: duos denarios dabit pro quatuor cuneis, unum denarium pro servisia, quatuor denarios pro caseo sive pro assatura. Et hanc prebendam ad introitum misse offeret ad altare. Ad offertorium vero unum denarium, cum nono denario luminem[a] comparabit. Completa vero missa idem custos reliquos novem denarios ita distribuet, quod duobus cappellanis cuilibet duos dabit denarios, magistro duos, duos scolaribus, unum pro suo labore obtinebit. Similiter est faciendum, cum festum Pasche advenerit, cum reliqua medietas pensionis est danda et memoria facienda. In cuius testimonium ad petitionem Gertrudis sepius dicte nostrum sigillum presentibus est appensum. Actum et datum in octavo Assumptionis beate virginis anno Domini M° CCC° vicesimo secundo.

Ausf., Perg., Stadt A Rüthen, Siegel ab; Wiedergabe nach dem Druck: SUB II Nr. 589, S. 177.

a) Für „lumen".

1895

1322 September 8

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren der Stadt Lippstadt leistet Fia, die Witwe des Konrad von Eken, Verzicht auf den Hof ten Eken[1] in Göttingen zugunsten des Lippstädter Bürgers Hermann von Göttingen.

Nos .. proconsules et .. consules opidi Lippensis protestamur publice per presentem literam universis ac singulis tam visuris quam audituris, quod constituta coram nobis dicta Fia, relicta Conradi de Eken, recognoscens se resignasse cum consensu et voluntate suorum verorum heredum, videlicet Willekini, filii, Elizabet et Grete, filiarum, ac ceterorum suorum heredum domum suam dictam ten Eken, sitam in Gotinchen cum omni iure et pertinentiis eiusdem domus sive aree Hermanno de Gotinchen, opidano Lippensi, et sue legitime uxori dicte Gebelen et super dictam domum sive aream cum omni suo iure dicta Fia ac predicti eius veri heredes renunciaverunt coram nobis, prout de iure debuerunt. Hiis actis presentes fuerunt Iohannes, Gyselbertus, proconsules Lippenses tunc temporis, Fredericus Rex, Bernardus de Hervelde, Albertus Denseken, Gerwinus de Mûddinchove, Euerhardus de Brikincsele, Iohannes dictus Ergere et alii plures viri discreti et fidedigni. In huius rei testimonium nos prefati .. proconsules et .. consules predicti opidi Lippensis ad petitionem dicte Fie et suorum predictorum heredum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum et est appensum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, in die Nativitatis beate Marie virginis, domine nostre.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen, Urk. Nr. 150, großes Siegel der Stadt Lippstadt (zerdrückt, WS 68 Nr. 6) mit Rücksiegel (WS 74 Nr. 7) abhängend; Abschrift in Msc. VII 5727 (Kopiar des Klosters Benninghausen), Bl. 26.

[1]) Hof Eickhoff in der Bauerschaft Göttingen des Kirchspiels Liesborn, später im Besitz des Klosters Benninghausen.

1896

1322 September 14

Die Schöffen und Ratsherren zu Dortmund teilen dem Ritter Dietrich von Omunde mit, unter den Gütern, die er in der Auseinandersetzung mit den Bürgern zu Lübeck mit Beschlag belegt hätte, befänden sich auch Waren Dortmunder Bürger. Sie bitten ihn, u.a. die vom Knecht Hildebrand mitgeführte Leinwand diesem herauszugeben.

Honorabili et provido viro domino Theoderico de Omunde[a], militi, et Io., filio eiusdem, scabini ac consules Tremonienses obsequium, quantum possunt, et honorem. Innotuit nobis, quod quedam bona arrestaveritis et detinueritis contra cives Lubicenses, cum quibus bonis quidam de civibus nostris habent in uno packone quatuor griseos Spirenses pannos et quatuor albos dictos therentey, quos ducit quidam eorum famulus nomine Hildebrandus. Quare petimus obsequiose, quatenus dictos pannos prefato famulo restitui iubeatis, quia quod nostris attinent civibus et non illis de Lubeke securum respectum ad nos volumus vos habere harum testimonio presentium litterarum, quas idem famulus suo coram vobis, si necesse fuerit, obtinebit iuramento. Datum anno Domini M° CCC° XXII, in Exaltatione sancte crucis.

Pro ista litera subscripta fideiusserunt Christianus[b] et Cesarius fratres de Hengestberghe.

Eintragung im Bürgerbuch (Liber civium), *Stadt A Dortmund, 1945 vernichtet, Wiedergabe nach dem Druck in Dortmunder UB I Nr. 397, S. 282; Druck: A. Fahne, Die Herren und Freiherren von Hövel, Bd. 2: Urkundenbuch Nr. 16, S. 18.*

[a]) Bei Fahne: von Ophusen; [b]) bei Fahne: Conradus de Quercubus et Conradus de Houele.

1897

1322 September 17

Der Weihbischof Hermann, Generalvikar des Kölner Erzbischofs Heinrich, verleiht dem Kloster Paradies einen Ablaß.

Frater Hermannus, Dei gratia Belonvilonensis ecclesie episcopus ac venerabilis patris domini Henrici archiepiscopi Coloniensis per civitatem et dyocesim Coloniensem in pontificalibus vices gerens, universis Christi fidelibus salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cupientes quoslibet Christianos ad pietatis opera spirituali premio invitare, ut ex inde reddantur divine gratie aptiores, omnibus vere penetentibus et confesssis, qui ad ecclesiam in Paradyso consecratam in honore beate Marie virginis ac beatorum Petri et Pauli, apostolorum, sitam extra muros Susacienses, causa devotionis accesserint et qui ad edificia, luminaria seu ornamenta per elemosinarum vel aliorum piorum operum subventionem manum porrexerint adiutricem, aut qui ibidem circueundo cymiterium tria Pater noster et tria Ave Maria pro fidelibus defunctis devote dixerint, quadraginta dies de iniunctis eis penitenciis misericorditer in Domino relaxamus. Datum in die beati Lamberti martiris atque pontificis anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo secundo.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Paradies Urk. Nr. 76, dem Ablaßbrief von 1322 Juli 22 beiliegend, Siegel ab.

1898

1322 September 20[1]

Johann von Neheim und der Ritter Engelbert von Herborn schließen einen Vertrag, wonach Johann die Mühle zu Mollenbrink[2] *niederlegen soll. Stattdessen wollen sie die Mühle zu Werries gemeinsam nutzen.*

Wii Iohann van Neyhem ind Petronelle, sin echte vrouwe, doit kundich allen, de dissen breyff sein ind horen, dat wy myt willen und myt witschop alle unser echten erven myt hern Engelbrechte van Herborn, ridder, und myt synen rechten erven hebt overdregen myt unsen twen mollen to Mollenbrincke und to Weries, also dat ich Iohann van Neyhem de mollen to Mollenbrincke offbrecken sal unde ick, myne echte vrouwe und myn rechten erven de mullen to Weriies myt hern Engelbrechten van Herborn unde myt synen erven hebben und halden sollen in liken deylen, alle des multers unde alle der nut derselven mollen to Weriies und ock der buckemollen, an welken stucken, dat dey gewelt mer dan swerikes koifft, den sal her Engelbrecht, syne erven twe iaer iar waren und halden to syner nut, und wy Iohan und unse vrouwe myt unsen erven dat derde iaer tot unser nut de mollenstadt und der bockemollen stad und als dat bynnen den tunnen is gelegen, solle wy Iohan van Neyhem, unse vrouwen und unse erven myt hern Engelbrechte unde myt synen erven hebben to geliker walt, und wat kost an steyne, an tymmeringen eder an geynerlere stucken op desse mollen wallet, de kost solle wy Iohan und unse erven myt hern Engelbrechte unde myt synen erven an liker kost weder gelden und betallen. Worde ock de molle to Weriies verstuet eder gevoistet in brande, in water eder in welkerleie noit, de mollen solle wy unde unse erven myt hern Engelbrechte unde myt synen erven myt liker kost weder bouwen. Welker unser des nicht en dede eder nicht doen en wolde, de ander van uns und synen erven mogen de mollen to Weriies weder bouwen myt erre kost und up boren de nut der mollen also lange alleyne, went an de tiit, dat der ander van uns, de des nicht en dede, den anderen unde syne erven weder gheve de helffte van der kost des bouwes, de he mach bewysen myt[a] synen eyden. Wolle ock eyn eder syne erven synen deel der mollen verkopen, den sal he aller erst eyn halff iaer den anderen verbeiden. So mach de ghene unde syne erven den deel kopen umb hundert unde vyfftich marck pennynghe, de to Munster sint genge unde geve. Wil he es aver nicht, unser ander mach sin deel verkopen, wen he wil. Wat ock unser enich to der mollen doit mallen eder bocken to syner kost, dat sal blyven ungemultert unde ungetelt. Wolde ock na dode uns Johanns unde unser vrouwen unse erven desse sattinge nicht stede halden, so mogen sey weder bouwen to Mollenbrincke eyne mollen op de selven stad, dar se lach noch hoger noch syder, sunder irleye wedersprocke heren Engilbrechtes eder synen erven, so sal de vorsprocken satinge der mulen to Weriis quit[b] und loes sin hern Engilbrechtes unde synen erven. In orkunde unde vestinghe desser satinge hebbe wy Iohann unde her Engilbert unses heren greven Engelbrecht van de Marcke, her Gotturydus Wollenspettes unde her Iohan Clotes, ridder, sel myt unsen segelen an dessen breyf gedaen an behaltnisse. Und wy e geschreven greve van der Marcke, Gortvrydus Wollenspet und Iohan Clot, ridder, dat desse satinge gescheyn is myt Iohan van Neyhem unde myt hern Engilbertes van Herborn umme erer beyder bedde, betughe wy dat myt unsen segelen. Dat gesath nach Godes gebort int iar, alse men [schryvet][c] M° CCC° XX und II iar, des mandages na Cruces.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. II 20 (Sammlung Kindlinger) Bl. 115 (221); Abschrift von der Hand Kindlingers um 1800 in Msc. II 32, Bl. 175v, hier mit der Ergänzung (nach der Bestimmung über das Vorkaufsrecht): und wante men die mûlen to Wergis hevet van den greven van Limborch, so sulen her Engelbracht und syne erven die mûlen untfan unde halden sie uns und unsen erven to der hant oder den to der hant, die hern Engelbrechtes oder unsen deel koften.

[a]) Davor gestrichen „sy"; [b]) dahinter gestrichen das voreilig geschriebene „sin"; [c]) vom Schreiber weggelassen.

[1]) Von den in Betracht kommenden Festen Inventionis crucis (3. Mai, das angegebene Datum wäre dann Mai 10) und Exaltationis crucis (14. September) ist letzteres das häufigere und wurde daher bevorzugt; [2]) vergl. den Ratsherr Molenbrinc zu Beckum (WUB VIII Nr. 1466).

1899

1322 September 23 Anröchte

Vor dem Knappen Wessel von Erwitte und seinem Freigericht verkauft Johannes von Anröchte dem Stift Geseke sein in Anröchte gelegenes Eigengut auf der Beke.

Universis presentes literas visuris et audituris ego Wescelus de Eruethe, famulus, notum esse cupio tenore presentium publice protestando, quod Iohannes dictus de Anroycte, famulus, et Olika, uxor ipsius, et eorum legitimi heredes, scilicet Menricus, Iohannes, Elyzabet, Margareta, Cunegundis, Sophya et Gertrudis una cum Sophya, sorore dicti Iohannis, coram meo vrigravio Bernhardo in villa Anroycte iudicio, quod vulgariter vrigedinch dicitur, presidente comparuerunt recognoscentes se vendidisse bonum suum situm in dicta villa Anroycte super Beke cum onibus attinentiis ipsius, quod iure proprietatis possiderant, venerabilibus dominabus .. abbatisse et .. capitulo ecclesie in Gyseke iure hereditario perpetuo possidendum, dictum bonum cum attinentiis ipsius in manus predictarum dominarum libere resignantes. De quo bono unum maltum annone triplicis, scilicet siliginis, ordei et avene equalis mensure, quatuor solidi denariorum, sex pulli et tres uncie ovorum annis singulis solvi [debent][a] in festo beati Mychahelis ecclesie memorate. Renunciaverunt eciam dicti vendentes omnibus [iuribus et actionibus][b], in predicto bono et eiusdem attinentiis ipsis in posterum de iure vel de facto competentibus coram q[uocumque] iudice libere et expresse. Huiusmodi igitur resignatione et renunciatione rite factis predictus Bernhardus, [meus] vrigravius, per [dictos] venditores rogatus prefatas dominas abbatissam et capitulum in Gyseke in d[ictum bonum] cum omnibus attinentiis ipsius instauravit et insta[llavit] perpetuo possidendum, adhibitis ad hoc [iuribus] et sentenciis debitis et consuetis, omnibus et singulis in posterum contrarium attemptantibus perpetuum silentium inponendo. Promiserunt insuper Hermannus dictus de Lon et Menricus dictus de Herdinchusen[c] pro dictis venditoribus facere debitam warandiam. Actum in supradicta villa Anroycte, presentibus Euerhardo dicto Stelinch, Goscalco dicto Hoyke, Hermanno dicto Blodelin, Conrado de Bernk[oue] et Florino de Stene et quam pluribus aliis fide dignis. Ne autem huiusmodi factum oblivio deleat, sed potius memoria permaneat ego Wescelus predictus propter preces dictorum vendentium has literas [sig]illi mei munimine roboravi. Datum anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo secundo, feria quinta ante [festum] beati Mychahelis.

Ausf., Perg., StAM, Stift Geseke, Urk. Nr. 44, Siegel ab, Schrift teilweise sich ablösend; Abschrift in Msc. VII 5725 (Kopiar des Stifts Geseke), Bl. 10; Druck: SUB II Nr. 590.

a) Schrift vom Pergament abgelöst, b) desgl.; c) in Msc. VII 5725 „Hoinchûsen".

1900

1322 September 25

Johannes, Pastor der Kirche von St. Reinoldi in Dortmund, billigt die bereits früher erfolgte Übertragung des Altars von St. Stephan aus seiner Kirche, die Gründung einer neuen Pfarrei St. Petri und ihre Umschreibung.

Omnibus et singulis Christifidelibus tam posteris quam modernis presentes litteras visuris et audituris Iohannes, pastor ecclesie beati Reynoldi Tremoniensis, salutem cum noticia subscriptorum. Translationem altaris beati Stephani prothomartiris de ecclesia mea predicta alias factam cum nova fundatione ecclesie beati Petri et distinctione parochie eiusdem, prout distincta est et ordinata, ratifico et approbo perpetue per presentes. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam sigillum meum ex certa scientia mea presentibus litteris est appensum. Datum sabbato ante Michaelis anno Domini M° CCC° vicesimo secundo.

Gleichzeitige Abschrift, Papier, Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 144 (auf demselben Blatt wie die Urkunde von 1317 Okt. 31); Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 564, S. 245.

1901

1322 September 25

Die Ratsherren zu Dortmund bekunden, Johannes, Pastor von St. Reinoldi in Dortmund, habe auf die Fortführung aller mit dem Rat der Stadt geführten Prozesse wegen der Gründung der neuen Kirche St. Petri verzichtet. Er und seine in Dortmund wohnenden Freunde wollen sich dem Schiedsspruch fügen, den die Ratsherren zusammen mit Heinrich, Pfarrer in Aplerbeck, und dem Ritter Gerard von Wittene innerhalb einer Jahresfrist fällen werden.

Nos consules Tremonienses protestamur publice per presentes, quod discretus vir dominus Iohannes, pastor ecclesie beati Reynoldi Tremoniensis, cessit et alienavit se plane et totaliter de omnibus et singulis causis, quas ipse nobis ex parte sui et ecclesie sue predicte ratione fundationis nove ecclesie beati Petri qualicumque modo vel forma movit et pretendit, tali auctoritate nobis data per eum et commissa, quod quicunque ei vel amicis suis Tremonie morantibus infra annum proxime subsequentem sub iuramentis et conscienciis nostris de omnibus et singulis causis supradictis una cum honestis viris domino Henrico, plebano in Appelderbeke, et domino Gerardo de Wittene, milite, edixerimus et diffiniverimus, ab ipso domino Iohanne et ab omnibus, quorum interest, ratum et inviolabile teneatur, dolo et fraude penitus exclusis. In huius rei firmitatem et testimonium sub sigillo nostro presentibus appenso nos obligavimus ad premissa, et illo dicto presens littera nobis restituetur. Actum et datum sabbato ante festum archangeli Michaelis, anno Domini M° CCC° XX° secundo.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 176, Sekretsiegel der Stadt Dortmund anhängend; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 565, S. 246.

1902

1322 September 26

Der Propst Arnold, die Priorin Elisabeth und der Konvent von St. Walburgis vor den Mauern von Soest entlassen gegen eine Geldsumme Heinemann, den Sohn des Johannes von Hilwordinchusen[1], aus ihrer Eigenhörigkeit, damit er in der Stadt Soest oder in anderen Städten seinen Aufenthalt nehmen kann.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Arnoldus, prepositus, Elizabeth, priorissa, totusque conventus monasterii sancte Walburgis extra muros Sosacienses notum facimus et publice protestamur, quod Heynemannum, filium Iohannis de Hilwordinchusen, qui nobis et monasterio nostro iure et condicione servili pertinebat, recepta ab ipso competenti pecunie summa quitum ab omni servicio, quo nobis astrictus erat, dimittimus et solutum manumittimus quoque ipsum per presentes et licentiamus, ut ipse in opido Sosaciensi et in omnibus opidis, civitatibus et locis morari et manere valeat, nostra et omnium nostrorum successorum contradictione non obstante. Et quia sic ipsum libertavimus et ab omni servicio nobis ultra faciendo volumus haberi in perpetuum separatum et exclusum, sibi propter hoc presentes literas tradidimus nostris sigillis roboratas. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, die dominica ante festum beati Michaelis archangeli. Testes huius rei sunt Richardus, noster cappellanus, Henricus, rector capelle Themink, Iohannes, noster scolaris, Henricus de Geseke et Arnoldus, pistores nostri, Arnoldus de Hilwordinchusen, iudex, et Giseke, eius frater, Hermannus, faber apud sanctam Walburgam, Iohannes, redemekere, et plures alii fidedigni, Erpo de Brochusen, Iohannes de Hilwordinchusen iunior et Iohannes senior ac Hildebrandus de Ostinchusen iunior.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest Urk. Nr. 72 a, nur dürftige Reste der Siegel: 1. des Propstes (Bild: Konsole, auf der eine Figur steht) und 2. des Konvents (vergl. WS 111 Nr. 3) anhängend; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219 (Kopiar von St. Walburgis Soest) Bl. 96.

[1]) Vergl. Hilverdings Hof in der Gemeinde Ostinghausen (Schoppmann, Flurnamen Soest II, S. 40, Nr. 18).

1903

1322 Oktober 20

Heidenreich, Propst von St. Severin in Köln, erklärt im Auftrag des Kölner Erzbischofs Heinrich, die Ratsherren in Dortmund hätten für ihr Seelenheil, und zwar besonders für das des Hildebrand Suderman des Jüngeren und des Bertram Merboden und das von deren Eltern, die vor den Mauern der Stadt Dortmund gelegene St. Johannis-Kapelle der Leprosen, die bisher vom Rektor der St. Benedikts-Kapelle mit betreut wurde, mit eigenen Einkünften versehen, und zwar mit einer Hufe zu Holthausen[1], mit fünf Morgen Ackerlandes in der Dortmunder Feldmark und einer Rente von zwei Mark aus den Buden der mit Rinderleder arbeitenden Schuhmacher. Der die Kapelle versehende Priester soll auf Vorschlag des Rates vom Dechanten des Stiftes Mariengraden in Köln investiert werden. Er hat täglich zu zelebrieren und soll dem Rektor von St. Reinoldi gehorsam und ihm mit dem Chormantel im Chor der Kirche und bei Prozessionen behilflich sein. Die Kapelle hat er persönlich zu betreuen. Er darf nur für die Aussätzigen predigen und keine anderen Kranken besuchen sowie nur deren Beichte hören. Ferner darf er keine Memoriengelder entgegennehmen und die Rechte der Mutterkirche nicht beeinträchtigen. Wenn er sich unerlaubt entfernt, kann die Kapelle nach der entsprechenden Mahnung vom Rat neu vergeben werden. Der Propst bestätigt die Dotierung der Kapelle und die getroffenen Bestimmungen. Der Rektor der St. Benediktskapelle verzichtet auf seine bisherigen bei der St. Johannis-Kapelle bestehenden Rechte.

In nomine Domini amen. Universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris presentes litteras visuris et audituris Heydenricus, Dei gratia prepositus ecclesie sancti Severini Coloniensis, executor ad infrascripta a reverendo in Christo patre et domino, domino Henrico, sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, deputatus, salutem perpetuam cum notitia veritatis. Capella beati Iohannis apud Leprosos extra muros opidi Tremoniensis non sit hactenus propter defectum reddituum singulis diebus per proprium sacerdotem, sed per rectorem cappelle beati Benedicti eiusdem opidi interdum officiata, nos pro officiatione et dotatione ipsius capelle beati Iohannis auctoritate dicti domini nostri archiepiscopi nobis specialiter in hac parte commissa presenti pagina duximus ordinandum, prout inferius continetur, quod videlicet discreti viri consules Tremonienses in salutem animarum suarum et precipue quondam virorum fidelium Hildebrandi Suderman iunioris, Bertrammi Merboden omniumque parentum et benefactorum eorundem pie memorie mansum quendam situm in Holthusen, qui quondam eidem Hildebrando pertinuit, cum eius utilitatibus et attinentiis quibuscunque et quinque iugera terre arabilis in campo Tremoniensi sitis et insuper duarum marcarum redditus ex cubiculis sutorum bovinorum Tremoniensium, ita quod illos quitare et redimere possint, quandocunque placuerit, cum aliis duarum marcarum redditibus in competenti loco sitis, ad dictam capellam sancti Iohannis pro dote perpetua, ut eorum memoria ibi perpetuis temporibus habeatur, legaverunt et contulerunt pure et simpliciter propter Deum, tali apposita condicione, ut ammodo sit in eadem capella ad presentationem dictorum consulum honorabili viro domino decano ecclesie sancte Marie ad Gradus Coloniensis specialis et deputatus sacerdos, qui dictis leprosis in officio confessionum et sacramentorum amministracione presit. Iugiter ordinamus, ut idem sacerdos ad dictam capellam ex presentatione dictorum consulum institutus singulis diebus missam in eadem celebret, nisi legitimum interdum habeat inpedimentum. Item, quod rector eiusdem capelle in honestis et licitis rectoribus ecclesie beati Reynoldi Tremoniensis reverenter obediat et cum aliis eiusdem ecclesie ministris chorum superpelliciatus frequentans in stallis rectoris altaris sancti Iohannis ibidem toti divino officio continendo intersit et legendo et omnibus processionibus indictis et indicendis, dum tamen ex hoc, fraude et dolo penitus exclusis, ipsi leprosi in suis non negligantur sacramentis. Capellam etiam ipsam leprosorum personaliter officiet, redditus eiusdem per se deserviendo, nec alicuius preterquam, ut dictum est, prece seu pretio vicarius seu coadiutor existat quoquomodo. Sermones in capella non faciat nisi leprosis nec infirmos alios quam leprosos visitet seu confessiones audiat quam leprosorum, nisi hoc de rectorum ecclesie beati Reynoldi, qui pro tempore fuerit, processerit voluntate. Non emolumentum pro fidelium memoriis recipiat, nec de aliquibus aliis, per que ius matris ecclesie aliqualiter ledi possit, se intromittat. Ordinantes et statuentes etiam, quod, si ille, qui ad dictam capellam presentandus fuerit, in ordine sacerdotali non extiterit infra annum a die collationis eiusdem

capelle sibi facte numerando ad ordinem presbiteratus se faciat promoveri, nisi legitime fuerit impeditus, alioquin, si promotus ab ipsa capella contumaciter se absentaverit, monicione canonica precedente cadet omnino a iure collationis sibi facte. Et extunc vacabit ipsa capella ad arbitrium consulum Tremoniensium predictorum alteri persone ydonee conferenda. Nos quoque dictam donationem, officiationem atque ordinacionem auctoritate domini nostri Coloniensis predicti approbamus, ratificamus et confirmamus, precipientes in virtute sancte obedientie perpetuo firmiter observari, sigillum nostrum in horum firmitatem una cum sigillo Betrammi, rectoris capelle beati Benedicti prenarrate, presentibus apponendo. Et ego Bertrammus, rector capelle beati Benedicti predictus, considerato, quod ex officiatione capelle sancti Iohannis leprosorum predictorum michi magnum onus nullusque fructus incumbebat, quodque ambas capellas officiare non potui bono modo, in predictam capellarum separationem sponte consensi et consensio per presentes, iuri, si quod michi in eadem capella sancti Iohannis hactenus competiit, libere resignando, sigillum meum in horum evidentiam apposui huic scripto. Actum et datum anno Domini M° CCC^{mo} vicesimo secundo, in vigilia Undecim milium virginum.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 177, Siegel des Propstes (Bild: Halbfigur mit Palmenzweig in der Rechten, Buch in der Linken) anhängend, 2. Siegel ab; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 566, S. 246; Regest: REK IV Nr. 1331.

[1]) Im Kirchspiel Brechten (oder bei Castrop?).

1904

1322 Oktober 24

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren zu Werl verkauft der Werler Bürger Gerwin genannt von Melkester dem Soester Bürger Hermann von Medebeke für ein Kapital von vier Mark und sechs Schillingen eine Rente von vier Schillingen aus seinem Haus am Markt in Werl und zwei damit verbundenen Zimmern. Aus dem Haus ist zuvor eine Rente von einer Mark an das Kloster Himmelpforten zu bezahlen.

Nos Henricus dictus Kôolt et Iohannes dictus Mas, magistri civium, et ceteri .. consules in Werle notum facimus singulis ac universis, quod in nostra presencia constitutus Gerwinus dictus de Melkester, coopidanus noster, una cum Alheydi, uxore sua, et eorum pueris Hermanno, Arnoldo, Henrico, Gerwino, Alheydi et Margareta recognovit manifeste se de eorum omnium consensu et bona voluntate legitime vendidisse discreto viro Hermanno de Medebeke, opidano Sosaciensi, et eius legitimis successoribus pro quatuor marcis et sex solidis denariorum Sosati usualium et bonorum integraliter persolutis ex domo sua et duobus cubiculis annexis sive ex integra illa hereditate iuxta forum nostri opidi sita, post pensionem annuam unius marce denariorum predictorum pertinentem monasterio seu cenobio dicto tho der Hymelporten, quatuor solidorum denariorum prefatorum redditus perpetuis temporibus iure hereditario possidendos. Qui redditus singulis annis pro medietate in festo Pasche et pro reliqua medietate semper in festo beati Mychaelis expedite persolventur. In cuius rei testimonium et robur perpetuum ad preces Gerwini, coopidani nostri, .. uxoris et puerorum predictorum presentem paginam sigillo nostri opidi prefati iussimus roborari, quia premissa singula et omnia fieri vidimus et audivimus rationabiliter coram nobis. Datum et actum coram nobis anno Domini M° CCC^{mo} XX^{mo} secundo, crastino beati Seuerini episcopi.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 119, Siegel der Stadt Werl (WS 71 Nr. 5) abhängend; Abschrift in Msc. VII 5737 (Kopiar des Klosters Wedinghausen) Bl. 104, desgl. Msc. I 209, Bl. 357.

1905

1322 Oktober 27

Gobelin genannt Vaselkamer verkauft dem Konvent in Oelinghausen und dem Bruder Heinrich genannt Surber, Kellner zu Oelinghausen, eine Rente von sieben Schillingen aus seinem Haus in Menden.

Ego Gobelinus dictus Vaselkamer notum facio universis presentes literas visuris et audituris publice protestando, quod cum bona voluntate et consensu .. uxoris mee et omnium heredum meorum vendidi conventui in Olenchusen et fratri Henrico dicto Surber, cellerario ibidem, septem solidos Sûsatiensis monete de domo et hereditate mea in Mendene iure perpetuo quolibet anno tollendos et recipiendos, videlicet quatuor solidos solvendos in festo Pentekostes et tres solidos in festo Michahelis subsequenti. Ut autem conventui in Olenchusen et cellerario ipsius, qui pro tempore fuerit, fiat plena, bona et voluntaria solutio de predictis septem solidis temporibus prenotatis per me Gobelinum Vaselenkamer et heredes meos in presenti tempore et in futuro, et ne aliquis heredum et successorum meorum conventum in Olenchusen et eius cellerarium, qui pro tempore fuerit, inpediat et protrahat in solutione predictorum septem solidorum, ad petitionem conventus in Olenchusen et ad peticionem mei Gobelini Vaselkamer et heredum meorum sigillum opidanorum in Mendene presentibus est appensum. Et nos Iohannes de Wiglo, tunc iudex, Tilemannus de Holthusen et Henricus Suâff, tunc tempore proconsules in Mendene, et alii nostri coopidani et burgenses ibidem, Tilemannus de Hodinchusen, Vôst, Henricus de Vrilinchusen et alii nostri concives quam plures fidedigni venditionem predictam et ordinationem vidimus, audivimus et protestamur sub sigillo nostro presentibus appenso. Datum et actum anno Domini M° CCC^{mo} vicesimo secundo, in vigilia apostolorum Symonis et Iude.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 243, Siegel ab, Rückvermerk (14. Jahrh.): de VII solidis in Mendene, qui dabuntur cellerariie ad ova; *Abschrift des 14. Jahrh., in A des Altertumsvereins Paderborn Cod. 348 (Kopiar des Klosters Oelinghausen) S. 187; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 256.*

1906

1322 Oktober 27

Bischof Ludwig von Münster erklärt, er werde als Schlichter in der Fehde zwischen dem Kölner Erzbischof Heinrich und seinem Neffen, dem Grafen Heinrich von Waldeck, nicht verkünden, daß die erst vor kurzem errichtete Burg Marsberg niedergelegt werden muß, wenn nicht die vom Grafen ebenfalls erst vor kurzem angelegte Wetterburg ebenfalls zerstört wird[1].

Universis praesentia visuris nos Ludewicus Dei gratia Monasteriensis ecclesiae episcopus notum facimus, quod, si inter reverendum in Christo patrem et dominum nostrum Henricum, sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopum et Henricum comitem de Waldecken, nepotem nostrum, contingant nos, sicut idem dominus noster archiepiscopus hoc fidei nostrae commisit, de guerra inter eos mota compositionem ordinare, quod in ordinatione eadem castrum Marsbergh ex parte ipsius archiepiscopi de novo constructum non pronuntiabimus debere derui vel deponi, nisi castrum Wetterbergh ex parte ipsius comitis similiter de novo constructum sub eodem contextu pronuntiemus fore deruendum et deponendum. Dantes has nostras literas in testimonium super eo.

Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii III S. 84; Abschrift des 19. Jahrh., StAM, Soest-Köln Urk. Nr. 15c; Druck: WUB VIII Nr. 1606, WUB IX Nr. 2201 (unter dem Datum Oktober 28); Regest: REK IV Nr. 1334.

[1]) Vergl. die Urkunden von 1321 Juni 6.

1907

1322 Oktober 27 bei Sinsen

Erzbischof Heinrich von Köln und Ropert Graf von Virneburg, Marschall von Westfalen, schließen mit dem Bischof Ludwig von Münster ein Bündnis zu gegenseitigem Hilfe zum Schutz der Rechte und Güter ihrer Stifte. Ausgenommen wird die Beistandspflicht seitens des Erzbischofs gegen die Grafen Adolf von Berg

und Wilhelm von Arnsberg, seitens des Bischofs Ludwig gegen den Landgrafen Otto von Hessen sowie die Grafen Heinrich von Waldeck, Godfried von Sayn und Johannes von Ziegenhain, seine Neffen. Die Amtsleute beider Seiten sind ebenfalls zur Einhaltung des Bündnisses verpflichtet[1].

Nos Henricus Dei gratia Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, et Ropertus comes de Virneburg, marscalcus Westphalie, notum facimus, quod cum venerabili in Christo patre domino Ludewico, episcopo Monasteriensi, super mutua assistentia per nos ipsi et per eum nobis econverso pro Coloniensis et Monasteriensis ecclesiarum iuribus et bonis hincinde conservandis et defendendis diebus nostris facienda, sic nos cum ipso et ipse nobiscum concordavimus, quod promisimus et promittimus eidem fide prestita corporali loco iuramenti assistere contra quoslibet suos et ecclesie sue invasores cum hominibus et potentia nostra de munitionibus nostris quibuscumque ad hoc magis aptis infra mensem, postquam per ipsum vel ex parte sui super hoc fuerimus requisiti, hoc adiecto, quod nos pro nobis Adolphum de Monte et Wilhelmum de Arnsberg, comites, et ipse dominus episcopus Monasteriensis pro se Ottonem lantgravium Hassie, Henricum de Waldecge, Godefridum de Seyne et Iohannem de Zicgenhagen, comites, nepotes suos, ab hiis excipimus et excepit, sic tamen, quod, si aliquis dictorum a premissis exceptorum iuvare vellet, inimicos illius, a quo est exceptus, et excipientis fieret inimicus, tunc et contra eum sicut principalem inimicum alter nostrum alteri assistet bona fide. Item etiam[a] dominus Monasteriensis episcopus antiquam confederationem suam cum Theoderico de Cleue factam modo simili ab hiis excepit. Et ut hec confederacio firmius observetur, volumus, quod, si dictum dominum Ropertum comitem officium marscalcatus dimittere contigerit, quod marscalcus alius, quicumque pro tempore existens, et alii officiati nostri, quicumque nunc et pro tempore existentes, ad hanc eandem assistentiam ipsi domino Monasteriensi episcopo se astringant et similiter officiati ipsius domini Monasteriensis episcopi nunc et pro tempore existentes marscalco nostro et aliis officiatis nostris ad assistentiam nobis faciendam viceversa modo simili se astringant et ad hoc iuramentis suis ad invicem obligentur, ita quod alter alterum contra ecclesiarum nostrarum hincinde invasores absque protractione, dum super hoc requisitus fuerit, iuvet, nulla excusatione in contrarium valitura. In horum testimonium sigilla nostra duximus presentibus apponenda. Datum apud villam Synse inter Rekelinchusen et Halteren sita, anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo secundo, in vigilia beatorum Symonis et Iude apostolorum.

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster, Urk. III Bb Nr. 11, Siegel des Erzbischofs (stark beschädigt) anhängend.

[1]) Die Gegenurkunde mit Bischof Ludwig von Münster als Aussteller: HStAD, Kurköln Urk. Nr. 536; Abschrift Kindlingers um 1800 StAM, Msc. II 15, S. 209; Druck: WUB VIII Nr. 1605; Lacomblet UB II Nr. 46; Regest: REK IV Nr. 1333.

[a]) Über der Zeile eingefügt.

1908

1322 Oktober 28

Mauritz Hamer, Sohn des Lodewich Ecgherdinch, ehemals Bürger zu Soest, verzichtet vor Ratsherren zu Lübeck zugunsten seines Bruders Herbord Hamer, Bürger zu Lübeck, auf alle Güter in und bei Soest.

Notum sit, quod Mauricius Hamer, filius Lodowici Ecgherdinch, civis olim Sosatiensis, constitutus coram consulibus resignavit suo fratri Herbordo Hamer, nostro concivi, ibidem presenti omnia sua bona mobilia et immobilia in Sosato et extra prope civitatem ipsam in hereditatibus et in agris pheodalibus vel censualibus, dictis paghtgod, existencia, et in redditibus iam depositis et deponendis vel in quibuscunque bonis existant, et renunciavit omni suo iuri et actioni sibi in hiis hactenus conpetentibus vel conpetere valentibus in futurum. Huius rei testes sunt domini consules Hinricus de Plezcowe et Iohannes de Guztrowe. Actum anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, in die beatorum Symonis et Iude apostolorum.

Wiedergabe nach dem Lübecker UB II Nr. 428, S. 376; Regest: Soester Zeitschrift 41, S. 51.

1909

1322 Oktober 29

Erzbischof Heinrich von Köln schließt mit Zustimmung des Domkapitels mit Bischof Ludwig von Münster ein Bündnis: 1. Beide Seiten versprechen sich Hilfe bei einem Angriff anderer. 2. Die Pflicht zum Beistand besteht nicht, wenn sich das Vorgehen einer Seite gegen den Apostolischen Stuhl oder das Reich richtet. 3. An der Lippe, die die Grenze zwischen den beiden Diözesen bildet, sollen beide Seiten ohne Einbeziehung der betreffenden Einkünfte zwei Burgen gemeinsam besitzen, die Burg Hovestadt bei Soest und eine zwischen Dorsten und Lünen auf gemeinsame Kosten zu erbauende Burg. Um den Bischof von Münster stärker an das Bündnis zu binden, schenkt ihm Erzbischof Heinrich die Hälfte der Burg Hovestadt. Zu den 16 dort vorhandenen Burgmannen soll der Bischof vier hinzufügen. Diese sollen ihren Wohnplatz im Umgang der Burg haben und die gleichen Weide- und Holzrechte wie die übrigen genießen. 4. Auf der neuen Burg zwischen Lünen und Dorsten sollen beide Seiten je acht oder zumindest vier Burgmannen ansetzen und mit den entsprechenden Einkünften bzw. Burgmannslehen versehen. Wenn ein neuer Burgmann bestellt wird, hat dieser sowohl zu Hovestadt wie auf der neuen Burg beiden Herren Treue zu geloben. 5. Beide Burgen sollen vier Zugbrücken haben, die auf den Fluß oder das Land gehen, wobei je zwei auf die beiden Diözesen gerichtet sind, so daß der Zugang zu diesen erleichtert wird. 6. Die Burgmannen haben der anderen Seite, wenn diese in Bedrängnis gerät, Beistand zu leisten. Wenn zwischen den beiden Bistümern, Vasallen, Bürgern oder Leuten eine Auseinandersetzung entstehen sollte, haben sie die Burgen zu bewachen und dürfen die beiden Herren und deren Untertanen nicht auf die Burgen lassen und keine Seite gegen die andere unterstützen. Sie sollen vielmehr, wenn sie dazu aufgefordert werden, zusammenkommen und sich bemühen, den Zwist zu schlichten. Wenn ein Burgmann gegen diese Bestimmung verstößt, verliert er sein Burglehen. In anderen Fehden dürfen sich aber beide Seiten der Befestigungen bedienen. 7. Wenn jemand die Errichtung der Burg zwischen Lünen und Dorsten zu verhindern sucht, werden beide Seite solche Versuche abwehren. In einer gemeinsam geführten Fehde darf keine Seite einseitig Frieden schließen. 8. Der Erzbischof trägt dem Marschall in Westfalen und allen seinen Beamten in Westfalen auf, nach ihrem Amtsantritt, wenn sie vom Bischof von Münster dazu aufgefordert werden, innerhalb einer Frist von einem Monat dem Bischof und seinem Stift Beistand zu versprechen. Wenn sie das unterlassen, wird ein anderer für sie eingesetzt. Der Bischof von Münster will entsprechend verfahren. 9. Beamte, Untertanen und Bürger dürfen, wenn sie von Angreifern in der Kölner Diözese an Leib und Gut bedrängt werden, diese in die münstersche Diözese verfolgen. Die dortigen Beamten werden sie unterstützen und die Flüchtigen nicht in die Befestigungen aufnehmen. In einem Notfall dürfen sich die Beamten und Leute des Erzbischofs gegen die Feinde der Befestigungen des Bistums Münster bedienen. Das gleiche gilt im Gegenzug auch für den Bischof von Münster und seine Leute. 10. Um das Entstehen von Fehden zu verhindern bzw. entstandene beizulegen, oder wenn der Bischof von Münster und sein Stift gegenüber dem Kölner Erzbischof und sein Stift eine Forderung erhebt, wird ein Gremium bestellt, das von kölnischer Seite mit einem Prälaten oder einem Mitglied des Domkapitels, einem Vasallen der kölnischen Kirche und einem Bürger von Soest besetzt wird, auf münsterscher Seite mit einem Prälaten oder Mitglied des Domkapitels zu Münster, einem Vasallen des Bischofs und einem Bürger von Münster. Wenn sich diese Schlichter nicht einigen können, werden sie einen Oberschiedsrichter wählen, dessen Spruch dann gültig sein wird. Kleinere Auseinandersetzungen unter den Untertanen der beiden Bistümer sollen die Amtsleute beider Seiten bei auf Verlangen einberufenen Zusammenkünften beilegen. Untertanen des Erzstifts können ihre Beschwerden über Angehörige des Bistums Münster bei den dortigen Amtsleuten vorbringen und dort ihr Recht suchen. Das gilt auch für den umgekehrten Fall.

Universis presentes litteras visuris et audituris in perpetuum. .. Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, salutem in omnium Salvatore. Quamquam inter ecclesiam nostram Coloniensem tamquam metropolitanam et ecclesiam Monasteriensem tamquam suffraganeam eiusdem iure communi specialis sit connexio, tamen, ut, quo specialius coniunguntur invicem, eo fidelius connexionem eandem observent et ea observata tamquam coniuncte invasoribus suis forcius resistere

valeant et se defendere contra eos, de capituli nostri Coloniensis consensu ac prelatorum et fidelium ecclesie Coloniensis consilio cum venerabili in Christo patre domino .. Ludewico, Monasteriensis ecclesie episcopo, et ecclesia sua Monasteriensi predicta imitacione dicte connexionis specialis federis pro mutua ecclesiarum nostrarum conservatione et adversariorum nostrorum resistencia unionem inivimus et inimus tenore presentium in hunc modum:

(1) videlicet quod pro nobis et successoribus nostris et ecclesia Coloniensi ipsi domino .. Ludewico, Monasteriensi episcopo, et capitulo suo et Monasteriensi ecclesie et suis successoribus promisimus et promittimus assistere contra quoslibet, munitiones, castra, homines, iura, bona et terram dicte ecclesie violenter invadentes incendiis, rapinis, captivitatibus, obsidionibus et quibuscumque aliis viis per abusum potencie secularis nunc et in perpetuum, quando et quociens nos vel nostri successores ex parte ipsius domini Monasteriensis episcopi vel suorum successorum fuerimus requisiti, cum potencia nostra, qua secundum status exigentiam hoc ei et ecclesie sue fuerit oportunum, dilatione vel excusatione nulla in hoc quesita vel querenda ex aliqua causa nunc suborta vel que in futurum poterit suboriri. Assistentiam tamen huiusmodi a die, qua super hoc requisiti fuerimus, ultra mensem unum facere nullatenus differemus. Et ad hec eadem idem dominus episcopus et successores sui ac ecclesia Monasteriensis nobis et successoribus nostris et ecclesie Coloniensi sunt astricti viceversa.

(2) Utrobique tamen tam nos quam ipse pro nobis et ecclesiis nostris hinc inde auctoritatem sedis Apostolice et sacrum Romanum imperium, ut nullus nostrum contra hec alteri teneatur assistere, excipimus per presentes.

(3) Verum ut premissa defensio et conservatio iurium ecclesiarum nostrarum convenientius procedat et perduret et unio huiusmodi inter Coloniensem et Monasteriensem ecclesias, ut est facta, magis stabilietur et felicia dante Domino recipiat incrementa, decrevimus, ut nos et dictus dominus Monasteriensis episcopus nostrique successores et ecclesie nostre utrobique perpetuo iuxta fluvium dictum Lyppia, qui distinguit dyoceses nostras duo castra seu munitiones ipsis ecclesiis nostris communes de cetero habeamus pro transitu faciliori per easdem habendo hinc et inde et defensione convenientiori contra hostes nostros atque suos. Quorum unum erit castrum nostrum Houestat iuxta Susatum, quod nostrum et ecclesie Coloniensis purum fuit ab antiquo et est allodium, et aliud in loco ad hec apto et congruenti inter Lunen et Durstene situato, de quo quidem loco pro utilitate ecclesiarum nostrarum hinc inde duxerimus nos et dictus Monasteriensis episcopus concordandum, communiter construemus et fieri faciemus expensis communibus et laboribus circa structuram eandem faciendam sub hac forma, quod, ut dictus Monasteriensis episcopus seu successores et ecclesia Monasteriensis nobis et successoribus nostris et ecclesie Coloniensi in premissorum observancia fortius astringantur, medietatem dicti castri nostri Houestat et munitionis ibidem faciende, prout in longum et in latum se extendit, redditibus nostris exceptis, quos nobis, ut prius eos habuimus, reservamus, cum castrensibus et omni eo iure, quo nobis et ecclesie nostre hactenus [attinent][a], ipsi domino Monasteriensi episcopo et ecclesie Monasteriensi dono damus ab ipsis inantea tenendum et habendum, hoc adiecto, quod idem dominus Monasteriensis episcopus pro se et ecclesia sua sedecim castrensibus, quos nos et ecclesia nostra in ipso castro hactenus habuit, separatim quatuor novos castrenses, bone nationis et fame homines, de perpetuis et certis redditibus tantumdem pro feodo castrensi sicut ceteri sedecim castrenses predicti separatim habent, eis assignando superaddet, faciet et constituet, sic quod in universo in castro ipso viginti castrenses ammodo habeantur. Qui quatuor sic superadditi loca sua habebunt infra ambitum dicti castri seu munitionis ibidem faciende et ius castrense ac communitatem seu participationem in pascuis et lignis habebunt, sicut ceteri sedecim castrenses ab antiquo ibidem hiis sunt usi.

(4) Preterea, ut predicitur, tam nos quam ipse dominus Monasteriensis in dicto loco inter Lunen et Durstene castrum nobis utrisque commune construemus, in quo idem dominus episcopus octo castrenses et nos totidem, si voluerimus, vel ad minus quatuor faciet et faciemus, et quibus nostrum dabit castrensibus huiusmodi a se institutis bona perpetua more castrensium pro feodo eorum castrensi habenda. Et in ipso castro

residebunt et iure ac consuetudine aliorum castrensium ecclesiarum nostrarum fruentur et gaudebunt. Et erunt dicti castrenses utriusque castri tam in Houestat quam in dicto loco inter Lunen et Durstene communes nobis et ipsi domino episcopo, successoribus nostris et ecclesiis Coloniensi et Monasteriensi predictis et fidelitatem facient equaliter uni sicut alteri, quando et quociens novus archiepiscopus Coloniensis vel episcopus Monasteriensis creatur seu castrensis de novo fuerit admittendus.

(5) De dictis castris habebuntur quatuor pontes versatiles per fluvium Lyppie predictum seu per terram, prout hoc magis convenerit. Quorum pontium duo versus dyocesim nostram et duo versus dyocesim Monasteriensem dirigentur, ut transitus ad utrasque dyoceses, dum hoc expedierit, promptior habeatur.

(6) Dictique etiam castrenses utriusque castri ecclesiis predictis, videlicet Coloniensi et Monasteriensi in solidum, quociens hoc incubuerit, ad assistendum ipsis ecclesiis in omnibus earum necessitatibus, ut castrenses manebunt et esse debent sub iuramentis suis prestitis obligati. Sed si, quod absit, inter ipsas ecclesias nostras, earum vasallos, fideles, opidanos et homines quocumque modo aliqua dierum discordia oriretur, tunc castra ipsa custodient nec nos contra ecclesiam Coloniensem nec ipsum dominum Monasteriensem contra nos aut ecclesiam Coloniensem aut subditos nostros ad ipsa castra admittent ec alteram ecclesiam contra alteram iuvabunt consilio vel auxilio in tali guerra, sed sub iuramentis suis prestitis, si super hoc ab altera ecclesiarum vel ambabus requisiti fuerint, ad invicem convenient et viis, quibus poterunt, laborabunt discordiam subortam sedare in amicicia vel in iure. Si vero aliquis eorum contra premissa partem aliquam tenendo alteri ecclesie contra alteram assisteret in tali guerra, extunc castrensi feodo suo, quod eo ipso ei, a quo id habet, vacet, sit privatus et alii ydoneo premissa observanti conferatur. Nec sic privatus in aliqua munitionum seu loco spectante ad ecclesias utrasque in castrensem de cetero assumatur. In aliis vero guerris et factis ecclesiarum nostrarum nos et successores nostri nos et successores nostri et ipse dominus Monasteriensis et successores sui et ecclesia Monasteriensis utrobique poterimus et debebimus et nostri subditi de ipsis castris se iuvare et defendere coniunctim vel divisim contra quoslibet sicut de castris nostris et suis propriis nulla distinctione vel exceptione in hoc obstante omni hora et tempore, quando et quotiens hoc nobis et ecclesie nostre seu ipsi domino Monasteriensi et ecclesie sue videbitur expedire.

(7) Et si quis castri predicti inter Lunen et Durstene edificationem inpedire vel ipsa castra vel eorum aliquod obsidere vel invadere presumeret, hoc communiter defendemus nec in communi guerra, si quam contra hostes nostros habuerimus, alter sine altero treugas seu compositionem faciet vel inibit.

(8) Insuper, ut premissa firmius observentur, volumus et mandamus, marschalco nostro Westfalie et aliis officiatis nunc et pro tempore existentibus, ut, postquam officiis nostris per nos prefecti fuerint et per dominum Monasteriensem vel eius successores seu Monasteriensem ecclesiam super hoc requisiti fuerint, infra mensem post requisitionem huiusmodi exposito eius tenore presentis litere iurent assistenciam predictam ipsi domino Monasteriensi et ecclesie sue facere absque fraude nostro super hoc mandato non exspectato. Quod si facere denegaverint, alium officiatum infra mensem, postquam a dicto Monasteriensi episcopo vel eius successoribus requisiti fuerimus, substituemus loco sui negantis sic iurare, qui iuret, ut est dictum. Et id idem officiati domini Monasteriensis episcopi et ecclesie sue seu successorum suorum nunc et in futurum existentes iurabunt. Alias pene simili subiacebunt.

(9) Officiati eciam nostri, fideles et opidani ac homines, si qui eos in nostra dyocesi in personis vel rebus invaderent, ad dyocesim Monasteriensem confugiendo tales ad eandem dyocesim insequi poterunt et officiati ecclesie Monasteriensis contra tales eis assistent pro tali violentia reppellenda nec in aliqua munitionum Monasteriensis ecclesie tales contra nos et ecclesiam nostram se iuvabunt. Immo in quacumque necessitate officiati et homines nostri de ipsius Monasteriensis ecclesie munitionibus sicut de nostris propriis munitionibus contra hostes suos se iuvare poterunt et debebunt. Et eodem modo officiati, homines et opidani Monasteriensis ecclesie ad terram nostram suos hostes insequi poterunt et de nostris munitionibus se iuvare contra ipsos.

(10) Ut autem de guerris suscitatione caveatur et, si suscitate fuerint, componantur, volumus, ut, si dictus Monasteriensis episcopus vel ecclesia Monasteriensis erga nos aut ecclesiam nostram aliquam pro tempore inpetitionem habuerint, quod nos requisiti ex parte ipsius domini episcopi, successorum suorum vel ecclesie sue adiungamus tres personas ex parte nostra, videlicet unum prelatum vel canonicum maioris ecclesie et unum vasallum Coloniensis ecclesie ac unum opidanum Susatiensem, qui cum uno prelato seu canonico maioris ecclesie, vasallo et uno cive Monasteriensi ex parte ecclesie Monasteriensis adiungendi hinc inde conveniant in Houestat vel in castro inter Lunen et Durstene supradicto seu in loco alio, de quo inter se duxerint concordandum, infra mensem, postquam super hoc pars, que sibi dicit iniuriam fieri, alteram duxerit requirendam, et audita veritate quovis eam decidant in amicitia vel in iure. Quorum decisioni promittimus parere sub periculo cause et aliis cautionibus, quas iuxta facti circumstantias invenerint et statuerint circa ista. Et quelibet partium habebit suos mediatores tales, quod sine protractione, antequam dissentio invalescat, conveniant super istis. Si vero concordare nequirent, eligent communiter superiorem mediatorem, et quod ille cum maiori parte predictorum de questione eadem pronunciaverit, sub pena eadem manebit ratum. Minores tamen questiones, que inter subditos nostros exorirerentur, officiati nostri adinvicem convenientes decident, dum aliquis officiatorum alium super hoc duxerit requirendum, ita tamen, quod subditi nostri, si aliquem de subditis ecclesie Monasteriensis inpetere voluerint, officiatum ecclesie Monasteriensis, sub quo talis resederit, requirent ante omnia, ut eum talem habeat, quod sibi iusticiam faciat vel amorem, et eodem modo fiet id idem de subditis nostris per officiatos nostros subditis ecclesie Monasteriensis in casu suo.

Et ne lapsu temporis huiusmodi unio evanescat, condictum est, inter nos et dictum dominum episcopum et ecclesias nostras hinc inde, quod quotiens mutatio pastorum ecclesiarum ipsarum facta fuerit, pastor de novo alteri ecclesiarum prefectus cum altero superstite infra mensem, postquam super hoc ab eodem requisitus fuerit, quod premissa fideliter observet, sub iuramento a se corporaliter prestando pro se et ecclesia sua promittet et innovando hec eadem observabit. Promittimus itaque prefato domino .. Ludewico pro se et successoribus suis et ecclesia Monasteriensi stipulanti premissa omnia et singula pro nosse et posse fide prestita corporali interposito iuramento firmiter observare, omni fraude et dolo in hiis exclusis, prout idem dominus Monasteriensis episcopus nobis et ecclesie nostre et successoribus nostris ad hec eadem pro se et successoribus suis et ecclesia[b] Monasteriensi fide prestita corporali interposito iuramento similiter se astrinxit. In cuius rei testimonium presentes literas nostro et capituli nostri Coloniensis sigillis fecimus communiri, receptis literis consimilibus ab ipso domino Monasteriensi episcopo suo et capituli sui Monasteriensis sigillis sigillatis[c]. Et nos capitulum Coloniense sperantes verisimiliter ecclesie Coloniensis iura, bona et libertates debere per premissa defendi melius et conservari, sigillum ecclesie Coloniensis ad preces reverendi in Christo patris ac domini nostri domini .. Henrici, Coloniensis ecclesie archiepiscopi predicti, duximus in horum firmitatem et testimonium presentibus apponendum. Datum et actum anno Domini millesimo CCC[mo] vicesimo secundo, crastino beatorum Symonis et Iude apostolorum.

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster, Urk. III Bb Nr. 12, Siegel des Erzbischofs lose beiliegend, das des Kölner Domkapitels anhängend; gleichzeitige Abschrift, Pergamentblatt auf beiden Seiten beschrieben, Fürstbistum Münster, Urk. Nr. 386; Abschrift Kindlingers um 1800; Msc. II 3 Nr. 108; Druck: WUB VIII Nr. 1607; Regest: REK IV Nr. 1335; Gegenurkunde mit Bischof Ludwig als Aussteller: Abschrift des 14. Jahrh., HStAD, Kurköln Urk. Nr. 271; Abschrift des 18. Jahrh.: StAM, Vest. Recklinghausen, Urk. Nr. 6 A.

[a]) Das fehlende Verbum so vielleicht zu ergänzen; [b]) in der Vorlage „ecclesie"; [c]) das Ende des Wortes korrigiert.

1910

1322 Oktober 31

Der Knappe Wessel von Hattingen verkauft für 25 Mark der Äbtissin und dem Konvent des Zisterzienserinnenklosters Gevelsberg seine Güter zu Vledinchusen[1] *mit dem Eigentumsrecht und den die Güter bewohnenden Irmenrich mit dessen Frau und Kindern. Nachdem Wessel von Hattingen Irmenrich und des-*

sen Angehörige aus der Eigenhörigkeit entlassen hat, begeben sich diese in die Wachszinsigkeit des Klosters, wobei dann ihre nunmehrigen Verpflichtungen aufgeführt werden.

Universis has presentes literas visuris vel audituris ego Wesselus dictus de Hattnegge, armiger, notum facio, quod ego de consensu et voluntate uxoris mee et heredum meorum bona mea in Vledinchuysen, sita in parrochia et in districtu in Hatnegen, et proprietatem dictorum bonorum cum omni iure et pertinenciis, qualicumque nomine censeantur, prout ad me spectabant, nec non et Irmenricum de Vledinchusen et uxorem ipsius cum liberis eorundem dicta bona inhabitantes, tytulo condicionis servilis mihi attinentes, quos manumisi et presentibus manumitto iusto empcionis et vendicionis titulo vendidi religiosis dominabus abbatisse et conventui in Geuelsberge Cisterciensis ordinis pro vinginti quinque marcis monete Susaciensis mihi numeratis et assignatis. Nec contra huiusmodi contractum ego vel heredes mei presentes vel futuri ullo umquam tempore veniemus, omni dolo et fraude et cuiuslibet iuris vel facti consilio exclusis penitus in premissis. Et ego Irmenricus de Vledinchusen predictus cum uxore et liberis meis predictis recognoscentes premissa omnia et singula esse vera, notum facimus, quod per dictum Wesselum de Hatnege, armigerum, ut premittitur, manumissi nos perpetuo cerocensuales dedimus ecclesie in Giuelsberge predicte, ita quod quilibet nostrum et singuli de posteritate nostra annuatim duos denarios pagamenti in parrochia et districtu in Hatnege communiter pro tempore currentis in vita sua persolvent. In morte vero cuiuslibet sex denarii iam dicti pagamenti dicte ecclesie persolventur. Item pro licentia coniugii quilibet nostre posteritatis utriusque sexus sex denarios eiusdem pagamenti persolvet. Item quando dicta bona vacare totaliter per mortem nostram seu heredum nostrorum contigerit, pro concessione et investura dictorum bonorum tres solidi usuales et communiter in Hatnege currentes, sed pro concessione et investura unius manus decem et octo denarii dicti pagamenti prefate ecclesie persolventur. Ceterum ego Irmenricus cum uxore et liberis meis predictis publice profitemur nos unam marcam pagamenti in Hatnegen communiter pro tempore currentis et usualis in dictis bonis in Vledinchusen iusto empcionis et vendicionis titulo hereditarie vendidisse dictis religiosis dominabus abbatisse et conventui in Giuelsberge pro determinata summa pecunie nobis numerata et assignata. Quam marcam dicte ecclesie in Giuelsberge annuatim in festo beati Martini hiemalis persolvemus et heredes nostri perpetuo persolvent, dolo et fraude et cuiuslibet iuris et facti auxilio pro nobis similiter exstirpatis. In quorum omnium testimonium nos Demudis, abbatissa, totusque conventus in Geuelsberge ex una parte et ego Wesselus de Hatnege, armiger, ex altera, item ego Irmenricus de Vledinchusen pro me et uxore heredibusque meis rogavimus discretum virum Henricum de Schepen, iudicem in Hatnegen, sigillum suum presentibus apponere, cui et ego Wesselus de Hatnegen sigillum meum duxi apponendum. Et ego Henricus de Schepen, iudex in Hatnegen, ad peticionem dictarum parcium sigillum meum presentibus duxi apponendum. Actum presentibus honorabilibus viris Iohanne de Crawinklure dicto Weye, milite[a] Henrico de Dungelenn, Iohanne dicto Weite, Bernardo de Munkebecke, armigeris, Henrico de Schepen, predicto iudice in Hatnege, Volquino de Sprochuuele, Wulberone de Kuwede et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno Domini millesimo CCC^{mo} vicesimo secundo, in vigilia Omnium sanctorum.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. VII 6106 (Kopiar des Klosters Gevelsberg), Nr. 59; Druck: WZ 71 II S. 46 (als Beispiel für Wachszinsigkeit).

[a]) In der Vorlage, obwohl nur eine Person genannt wird: „militibus".

[1]) Oder „Uledinchusen"? Das im Kirchspiel Hattingen gelegene Gut nicht weiter identifiziert. Es wird erwähnt in dem Mitte des 14. Jahrhunderts angelegten Rentbuch des Klosters (im Findbuch zur Zeit auf S. 104 zwischen „Breydin Lo" und „Hunninchusen").

1911

1322 Oktober 31

Verordnung des Kaisers Albrecht des Bayern über die hofhörigen Güter[1].

Imperatoris Alberti Bavari constitutio von den hoffhörigen guetern. ... Datum ... dartien hondert und d[ar] noch in den twehe und twintigsten jahr op Aller heyligen avent, onses rycks int vierde jahr.

Abschrift des 16. Jahrh., Vestisches A Recklinghausen, HAA VIII B 246; Rückvermerk: ... Dorsten, pacquet 1 (wegen der Dubiosität nicht weiter berücksichtigt).

[1]) Dubiose Urkunde wegen Nichtübereinstimmung der Regierungszeit Albrechts (1298–1308), vielleicht Verwechslung mit Ludwig dem Bayern, aber auch da widersprüchlich.

1912

1322 November 5

Die Bürgermeister und Ratsheren der Stadt Soest nehmen das neue Hospital Mariengarten in ihre Obhut und unterstellen es der Aufsicht und Verwaltung von zwei Ratsherren. Diese haben das Recht, Frauen zur Pflege der Kranken zu bestellen und sie wieder zu entlassen. Niemand darf gegen Geld oder Güterzuwendung aufgenommen werden. Die tatsächlich Kranken und die, die sich selber nicht helfen können, dürfen nur für die Dauer ihrer Erkrankung behalten werden.

Nos Bruno dictus Make, Iohannes de Lunnen, magistri consulum, et ceteri consules in Sosato notum facimus singulis ac universis presentes literas visuris vel audituris, quod novum hospitale, quod est situm in nostro opido et vocatum ad Ortum sancte Marie, in nostram gubernationem recepimus et tutelam. Propter quod volumus et statuimus perpetuo observandum, quod .. consules, qui pro tempore fuerint, duos probos viros de suo consilio existentes dicto hospitali preficiant, qui ipsum regant et eidem suo maturo consilio provideant, sicuti fuerit oportunum. Qui duo habebunt posse plenum sibi assumendi unam vel vel duas probas et honestas matronas vel puellas pro commodo et utilitate infirmorum hospitalis antedicti et destituendi easdem, quando et quociens ipsis visum fuerit expedire. Volumus insuper, quod nullus hominum ad ipsum hospitale recipiatur pro pecunia, rebus vel bonis aliquibus, sed vere pauperes et debiles sibi ipsis subvenire nequentes pure propter Deum ad idem recipiantur et in eodem, ut moris est, humane procurentur. Qui, dum tantas vires resumpserint, quod stare et ambulare valeant, amoveantur ab eodem, ut alii in locum illorum per discretionem et providenciam illorum, quibus pro tempore commissum est, revocentur. Et in huius rei testimonium et perpetuam observanciam iussimus sigillum nostri opidi apponi huic scripto. Actum presentibus proconsulibus predictis nec non Iohanne de Lunen, Richardo de Suderlande, Hermanno Cubec, Arnoldo Scotten, Theoderico de Medrike, Godscalco van den Dome, Arnoldo Wenken, Iohanne van der Mölen, .. dicto Bolike van der Winden, Godscalco de Hemzode, Marquardo van den Lo et toto consilio Sosaciensi. Datum feria sexta post festum Omnium sanctorum anno Domini M° CCC^{mo} XX^{mo} secundo.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk. A Nr. 9012, Siegel der Stadt Soest (untere Hälfte abgebrochen) abhängend; Druck: SUB II Nr. 591; Regest: Klocke, Soester Wohlfahrtsanstalten (Großer Mariengarten) Nr. 7.

1913

1322 November 22

Vor den Bürgermeistern und dem Rat zu Werl verkauft der Werler Bürger Gottschalk genannt Budde erneut an Dechant und Kapitel von (St. Patrokli) in Soest eine Rente von drei Schillingen aus seinem Haus in Werl.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Iohannes dictus Mas et Henricus dictus Kouolt, proconsules in Werle, totumque consilium ibidem notum facimus et publice protestamur, quod constituti coram nobis Godescalcus dictus Budde, Wendelburgis, eius uxor, Godescalcus, eius filius, nec non Haseke, Iûtta, Margareta et Cunegundis ac Cristina et Wendele, filie sue, nostri coopidani, recognoverunt se de novo vendidisse venerabilibus viris dominis .. decano et capitulo ecclesie Sosaciensis pro pecunia competente eis soluta et tradita ex domo et ex totali hereditate sua in opido nostro sita, de qua nulla pensio seu census solvitur nisi quatuor solidi areales et tres solidi, quos antea ipsi Godescalcus et heredes sui eisdem dominis ex ipsa domo et

hereditate in quolibet festo Nativitatis Domini dandos vendiderunt, ex nunc in antea alios trium[a] solidorum redditus tollendos et iure hereditario perpetuis temporibus possidendos. Qui trium[b] solidorum redditus de novo venditi prefatis dominis in quolibet festo Michaelis in opido Sosaciensi sine aliquibus sumptibus eorum debebunt presentari. Huius igitur rei testes sunt Hermannus Tecke, Hermannus Bars, Rotgerus Passe, Arnoldus Knop, Henricus Prosekese, Gerhardus Carpentarius et alii consules opidi nostri. In cuius rei testimonium ad peticionem partium hinc inde sigillum nostre civitatis presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo secundo, in die beate Cecilie virginis.

Ausf., Perg., Stadt A Soest Urk. A Nr. 6541, Siegel der Stadt Werl (stark beschädigt) anhängend; Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII 6102 (Kopiar des Stifts St. Patrokli Soest), Bl. 62v; Abschrift Vorwercks in Stadt A Soest Hs. V 73, S. 136.

[a]) In der Vorlage „tres"; [b]) desgl.

1914

1322 November 26

Der Ritter Hunold von Plettenberg verzichtet für acht Mark auf den Hof zwischen den Beken im Dorf Bettinghausen und Kirchspiel Oestinghausen, den er vom Liesborner Abt Florin zu Lehen hatte. Dieser dotiert damit den Altar bzw. die zu Ehren der Gottesmutter unter dem Turm der Klosterkirche errichtete Kapelle.

In nomine Domini amen. Nos Hunoldus de Plettenbracht, miles, Gosta, uxor mea legitima, atque veri .. heredes nostri universis in perpetuum presentes literas visuris vel audituris cum noticia veritatis salutem in omnium Salvatore. Notum igitur fore cupimus presentibus quam futuris protestando plenius in hiis scriptis, quod ego cum maturo consensu et libera voluntate .. uxoris mee atque .. heredum meorum legitimorum predictorum domum nostram dictam twischen den Beken in villa Bettinchusen et parrochia Ostinchusen sitam, quam sub nomine homagii a venerabili viro domino Florino, abbati in Lysbern coluimus et eius proventibus libere freti sumus, eidem domino abbati pro octo marcis denariorum legalium nobis integraliter numeratis, traditis et solutis. Quos denarios, secundum quod nobis veraciter innotuit, cum hiis obventionibus, que ex largitate et pietate tam suorum parentum et amicorum ac fidelium aliorum conparavit et iustissime obvenerunt, quam etiam cum illis, qui sibi accreverunt ex provida moderatione victualium ultra prebendam suam tantum personam suam tangentem, dictam domum prefato domino abbati assignavi et resigno penitus per presentes. Qui divini amoris et flaminis affectu cappellam gloriosissime virginis Marie sub turri infra scepta sui monasterii piissime dotavit cum dicta domo ad usum clerici secularis, qui dictam cappellam seu altare in ipsa ob honorem Dei genitricis virginis Marie constructum provide officiet in futuro, itemque, ut salubris et pie recordationis memoria omnium nostrorum premissorum peragatur fideliter in eadem. In huius rei testimonium nos Hunoldus presentem literam domino Florino, abbati, et cappellano pro tempore existenti nostri sigilli munimine dedimus roboratam. Datum anno Domini M° CCC^mo XX° secundo, in crastino beate Katerine virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Liesborn, Urk. Nr. 123, Siegel des von Plettenberg (gut erhalten, WS 194,2) an roten Seidenfäden anhängend; Abschriften Msc. I 99 (Kopiar des Klosters Liesborn), Bl. 58v; Msc. I 101, Bl. 100v; Msc. I 102, S. 157; Regest: WUB VIII Nr. 1613.

1915

1322 November 26

Dietrich genannt Husmann[1] erklärt, der Ritter Dietrich von Volmerstein könne die Güter zu Frielinghaus[2] bzw. die beiden Höfe, die Thilemann und genannt Hals bebauen, von ihm jährlich für 44 Mark und vier Schillinge zurückkaufen.

Universis Christi fidelibus presens scriptum visuris vel audituris ego Theodericus dictus Husman una cum meis heredibus cupio esse notum, quod honestus vir Theodericus de Volmistene, miles, suique heredes bona Vrylinchusen, ambas domos, quas colunt Thylemannus et dictus Hals, cum hominibus et omnibus attinenciis a me Theoderico Husmanno predicto vel a meis heredibus licite et plane redimere poterit pro quadraginta et quatuor marcis bonorum denariorum Tremoniensium vel equivalencium infra octo dies ante Cathedram beati Petri et infra dies post Cathedram Petri quandocumque die voluerit omni anno, ita videlicet, quod dictorum bonorum redditus quatuor marcarum et quatuor solidorum ante vel a me vel a meis heredibus redempti ad dictum Theodericum de Volmistene, militem, et ad suos heredes revolventur liberaliter et solute. In cuius rei[a] testimonium presens scriptum meo sigillo est sigillatum pro recognicione redempcionis supradicte. Datum et actum anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo secundo, crastino Katerine virginis.

Ausf., Perg., StAM, A von der Recke-Volmarstein (Dep.), Urk. Nr. 9, Siegel ab; Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 29, S. 100 (der ersten Zählung), Regest: Msc. II 30, S. 158, Msc. II 203, S. 100 und S. 103 der 2. Zählung; Druck: UB Volmerstein Nr. 307; Kindlinger, Volmerstein II Nr. 71 bzw. I S. 149.

[a]) Korrigiert.

[1]) Kölnischer Burgmann zu Volmarstein (Krumbholtz, UB Volmerstein Nr. 308, 309, 355); [2]) nach Krumbholtz UB Volmerstein Herzkamp bei Schwelm.

1916

1322 November 27 Amöneburg

Erzbischof Mathias von Mainz macht den Grafen Sifrid von Wittgenstein zum Burgmann in Battenberg. Dieser ist zum Beistand verpflichtet mit Ausnahme gegen den Erzbischof von Köln sowie die Grafen von Nassau und Arnsberg.

Wiedergabe nach Würdtwein, Nova subsidia III Nr. 33, S. 111; Regesten: REK IV Nr. 1347, Vogt, Mainzer Regesten I Nr. 2393.

1917

1322 Dezember 14 Soest

Elburgis von Budike verkauft der Sakristanin bzw. Küsterin des Klosters St. Walburgis vor Soest für vier Mark und sechs Schillinge eine Rente von drei Schillingen aus ihrem Grotehoff beim Stadtgraben von Soest.

In nomine Domini amen. Noverint universi presenica visuri et audituri, quod ego[a] Elburgis de Budike compos mentis et corporis protestor et publice recognosco me rite ac rationabiliter vendidisse pensionem trium solidorum Sosati usualium pro quatuor marcis et sex solidis predictorum denariorum numeratis mihi integraliter et solutis sacriste seu custodi conventus ecclesie sancte Walburgis extra muros Sosatienses de hereditate mea sive area, que dicitur Grotehofh, sita inter domum quondam Borghardi dicti Heruest et murum fosse oppidi, hereditarie sive perpetuo percipiendam et solvendam in festo beati Michaelis singulis annis, contradictione cuiuslibet non obstante. Quam venditionem sive contractum, ut perpetuum robur optineret, omnibus, quorum interest, sub sigillo meo proprio duxi presentibus exponendam et nichilominus sub sigillis discretorum virorum, Iohannis dicti Luttyke, Thome de Attenderne, sacerdotum, ac Laurentii de Medebike, canonici Widenbrugensis, ipsis ad hec per me vocatis specialiter et rogatis. Et nos Iohannes, Thomas et Laurentius predicti, quia huic contractui interfuimus, vidimus et audivimus, subscripsimus sigillaque nostra presentibus apposuimus in testimonium premissorum propter iustas preces Elburgis supradicte. Datum Sosati anno Domini M° CCC^mo^ XXII, in crastino beate Lucie virginis.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 73, Siegel ab; Rückvermerk (17. Jahrh.): .. Grosse hoffe (houe).

[a]) Über der Zeile eingefügt.

1918

1322 Dezember 14

Der Edelherr Bertold von Büren versichert dem Propst und dem Konvent in Oelinghausen, daß in der Fehde zwischen dem Erzstift Köln und dem Verwandten des Edelherrn, Bertold von Wewelsburg, und seinen Helfern der Hof des Klosters in Eiden[1], der von Everhard bewohnt wurde, und die Scheune vor letzteren sicher sein sollen und nicht in Brand gesteckt werden dürfen.

Omnibus hoc scriptum visuris et audituris nos B. nobilis de Buren volumus esse notum, quod nos assecuravimus domum quandam sitam in Eden cum uno horreo sito ibidem, in qua Euerhardus habitaverat, pre nostro cognato B. de Wiuelseburgho et pre omnibus eidem iuvaminibus assistentibus preposito in Olinchusen et conventui ibidem, quousque guerre duraverint inter ecclesiam et dyocesim Coloniensem ex una parte et nostrum cognatum predictum B. parte altera, ita quod predicta domus cum eodem horreo non debebunt ignis incendio per eum nec per suos coadiutores devastari. In huius autem firmum testimonium nos B. nobilis predictus induximus honestum famulum Alberonem dictum Clot, ut ad preces meis hanc literam suo sigillavit sigillo, quia proprio ad presens nos caremus. Datum anno Domini M° CCC° XX°II°, crastina Lucie virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 244, Siegel ab; Rückvermerk (14. Jahrh.): de quadam decima in Eden*; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 257.*

[1]) Wester- bzw. Oestereiden.

1919

1322 Dezember 16 Soest

Hermann, der Sohn des Knappen Wilhelm von Völlinghausen, verzichtet auf alle Ansprüche auf zwei Höfe in Klieve[1], die sein Vater und sein Oheim väterlicherseits, Hermann von Völlinghausen, an das Kloster Oelinghausen zu Zeiten des + Propstes Gerwin verkauft hatten[2].

Notum sit omnibus et singulis, ad quos presentes litere pervenerint, quod Hermannus, filius Wilhelmi de Volkelinchûsen, famuli, coram multis constitutus, quorum nomina subscripta continentur, renunciavit libere et expresse propria ductus voluntate omni iuri, actioni et inpeticioni, que sibi in duobus mansis sitis in Cliue et eorundem pertinenciis quibuscumque olim per patrem suum predictum et Hermannum de Volke linchûsen, patruum suum, rationabiliter venditis .. monasterio in Olinchusen temporibus domini Gerwini, ibidem prepositi felicis recordationis, competere posset nunc et in futurum. In cuius rei testimonium ad preces dicti Hermanni sigilla discretorum virorum, videlicet Gerhardi de Virneburg, sacerdotis, officiati in Houestat, domini Erenfridi de Bredenole, militis, Brunonis dicti Make, Iohannis de Lunen, proconsulum pro tempore in Sosato, Godscalci de Palzode et Bertoldi de Herborne, iudicis Sosaciensis, presentibus sunt appensa. Quod nos .. sigillatores predicti, qui huic facto presentes fuimus, recognoscimus totum fore verum. Fuerunt etiam presentes Wighardus de Enze, Conradus dictus Keghelere, Wighardus de Bredenole, Wilhelmus de Etlen, Wilhelmus de Volkelinchûsen predictus, famuli, Detmarus de Medebeke, Conradus de Hammone, Heynricus de Palude, Iohannes de Hattorpe, opidani in Sosato, et alii quam plures fide digni. Actum et datum in veteri ecclesia Sosatiensi anno Domini M° CCC^{mo} XX^{mo} secundo, feria quinta proxima post diem beate Lucie virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 245, Siegel 1. des von Virneburg (Bild: Hirschgeweih) 3. des Bruno Make (WS 204, 20) und 5. des Godfried von Palsode (WS 206,16) abhängend, die Siegel 2 und 4 ab; Abschrift des 14. Jahrh., in A des Altertumsvereins Paderborn, Cod. 348 (Kopiar des Klosters Oelinghausen), S. 245; desgl. Abschrift des 18. Jahrh. in Akte 110; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 258.

[1]) Nordwestlich von Anröchte; [2]) vergl. Urkunde von 1315 Okt. 30 (WUB XI Nr. 1234); Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 209).

1920

1322 Dezember 21

Bischof Ludwig von Münster genehmigt mit Zustimmung seines Domkapitels die Stiftung eines Altars bzw. die Errichtung einer Kapelle im Turm der Klosterkirche zu Liesborn durch den Abt Florin von Liesborn und die Dotierung mit dem Zehnten in Höntrup im Kirchspiel Herzfeld und mit einem Hof in Bettinghausen in der Pfarrei Oestinghausen. Dafür soll dort das Jahresgedenken der Bischöfe von Münster sowie des Abts Florin und seiner Vorgänger und Nachfolger gefeiert werden.

In nomine sancte et individue trinitatis. Nos Lodewicus Dei gratia Monasteriensis ecclesie episcopus universis presentis[a] et future etatis fidelibus innotescere volumus per presentes, quod, cum dilectus nobis in Christo Florinus abbas monasterii in Lyesberen ordinis sancti Benedicti Monasteriensis dyocesis spiritu consilii salubriter instructus et aliquem ex se fructum in tempore suo desiderans provenire novum plantandi seu creandi beneficium, videlicet altare sub turri in capella abbatis iam dudum in honorem beate et perpetue[b] virginis Marie et Omnium sanctorum consecratum, per abbatem dicti monasterii ex nunc et qui pro tempore fuerit clerico ydoneo seculari conferendum et perpetue possidendum a nostra benignitate licentiam petivisset. Qua licentia a nobis optenta .. abbas predictus nomine dotis de bonis sibi a Deo concessis et collatis, que ultra prebendam suam et sustentationem victualium parcendo potuit obtinere, videlicet decimam in Hoynctorpe cum omnibus suis attinentiis et iuribus ac integritatibus universis, sitam in perrochia Hertvelde, prout ad ipsum pertinebat, necnon domum sive mansum in Bettinchusen cum omnibus suis iuribus et attinentiis sitam in perrochia Ostinchusen ad dicti altaris dotationem dedit, contulit, obtulit et assignavit a clerico seculari, rectore altaris predicti iure proprietatis perpetue possidendas pro memoria .. episcoporum Monasteriensis dyocesis et dicti abbatis et predecessorum ac successorum suorum[c] inibi iugiter peragenda. Cum autem a nobis petitur, quod iustum est et honestum, tam vigor equitatis quam ordo iuris exigit et rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter tuis iustis petitionibus grato concurrentes assensu, donationem, oblationem, assignationem et dotationem cum novi beneficii creatione in capella abbatis predicti factas, ratas habentes approbamus et de consilio honorabilium virorum .. decani et capituli .. ecclesie Monasteriensis predicte confirmamus et presentis scripti patrocinio nostro et ecclesie nostre predicte sigillis fecimus communiri. Et nos .. decanus et .. capitulum ecclesie Monasteriensis predicte in testimonium premissorum omnium presentem paginam sigilli nostri munimine fecimus roborari. Datum et actum anno Domini M° C°C°C° XXII°, ipso die beati Thome apostoli.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Liesborn, Urk. Nr. 125, großes Siegel des Bischofs und des Domkapitels anhängend; Druck: Schmieder, Urk. Liesborn Nr. 156; Regest: WUB VIII Nr. 1618.

[a]) Über der Zeile eingefügt; [b]) das vergessene „r" über der Zeile; [c]) über der Zeile nachgetragen.

1921

1322 Dezember 22

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren der Stadt Werl verkauft der Werler Bürger Jacob genannt Schepere für sechs Mark und sechs Schillinge den Brüdern Johann und Werner von Lunen, beide Bürger zu Soest, eine Rente von sechs Scheffeln Salz aus seinem halben Salzhaus in Werl beim Graben und aus dem von ihm bewohnten Haus in Werl.

Nos Iohannes dictus Mas et Henricus dictus Kouolt, proconsules, et ceteri .. consules universi in Werle notum facimus singulis ac universis, quod Iacobus dictus Schepere et Margareta, eius uxor legitima, nostri coopidani, cum Godschalco, filio suo, coram nobis constituti recognoverunt manifeste, quod pro sex marcis et sex solidis denariorum Sosati usualium et bonorum ipsis totaliter persolutis legitime vendiderunt discretis viris Iohanni et Wernero, fratribus dictis de Lûnen, opidanis Sosaciensibus, et eorum veris heredibus sex modiorum salis mensure Sosaciensis perpetuam et hereditariam pensionem ex dimidia domo sua salinaria et

eius attinentiis sita in nostro opido apud fossam, ex qua annuatim tantum duodecim denarii sunt persolvendi, et ex domo sua in eodem opido, quam ad presens inhabitant, et eius pertinentiis, ex qua annuatim tantum tres solidi denariorum prefatorum presolventur, singulis annis semper in Nativitate beati Iohannis Baptiste expedite persolvendam et in Susato in domum dictorum emptorum absque eorum laboribus et expensis presentanda. In cuius rei testimonium et robur perpetuum ad preces coopidanorum nostrorum prefatorum sigillum nostri opidi sepedicti presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° XX° secundo, crastino beati Thome apostoli.

Insert in StAM, St. Patrokli Soest, Vikarienkommunität Nr. 75 von 1380 November 26.

1922

[1323][1]

Dietrich Herr in Volmarstein bekundet, seine Kapelle in Hinderking[2], an der Priester gewirkt hätten, sei verödet gewesen. Der Priester Johannes, der von ihm die betreffende Pfründe erhalten habe, habe den Ort mit Spenden der Gläubigen mit Gebäuden versehen. Dietrich schenkt nun den von ihm in bescheidenem Maße vergrößerten Ort dem Priester Johannes und seinen Nachfolgern. Er verspricht, an keinen der dort wirkenden Priester irgendwelche Forderungen zu stellen und ihn zu belasten, es sei denn, daß er als Eigenhöriger belangt werde. Die Rechte des dabei gelegenen Oberhofs Hinriking behält Dietrich sich vor.

In nomine Domini amen. Theodericus dominus in Volmunstene universis Christi fidelibus salutem cum notitia veritatis, quod nos sana mente concepta Dei intuitu et ob salutem fidelium pro nobis et successoribus et antecessoribus nostris universis capellam nostram in Henrikyng, cum vidimus, et locum eius, quo sacerdotes fideles quondam degerant, esse[a] desolatum sacerdotemque ibidem, nomine Iohannes, per nos beneficiatum eundem locum structuris et edificcis melioratum fidelium eleemosinis per suos multiplices [...][b] et labores, volentes dicte capelle nostre et ipsi Iohanni suisque successoribus pro nostris delictis aliqualiter subvenire, perpetua donatione eisdem concedimus et donamus, ut easdem structuras cum septuris suis, cum voluntarie locum eius in modico ampliavimus, pro sua teneant, habeant et possideant libera mansione, infra ipsas septuras nullum ex sacerdotibus ibidem celebrantibus seu commorantibus vel servientibus per nos vel per nostros heredes aliquali exactione, iurisdictione, impetitione, infestatione, gravamine quocumque in vita vel in morte gravaturum, nisi nobis et heredibus nostris aliquo iugo servitutis condictus fuerit vel astrictus. Dictusque Iohannes et sui successores easdem structuras ad utilitatem ipsorum et dicte capelle nostre meliorantes conservabunt absque alienatione aliquali, nobis et heredibus nostris extra dotem predictam in curte nostra Henrikyng aliis iuribus nostris nichilominus omnibus et singulis salvis et integre reservatis. Cupientes et volentes, ne quis heredum nostrorum aut aliquis Christi fidelium ausu temerario dictam nostram donationem Dei timore postposito infringat quoque modo, cum huius donationis obsequium ad Dei laudem et delictorum nostrorum remedium sit[c] rite factum, sigillo nostro sigillo nostro confirmamus.

Wiedergabe nach dem Druck bei Kindlinger, Volmerstein II, 1801 Nr. 70, S. 283, gedruckt nach einer gleichzeitigen Abschrift aus dem A des Hauses Steinfurt (Drensteinfurt); Abschrift im Stadt A Soest, Hs. 32 (Materialsammung Rademachers), Nr. 6, S. 57–58; vergl. INA NF 9 (Inventar des Stadt A Soest), S. 752; Regest: Krumbholtz, UB Volmerstein Nr. 307 a, S. 116.

[a]) In der Vorlage „hec"; [b]) Lücke bei Kindlinger; [c]) bei Krumbholtz, Volmerstein als „sic" gelesen.

[1]) Zur Einordnung der undatierten Urkunde vergl. Soester Zeitschrift 1, 1881/82, S. 26; [2]) Hinderking in der Soester Feldmark nördlich der Stadt (Weg nach Oestinghausen).

1923

1323

Statuten: Rechte des Dechanten des Stifts Meschede in seiner Funktion als Dechant des Landdekanats Meschede und des im Dekanat Meschede bestehenden Kalands.

In nomine Domini amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo trecentesimo vicesimo tercio ad instructionem noviciorum et noticiam futurorum consuetudines et iura decanatus christianitatis Messchedensis tam capitulares quam etiam kalendares a fratribus tunc temporis inibi manentibus et existentibus examinate collecte sunt et correcte atque probate. Et sunt observande de cetero ordine infrascripto hic notato.

Primo igitur et principaliter hoc tenendum est, quod decanus ecclesie collegiate Messchedensis, qui pro tempore fuerit, est et erit semper noster decanus in nostro decanatu. Et huic[a], cum ad sinodum celebrandam venerit, procurabimus necessaria[b] expensis nostris vespere et mane cum uno scholari et duobus equis decenter et honeste, quilibet pro suo posse. Et propter hoc idem decanus in recompensam expensarum factarum nobis procurantibus expensas excessum[c] dimittet.

Item non admittet, quod laici aliquo modo coram sinodo manifeste accusent aliquem de plebanis. Et etiam ipse decanus tamquam noster pastor nosterque confessarius, quidquid in nobis viciosum invenerit, confessionali medicamine emendabit, nisi forsan, quod absit, aliquod fuerit vicium enorme et manifestum, quod sentenciam totius capituli ultra requirat. Preterea, quia idem decanus habet tam dignitatem archidiaconatus quam etiam dignitatem decanatus, nos sibi et suis predecessoribus in visitatione archidiaconatus sui pro olim debito iure pro[d] omni distantia, que nobis a supradicto archidicaconatu aut ab alio, quocumque iure ratione dicti archidiaconatus poterit moveri, dabimus decano singulis annis kathedraticum, quilibet plebanus ratam suam ipsum tangente, et hoc in festo nativitatis Jesu Christi. Item pro capitulo Colonie maiori, quod per solos decanos est visitandum, nomine et vice fratrum sub expensis capituli singulis annis est servandum. Insuper, si decimam, sicut aliquando visum est fieri, per nos dari contingerit, hanc eidem decano aut suo scholari circumeunti dabimus. Ipseque decanus eandem decimam ad locum debitum sub nostris expensis pro nobis omnibus presentabit. Ad hec omnia nec ad aliqua ulteriora, nisi infra sunt posita, ipsi decano tenemur, dummodo tamen ipse decanus, qui pro tempore fuerit, actu sit sacerdos et personaliter resideat.

Item duobus terminis in anno, videlicet crastino dominice Iubilate et termino nostro kalendari quolibet invicem comparebimus, ipso crastino Iubilate in ecclesia parrochiali Messchedensi hora none immediate tractatus capitulares pro conformitate et honore. Ipso vero kalendari termino in ecclesia collegiata Messchedensi fraternitatem caritativam pro salute animarum fratrum defunctorum fideliter observantes. In quibus ecclesiis, si quis in propria persona aut per procuratorem legittimum, qui iustam absencie sue causam pro ipso allegaverit, talem inquam, que decano et confratribus ad excusationem ipsius sufficere videatur, non comparuerit, cedat in penam trium solidorum monete secum currentis. Ad quorum extorsionem decanus per mandata suspensionis, excommunicationis et interdicti tenetur procedere tam diu, quousque absens dictam penam adimplendo decano et confratribus pro sua absentia persolvat et de expensis circa litteras et nuntios propter hoc factis satisfaciat. Est autem decanatus noster per rivum, qui dicitur Wene, in duas partes divisus, ita quod in qualibet parte sunt decem ecclesie. De quibus ecclesiis duo plebani ex una parte Wene uno termino, duo vero plebani ex altera parte altero anno, et sic alternatim et gradatim semper quolibet anno duo plebani coniunctim decanum, camerarios ceterosque fraternitatis nostre confratres tam clericos quam laicos more bonorum hominum comedendo, bibendo, pabulando pro suo posse honestius, ut poterunt, excepto solo vino, vespere et mane festo kalendari procurabunt. Inter procuratores expensarum in kalendis faciendarum talis de cetero erit condicio, ut, si inter se commode coniuncta manu non possint aut non velint expensas procurare, alter alteri quindenam ante terminum kalendarium det marcam denariorum bonorum et stigam pullorum bonorum, ut pecunia sic prehabita providere et disponere valeat, de hiis, que neccessitas requirit ad expensas, et si in dando vel in recipiendo hanc summam non poterunt inter se concordare, maneat hoc in iudicio dominorum decani et aliorum confratrum, ut ipsi probato commodo utriusque et convenientiis utrobique, quem recipere iubeant, ille recipiat, et quem dare iubeant, det sine impedimento termino prenotato. Si vero odio vel favore inter fratres hoc concorditer haberi non poterit, det quilibet ipsorum decem et octo solidos denariorum dativorum et stigam pullorum camerariis, ut ipsi fratres in loco ecclesie kathedralis, in quantum poterunt, procurent. Pro termino vero oberservationis huiusmodi fraternitatis kalendarum eligimus et ordinamus feriam tertiam proximam post festum Gereonis et Victoris durantem ab hora none ferie secunde preceden-

tis. Ad quem diem et horam, qui ausu temerario venire contempserit, cadat in penam trium solidorum extorquendorum, ut superius de absentibus est expressum. Nichilominus tamen oblationes suas ad missas et denarios ad expensas equaliter presentibus erogabit.

Cum autem aliquis novicius ad secreta nostra accedere et confrater noster fieri voluerit, si fuerit pastor, dabit pro introitu suo tres solidos in sua parrochia currentes. Si vero vicarius, dabit medietatem eorundem. Et si aliquis primo in vicarium receptus postea in pastorem successu prosperitatis fuerit recipiendus, licet propter hoc tamquam pastor in introitu dare debeat tres solidos. Est tamen medietas sibi defalcanda, si constat testibus duobus primo introitum vicarii plenarie dedisse. Si vero aliquis pastor vel vicarius cervice superbie hanc summam, ut premittitur, dare ad usum et utilitatem nostri consortii reservandam renuerit, decanus contra ipsum tamquam contra absentes procedat. Nec medio tempore consortium nostrum sic contempnenti per aliquem confratrem nostrum in aliquo humanitatis solacio succurratur, sed velut ethnicus et publicatus evitetur. Et quilibet frater aut soror dabit marcam monete legalis pro meliorandis presentiis. Volenti igitur et spondenti consortii nostri consuetudines et ordinationes observare detur ei in capitulo cum libro quesita societas, decano dicente: Damus tibi societatem nostram et participationem orationum nostrarum et elemosinarum nostrarum. Post hec prosternatur in terra et incipiet decanus hos psalmos: levam oculos meos in montes, Deus misereatur nostri et Ecce quam bonum, Kirie eleison, Christe eleison, Kirie eleison, Pater noster, Et ne nos, Oremus Deus, qui nobis, famulis tuis, presencie tue signa manifestas, Mitte super nos spiritum tue caritatis, ut in adventu fratris nostri gratia tua tue largitatis augeatur, Deus humilium visitator, qui nos fraterne dilectionis vinculo consociaris, pretende societatis nostre graciam, ut per eos, in quibus habitas, tuum in nobis senciamus adventum. Deus, patrem nostrorum, qui dixisti, ubi duo vel tres sunt congregati in nomine meo, in medio eorum sum, tu hodie medius nostrum esse digneris, et huic societati manum nunc tue impende, ut per te vera et stabilis in bono perseveret nostra devocio, et in tuis mandatis obediendo et pro invicem orantes te gubernante corde salutari mereamur et corpore, ut ad eternam beatitudinem et societatem valeamus pervenire per Christum dominum nostrum, amen.

Tunc ille surgat cum suis[e] et aspergatur aqua benedicta et a singulis accipiat osculum pacis et singulis porrigat manum in signum observacionis confederate pacis sue societatis.

Debitum autem fraternitatis, hoc est, quod fratres universi tam clerici quam laici semel in anno loco et termino prenotatis ad ecclesiam ad hoc deputatam in suis superpelliciis cum oracionum devocione conveniant in sero vigilias solempnes, de mane missam cum commendacione pro fratribus defunctis cum baldĕko et candelis et aliis ornamentis consuetis ac, si funus sit presens, humiliter cantent et devote. Ipsaque memoria defunctorum sic humiliter atque devote facta, missam pro fratribus vivis presentes de Spiritu sancto cum solempnitate festinali decantent, quolibet fratre aut sorore ad quamlibet missam obulum offerente.

Quibus Deo completis omnes fratres per plebanum ecclesie illius, qui hoc anno faciet expensas, pro maiori invicem cognitione conversentur, facto prandio, qui frater est ac soror ministrantis expensas sustentando duos denarios erogabit. Preterea sacerdotum quilibet singulis kalendis cuiuslibet anni, hoc est quolibet mense unam missam, uno mense de Spiritu sancto, altero mense pro defunctis celebrabit. Qualibet autem die pro defunctis dicet psalmum „De profundis" cum collecta „Deus venie[f] largitor", pro vivis vero psalmum „Deus misereatur nostri" cum collecta „Deus, qui caritatis dona". Quando vero aliquis fratrum decesserit, hoc manufideles ipsius camerariis nunciabunt, ipsique camerarii ultra ad singulos fratres obitum defuncti demandabunt, ut quilibet plebanus in sua ecclesia fratris sui memoriam agat, compulsando solempniter sibi vigilias et missam cum commendatione fideliter celebrando. Illique, qui proximiores fuerint, ad sepulturam veniant, sicut hoc bene decet. Ad exequias vero sicut ad kalendas omnes et singuli fratres, saltim pastores venire tenebuntur, et hoc sub pena contra absentes expressa per omnia et in omnibus sicut in festo kalendari tam sero quam mane peragendo. Hoc tamen adiecto, ut sicut in termino kalendari per fratres deputatos procurari cognoscuntur, sic per defunctum in suis exequiis peragendis in omni forma et modo, quo ibi procurentur. quam procurationem, si forte manufideles defuncti commode facere non poterunt vel forte noluerint, poterunt

redimere in hunc modum, videlicet si fuerit pastor defunctus, rediment hoc una marca integra bona et dativa. Si vero vicarius, cum medietate eiusdem, nisi forsan de proprio arbitrio predicte fraternitatis de bonis suis maiorem graciam duxerit faciendam. Item non fateatur illis fraternitas, qui in kalendis sunt absentes, nisi excusentur.

Item de oblationibus, que fiunt in dicta fraternitate, sic est tenendum, videlicet quod oblationes, que fiunt in exequiis fratris alicuius mortui sive defuncti, sive sit clericus sive laicus, de prima missa sunt ipsius decani, ita tamen, si in propria persona missam celebraverit vel per alium suo nomine de nostris confratribus celebrari fecerit et personaliter presens fuerit, nisi per legitimam causam se excusare poterit, alias nichil sibi de hiis, sed camere derivantur. De secunda missa oblationes erunt duorum ad cameram. De tertia missa camerariorum ad bursam. In tricesimo autem et in kalendis procuratoribus expensas cedunt oblationes de missa animarum, de summis vero missis camerarii utilitati sue proprie usurpabunt. Oblationes victuales cedunt ad coquinam expensas procurantis. Attendant etiam sibi procuratores, quod hec fraternitas non propter delicias hominum, sed propter devocionem et salutem animarum est inventa. Unde caveant sibi, ne tot invitent hospites, quod fratres propter quos fiunt expense, non possint commode simul ad mensam consedere, ymmo etiam ordinent, ut fratres ante omnia commode, quiete et honorifice consedeant, silentium in mensa tenere valeant et facto prandio Deo gracias Deo simul agant. Et ne aliqua fiat confusio in festo kalendari aut tricesimo, hoc est in exequiis defuncti, camerarius regat chorum, legentes et cantantes et celebrantes et cetera alia, que ordinationem requirunt ordinando. Et habebunt de cetero missarum solempnia celebrantes talem prerogativam, quod plebanus loci fratrum procurator ipsis celebrantibus hospicii commoda honesta procurabit dabitque eis quartam vini amphoram, cervisie et lumen sufficiens, ut laici videntes reverentiam et honorem, que celebrantibus tamquam Christum tractantibus et pro nobis supplicantibus exhibetur ad maiorem per hoc devocionem incitentur.

Sciant autem etiam omnes fratres, quod si aliquis fratrum alium in festo kalendari aut in tricesimo exequiarum fratris defuncti conturbaverit verbo vel facto coram duobus vel tribus, dabit decano et fratribus tria sextaria vini in eodem loco pro emenda. Et quia hec turbatio sive dissensio sepius et faciliter provenit ex ludo taxillorum, absit a nobis de cetero ludus ille, omnis scurrilitas verborum et factorum et omnis ludus ineptus. Item ordinatum est, ne fratres capitulares exeant ecclesiam, nisi capitularibus tractatibus expeditis post missam. Insuper ordinatum est etiam hucusque ab antiquo servatum, ut, si frater erga fratrem aut etiam extraneus erga fratrem aliquid habuerit questionis, litis aut rancoris, ipsum super hoc coram decano et fratribus conveniant, ut amicabiliter hoc per viam pacis absque strepitu iudicii discutiant et reforment. Quod, si fieri non poterit absque iudicio, fiat iudicium et iusticia utrobique. Et si aliquis laicus vel clericus vel frater extraneus nobilis vel famulus spernens iudicium aliquem de fratribus vexaverit, conturbaverit vel leserit, vexare, turbare ac ledere voluerit contra iusticiam, hoc ipse frater patiens iniuriam ad diffinitores nostros propter hoc de tempore in tempus unum ex una parte, alterum ex altera parte werre ad hoc specialiter deputandos deducat, ut hii mediantibus decano et aliis probis factum examinent et probent. Et si invenerint fratri fieri iniuriam, ipsum et per statuta et alia suffragia conveniencia fideliter iuvent. Si vero aliud iuvamen fuerit perhibendum, puta quia non possunt aut non valent vel non vult solus ex sua bursa defendere, hoc ipsi diffinitores secundum qualitatem facti inter fratres ordinent et statuant, ut quilibet tantum, quantum ipsis diffinitoribus videbitur expedire, fratri suo ad defendendum et resistendum benivole ministret, et hoc facient totiens et tam diu, quousque iniuriator desistat et ita satisfaciat, quod Christo sit honor et gloria patienti. Et quia secundum statum terre non videtur expedire, ut hec ordinatio ad omnes divulgatur, volumus hoc nos sub sigillo confessionis semper secrete permanere. Hec etiam sunt tenenda inter fratres, ut quicumque proderit secreta capituli, hoc est ea, que sub sigillo capituli tractantur, et de hoc convictus fuerit testibus duobus vel tribus, amplius ad secreta capituli non admittatur. Et in signum satisfactionis, ubicumque fratres conveniunt tam in kalendis quam in tricesimis fratris defuncti, tam diu ultimum locum tenebit in mensa penes laicos quasi despectus, quousque de amplius non faciendo sibi firmiter credatur. Nichilominus tamen omnia ratione capituli et fraternitatis nostre facienda faciet sicut prius.

Item laicus volens huic fraternitati interesse dabit pro introitu suo in signum fraternitatis adepte tria talenta cere ad luminaria convertenda et promittat ordinationes nostras sive iura sive consuetudines pro suo posse, in quantum eum contingunt, observare. Que duo, si fecerit, et humiliter requisierit, detur ei, ut supra, quesita fraternitas, damus et cetera. Quo expedito exponatur ei debitum, quod nostre fraternitati debet et tenetur. Debitum laicorum hoc est, ut semel in anno cum orationum devocione veniant ad kalendas et ad singulas missas, presertim duos singulos obulos offerent. Et facto prandio duos denarios ministrantibus expensas veluti sacerdotes contribuant. Et quia sufficit eis dicere tantum orationes, dominicam hanc pro ibi cantandis et legendis dicant in hunc modum: pro vigiliis dicant septies, pro duabus missis bis septies, pro commendatione quatuor, pro matutinis quinquies, pro vesperis quinquies. Et quicumque pro qualibet aliarum, quibus sic dictis centenarum numerum quilibet complevit. Quoniam autem laici quasi frequenter secularibus negotiis implicantur et propter hoc, si prepediti aliquando venire non poterunt, non propter hoc talem, qualem sacerdotes, propter suam absentiam incurrunt penam, sed prefatum numerum eodem termino, quocumque loco fuerint, impleant, consciencias suas in hoc onerantes. Quolibet autem die quilibet laicus eandem orationem dominicam devote bis dicat, semel pro vivis et semel pro defunctis. Quibus sic dictis numerum septies centenarium, anno transacto in honore Spiritus septiformis quilibet sic complevit. Cum autem frater laicus decesserit et obitum suum fratribus nunciaverit, quilibet sibi vigilias et missam animarum cum commendatione dicet ac si suus fuerit parrochialis. In tricesimo vero suo, hoc est in exequiis, si expensas nobis fecerit, ad ipsum veniemus singula queque sibi sicuti sacerdotali facientes. Sin autem expensas faciendas absolvere vel redimere voluerint, poterunt hoc modo, si miles dabit marcam bonam et dativam, si famulus medietatem eandem, nisi voluntate propria quid amplius nobis fieri velit. Cum ergo onera expensarum sic redimere voluerint, erit in optione fratrum, si tricesimum, hoc est exequias peragere voluerint, in loco sepulture aut in loco kathedrali[g] in ecclesia scilicet collegiata Messchedensi. Ceterum quid faciendum sit, quod scriptum hic non invenitur, iudicio diffinitorum relinquatur.

Et quilibet canonicus ecclesie Messchedensis, antequam admittatur, dabit unam marcam pariter ut novus pastor.

Abschrift des 15. Jahrh., StAM, Msc. VII Nr. 5763; Auszug bzw. Übersetzung in die hochdeutsche Sprache durch Bockskopf (18. Jahrh.), Msc. VII 5704 B, Bl. 148.

[a]) Wort am rechten Rand stehend; [b]) desgl.; [c]) am linken Rand stehend; [d]) am rechten Rand noch einmal ein überflüssiges „pro"; [e]) die Worte „cum suis" über die Zeile eingefügt; [f]) über dem Wort ein überflüssiger Kürzungsstrich; [g]) am Rand „archidiaconali".

1924

1323

Aufzeichnung über die Rechte des Dechanten des Stifts Meschede als Landdechant des Dekanats Meschede, Statuten des Kalands im Dekanat Meschede.

Paranaesis calendarica continens fraternitatis calendaricae christianitatis Meschedensis anno 1323 fundatae admonitiones.

Cum fraternitas christianitatis Meschedensis, quae ab anno millesimo trecentesimo vigesimo tertio adeoque a trecentis quinquaginta septem annis suam trahit originem, a praedecessoribus nostris laudabili intentione fuerit instituta et per Dei gratiam ad nos usque continuata, gloriosa eorum vestigia fideliter prementes nosque primaevo huic instituto, quantum possibile conformare cupientes dictamque fraternitatem non de, sed reflorescere desiderantes, ut omnia iuxta fundatorum intentum rite ordinateque peragantur, feria tertia post St. Gereonis anno millesimo sexcentesimo octuagesimo praeside amplissimo viro domino Wilhelmo Schmittman, pro tempore decano, una pro tunc Meschedenae in ecclesia parrochiali congregati, praehabita desuper consultatione ordinavimus, constituimus unanimiterque subsequentia omnia et singula tamquam stabili lege observanda conclusimus.

1. Pro primo igitur sciendum et observandum, quod decanus ecclesiae collegiatae Meschedensis, qui pro tempore fuerit, est et erit semper noster decanus, et huic, ubi synodaliter visitaturus ad nos venerit, cum uno scholari seu famulo et duobus equis vespere et mane decenter et honeste, quilibet pro suo posse, expensis nostris necessaria procurabimus et in recompensam expensarum factarum ipse decanus procurantibus nobis excessum assignabit.

2. Pro secundo non admittet unquam dominus decanus, quod laici patorum aliquem coram synodo manifeste accusent, sed ipse decanus qua censor ecclesiasticus et pastor noster, quodquid in nobis vitiosum invenerit, decenti emendabit medicamine.

3. Etsi quidem virtute primaeve fundationis statutum et ordinatum fuerit, ut confratres de capitulo duobus in anno terminis, dominica scilicet Iubilate pro primo in ecclesia parochiali Meschedensi, feria tertia post St. Gereonis festum pro secundo in collegiata ibidem subnominata eaque gravi poena compareant, futuris tamen temporibus, ut alternis quibuscumque annis semel, idque prefato termino calendari conveniant et fundationis tenori una vice satisfaciant, attentis plurium locorum distantia aliisque incommoditatibus et gravaminibus rationabiliter obmotis, capitulariter definitum ac determinatum est, ut interim tam in termino calendari, quam etiam ipso anno intercalari fratres nos esse re potius quam verbis ostendamus, nos quasi convotos seu votis reciprocis obligatos esse, semper et ubique recordemur necesse erit. In ipso igitur calendari termino omnes et singuli in ecclesia collegiata Meschedensi fraternitatem charitativam pro salute animarum fratrum, quos viae et vitae vocavit terminus, eo quibus ianua meritorum clausa est, fideliter observantes, comparebimus. Si quis vero vel in propria persona vel per procuratorem legitimum, qui iustam suae absentiae causam, talem scilicet, quae domino decano et confratribus sufficiens videatur, non comparuerit, cadat in poenam. Ad cuius extensionem decanus per mandata suspensionis ad realem satisfactionem usque procedet et procedi faciet.

4. Sciendum et observandum est hoc esse obligationis nostrae, ut alternis de hinc annis, prout decretum est, omnes et singuli confratres in loco et termino prenotatis ad ecclesiam collgiatam superpelliciis et stolis congruentibus induti conveniemus, vesperi, hoc est feria secunda post Gereonis pro temino inchoante circa horam secundam pomeridianam vigilias solennes humiliter ac devote cantantes, de mane vero successive pro occasione habita missas pro defunctis fratribus celebremus, ut et nos eorum suffragiis aliquando e fraternitatis choro non ad masssam damnatorum, sed ad consortium et chorum transeamus angelorum.

5. Ad officium defunctorum omnes tempestive cum superpelliceo et stola, ut praemittitur, compareant eique a pricipio ad finem usque intersint, exceptis iis, qui interea sacro legendo occupantur. Si quis vero sine causa legitima non comparuerit, iuxta fundationem quatuor solidis tunc usualibus, ad quadrantem imperialis nunc taxatis, et pondo cere mulctabitur. Inchoabitur officium defunctorum medio octavae cum omni reverentia et gravitate et cantabitur sacrum pro defunctis, offerentibus omnibus et singulis dominis confratribus.

Ad sacri funebris finem legentur nomina fratrum defunctorum et pro iisdem petentur suffragia sicut et pro benefactoribus omnibusque fidelibus defunctis.

His peractis instituetur processio solemnis per ambitum ordinate cum superpelliceis peragenda. Qua finita dominus decanus aut alius sacerdos ab eo deputatus sub usu solemni cum diacono et subdiacono cantabit sacrum de Spiritu Sancto pro fratribus vivis gratiam eiusdem implorando, et offerent singuli confratres, post haec sequetur concio.

Omnibus sic rite absolutis exeuntes et versus venerabile reverentiam exhibentes domino decano et capitularibus praeeuntibus caeteris confratribus iuxta assumptionis ordinem binis et binis subsequentibus ad locum a domino celebrante seu convivatore designatum et praeparatum – ubi exhausta et lassa piis laboribus corpora refocillare valeant – egrediantur, ubi secundum ordinem admissionis pariter considentes dona Dei cum sancto timore percipiant, statuta cibaria accepta sumendo. Quibus sumptis et debita gratiarum actione persoluta recitabunt devote alternando psalmum „De profundis“ cum collecta „Absolve quaesumus Domine“ et versiculis consuetis in plurali etc., cantantes insuper. „Haec sunt convivia, que tibi placent, o

patris sapientia“ etc. Et sic ad vesperum usque fraterne, pacifice et unanimiter in Domino, salvis tamen temperantiae terminis, se recreent.

6. Interim attendant procuratores fraternitatem hanc non propter delicias, sed ad animarum salutem esse fundatam, faciantque et ordinent, ut fratres ante omnia commode, pacate, tranquille et honorifice consideant, et licet convivia muta esse non debeant, cum nihil adeo cognatum sit sapientia quam locis et temporibus – habita tamen praesentium personarum aestimationem – aptare sermones et formare discursus. Ante omnia tamen a convivio nostro abesse volumus verba inimicitae et aspera, quae ut litis incentiva et proximam iurgiorum materiam a domino decano tamquam modimperatore protinus amputari volumus. Porro de ratione fraternitatis vel maxime esse videtur, ut honore invicem praevenientes alter alterum sibi devinciat in tempore, ut solatium habere possimus in aeternitate. Hic enim, hic scopus est congregationis nostre nunquam satis laudate. Qui vero secus fecerit philtrum a Christo nobis propinatum. Hoc mando vobis, ut diligatis invicem recusare, et decoris terminos non sine dedecore transilire velle videtur. Cui proinde merito obicitur illud (Matt 26): loquela tua manifestum te fecit. In omnibus igitur verbis, moribus et actionibus nostris auream honestatem quasi pro centro habentes cogitemus, qualiter hominum secularium oculi et aures sacerdotem – qui nemini caute satis et custodite ambulat – speculentur et observent, unde ut omnia fiant ad aedificationem, omnibus etiam piae conversationis praebeamus exemplum.

7. De qualitate et quantitate ciborum: Ne autem aemulatio quaedam inter dominos confratres de refectione nimis laute instituenda oriretur, commode hactenus ordinatum est, ut calendarius pro tempore certas portiones trina vice mensae inferendas procuret, prima vice olera, sorbitiunculam, petasonem et bubulam cum sinapi, secunda vice gallinas, bubulam clipam, vervecinam, vitulinam cum gallinis vel anseribus assaturam, tertia vice butyrum et caseum, quibus pro discretione bellariorum seu tragematum loco addi possent poma, pyra, nuces.

8. Est autem decanatus noster per rivum, qui dicitur Wenne, in duas partes divisus, ita ut in qualibet parte sint decem ecclesiae parochiales. Ex quibus ecclesiis duo pastores ex una parte Wenne, duo vero ex altera parte altero etiam anno et sic alternatim et coniunctim decanum, camerarios ceterosque fraternitatis nostrae confratres honeste tractabunt. Dum interim ad dato primaevae fundationis nonullae filiales ecclesiae in parochiales transierunt, conclusum est, ut harum ecclesiarum pastores, cum exigua videatur disparitatis ratio, ubi ordo ad eos pervenerit, sicut et caeteri coniunctim procuranda procurent. Ordo patebit ex subiecto schemate decussato:

1–3 Calle (A) cum Vrienohle (C) simul habebunt kalendas, 2–4 Veische (B) cum Rahrbecke (D) simul ministrabunt, 5–7 Meschede (E) cum Euersberge (G) simul ministrabunt, 6–8 Esleue (F) cum Schliprüden (H) simul ministrabunt, 9–11 Reiste (I) cum Remblinghausen (L) ministrabunt simul, 10–12 Hundeme (K) cum Odingen (M) simul ministrabunt, 13–15 Brilon (N) cum Brunscappel (P) simul ministrabunt, 14–16 Elspe (O) cum Schonholthausen (Q) simul ministrabunt, 17–19 Bigge (R) cum Velmede (T) simul ministrabunt kalendas, 18–20 Hellefeldt (S) cum Wenholthausen (V) simul ministrabunt kalendas, 21–23 Grevenstein (aa) cum Aldenbüren (cc) simul ministrabunt calendas, 22–24 Heinsberg (bb) cum Colhagen (dd) simul ministrabunt, 25–26 Vorde (EE) cum Cobbenrode (FF) simul ministrabunt.

9. Feria quarta post dictum St. Gereonis festum cum prima luce domini confratres in ambitu seu alio loco congruo, ut domino celebranti aliqualis fiat expensarum refusio, convenire non graventur. Dabit autem quilibet dominorum pastorum, prout hactenus observatum est, camerariis exceptis, unum dalerum regium. Quam pecuniam dicti camerarii domino celebranti extradendam colligent.

10. Ipsa feria quarta pro termino finiente ad melius promovendam et rectius conservandam in omnibus uniformitatem, quae est maximum totius ecclesiae ornamentum, rursus sub poena contra absentes expressa in capitulo pastorali et loco ad hoc determinato viritim compareant, gravamina, si que habeant, competenter proponant aliaque[a] pro necessitate et exigentia proponenda audiant. Sumpta deinde post capitulum refectiuncula quisque ad suos revertatur in pace.

11. Ne vero amor erga fratres defunctos frigore oblivionis extinguatur et animae ignibus purgativis expositissimae cum humatis corporibus quasi sepeliantur, sacerdotum quilibet singulis kalendis cuiuslibet anni, hoc est quovis mense, unam missam, uno mense de Spiritu sancto pro vivis, altero mense pro animabus in purgatorio existentibus celebrabit, quolibet autem die pro defunctis dicet psalmum „De profundis" cum collecta „Deus veniae largitor" etc., pro vivis vero psalmum „Deus misereatur nostri" cum collecta „Deus, qui charitatis dona" etc., quando vero aliquis fratrum decesserit, hoc manufideles ipsis camerariis sine temporis intercapedine nuntiabunt, ipsique camerarii singulis fratribus eiusdem obitum significabunt, ut quilibet pastor in sua ecclesia fideliter celebrando fratris sui agat memoriam. Illi vero, qui proximiores fuerint, ad sepulturam, sicut hoc decet, venire, officium defunctorum, missam cum commendatione dicere non intermittant.

12. Si quis autem in fratrem cooptari, ad secreta nostra accedere et confrater noster fieri voluerit, dabit pro introitu suo medium dalerum imperialem. Si vero aliquis novitius sive pastor sive vicarius ad usum et utilitatem consortii nostri hanc pecuniam dare renuerit, dominus decanus contra ipsum tamquam contra absentes procedat nec medio tempore consortium nostrum sic contemnenti per aliquem confratrem in aliquo humanitatis solatio succurratur. Volenti autem et spondenti consortii nostri consuetudines et ordinationes observare, detur ei in capitulo quaesita societas, decano dicente: „Damus tibi societatem nostram et participationem orationum et elemosynarum nostrarum". Post haec prosternatur in terra et incipiet decanus hos psalmos „Levavi oculos meos in montes", „Deus miseratur nostri" etc., „Ecce quam bonum" „Kyrie eleyson, Christe, Kyrie", „Pater noster" et „Ne nos inducas in tentationem".

Oremus: „Deus, qui nobis famulis tuis praesentiae signa manifesta[b], mitte super nos Spiritum tuae charitatis, ut in adventu fratris nostri gratia tuae largitatis augeatur. Deus, humilium visitator, qui nos fraternae dilectionis vinculo consociaris, praetende societatis nostrae gratiam, ut per eos, in quibus habitas, tuum in nobis sentiamus adventum. Deus patrum nostrorum, qui dixisti, ubi duo vel tres sunt congregati in nomine meo, in medio eorum ego sum. Tu hodie medius nostrum esse digneris et huic societati manum misericordiae impende, ut per te vera et stabilis in bono perseveret nostra devotio, et in tuis mandatis obiendo, et pro invicem orantes te gubernante corde salvari mereamur, et corpore, ut ad aeternam beatudinem et societatem valeamus pervenire, per Christum Dominum nostrum. Amen".

Tunc ille surgat et aspergatur aqua benedicta a singulis accipiat osculum pacis, singulis porrigat manum in signum observationis et confaederatae pacis.

Laicus volens interesse huic fraternitati, dabit pro introitu suo in signum fraternitatis adeptae tria talenta cerae ad luminaria et promittat ordinationes nostras, sive iura et consuetudines pro suo posse, in quantum eum contingunt, observare, quae duo si fecerit et humiliter requisierit, detur ei praevia oratione, ut supra, quaesita fraternitas: Damus etc.

Quo expedito exponatur ei debitum. Debitum autem laicorum hoc est, ut semel in anno cum orationum devotione veniant ad calendas et ad singulas missas, praesertim duas et singulos obulos offerent. Sufficit autem eos pro vigiliis dixisse septies „Pater" et „Ave", pro duabus missis bis septies, pro commendatione quatuor, pro matutinis quinquies, pro vesperis quinquies et quinquies pro qualibet aliarum horarum. Quibus sic dictis centenarium numerum complevit. Quolibet autem die laicus eandem orationem dominicam devote bis dicat, semel pro vivis et semel pro defunctis. Quibus sic dictis numerum septies centenarium anno transacto in honorem Spiritus septiformis sic complevit.

Cum autem frater laicus decesserit et obitum suum fratribus nuntiari fecerit, quilibet sacerdos unam missam pro eius anima celebrabit.

13. Desuper ordinatum et ab antiquo observatum est, ut, si frater erga fratrem aut etiam extraneus erga fratrem aliquid habuerit questionis, litis aut rancoris ipsum super hoc coram domino decano et fratribus con-

veniat, primo, ut amicabilem, hoc per viam pacis absque iudicii strepitu discutiatur. Quod si fieri non poterit absque iudicio, utrobique fiat iustitia. Et si aliquis clericus vel laicus vel frater, extraneus nobilis seu ignobilis praeveniendo iudicium de fratribus aliquem vexaverit, conturbaverit vel laeserit, vexare, laedere aut turbare voluerit contra iustitiam, hoc ipse frater iniuriam patiens ad definitores nostros propter hoc de tempore in tempus, unum ex una, alterum ex altera parte Wenne specialiter ad hoc deputandos deducat, ut hi mediantibus decano aliisque qualificatis, timoratis et inpartialibus factum seu speciem facti examinent. Et si invenerint fratri fieri iniuriam, ipsum et per statuta et alia suffragia seu remedia convenientia fideliter iuvent. Si vero necessitas postulaverit, puta quia taliter laesus vel non potest vel non vult solus ex sua bursa defendere, hoc ipsi definitores secundum qualitatem facti inter fratres ordinent et statuant, ut quilibet tantum, quantum ipsis definitoribus videbitur fratri expedire ad resistendum et defendendum benevole subministret, et hoc tam diu, quousque iniuriator desistat. Et quia non videtur expedire; ut haec ordinatio ad omnes divulgatur, volumus hoc semper sub sigillo confessionis secreto permanere.

14. Haec etiam inter fratres sunt observanda, ut quicumque prodiderit secreta capituli, hoc est ea, quae sub sigillo capituli tractantur, et de hoc duobus vel tribus testibus convictus fuerit, amplius ad secreta capituli non admittatur. Et in signum satisfactionis, ubicumque fratres conveniunt, tam in calendis quam in tricesimo fratris defuncti tam diu ultimum tenebit locum penes laicos, quousque amplius non faciendo sibi firmiter credatur. Nihilominus tamen omnia ratione capituli et fraternitatis nostrae faciendae faciet.

Aufzeichnung des Dechanten Schmittmann vom Jahre 1681, StAM, Stift Meschede, Akten Nr. 304.

[a]) In der Vorlage „aliasque", [b]) in der Vorlage „manifestas".

1925

1323

Bürgschaften Dortmunder Bürger.

Pro litera patente Henrico Rufo transmissa fideiusserunt Alvinus de Herreke, Henricus Rex et Albertus de Wipperevorde, feria quinta ante Pentecosten anno Domini 1323[1].

Pro litera patente Thil. Rufi fideiusserunt Alvinus de Braken, Henricus Rex, Ar. de Linne et Rutgerus de Hokerde, sabbato post Urbani anno Domini 1323[2].

Pro litera patente Bertradis Vrowini in Staden transmisssa fideiusserunt Gotscalcus de Ipelincrode, Iohannes de Gradu et Lambertus Beye, Viti martyris anno Domini predicto[3].

Pro litera patente domine Drude de Berswort in Culmine transmissa fideiusserunt Ecbertus de Werle, H. Rex, Io. Crispin et Lambertus Beye, anno et die prescriptis[4].

Pro litera patente Hilleg. et Mechteldis sororum de Ophusen in Pyris directa fideiusserunt Conradus de Quercubus, Winandus Keyser, Gotscalcus de Ispelincrode et Conradus de Hovele. Datum Egidii anno Domini 1323[5].

Pro litera patente in Wisbu Gotlandie transmissa ex parte Alheydis et Wibborgis sororum fideiusserunt A. de Linne, Wilhelmus Dobbe, Lud. de Ebbinctorpe et Iohannes de Bovinchusen, Calixti pape anno Domini 1323[6].

Eintragung im 1945 vernichteten Bürgerbuch (liber civium), *S. 46b, Stadt A Dortmund; Wiedergabe nach dem Druck in Dortmunder UB I Nr. 411, S. 289.*

[1]) Mai 12; [2]) 28. Mai; [3]) 15. Juni; [4]) 15. Juni; [5]) 1. September; [6]) 14. Oktober.

1926

1323

Heinrich Sontag schenkt der Kirche zu Brackel bzw. dem dortigen Küster drei Scheffelsaat Landes. Der Küster hat dafür drei Pfund Wachs zu beschaffen. Außerdem hat er den Ordensherren zu Brackel für eine für den Stifter und seine Eltern zu haltenden Memorie ein Jahresstipendium zu entrichten. Der Stifter schenkt dem Küster eine weitere Scheffelsaat Landes, wofür er Wein für das Meßopfer zu beschaffen hat.

Anno 1323 hat her Henrich Suntag – welcher darin schreibt dey von As(len)[a] – der Kirche zu Brackel 3 scheffelsade landes, davon 2 gelegen bey dem Hurderweg und eine auf bey dem Dallweg, welches land ein zeitlicher custos daselbsten dergestalt haben solle, daß er 1mo zu behuf zweyer bei elevation der heiligen hostien auf sonn- und feyerdag zu unterhaltenden lichten jährlich auf ostern 3 pfundt wachs anschaffen, 2do denen herren ordensgenossen zu Brackel gegen eine von ihn, fundatore, und seine eltern mit vigilien von 9 lectionen abzuhaltender memorie auff alle 4 tempora ein jahresstipendium entrichten solle. Item hett herr fundator dem kustos noch geschenket 1 scheffel sadelands, gelegen an der strasse Hellweg, wogegen sei den zum heiligen messopfer nötigen wein anschaffen solle.

Vide infra sub rubro: Jahrliches gehalt eines zeitlichen custos zu Brackell[b].

Eintragung im Kopiar der Minoriten von 1752, Stadt A Dortmund, Nr. 778, fasc. 2, S. 36, Wiedergabe nach dem Druck im Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 575, S. 253.

[a]) Über der Zeile stehend; [b]) dieser Teil des Kopiars nicht erhalten.

1927

1323

Der Bischof von Münster gerät in der Fehde gegen den Grafen Engelbert von der Mark in Gefangenschaft. Seine Truppen werden, nachdem sie Methler niedergebrannt hatten, bei der Landwehr und der Rauschenburg geschlagen[1].

Monasteriensis episcopus Engelberto comiti infensus oppidum Hamme capere moliebatur. Sed Engelbertus suorum congesta militia episcopi exercitum impugnante victoria potitus episcopum cepit cum nobilibus multis. Inde eiusdem presulis gentem in terre Markensis confinibus die Lantwer devicit. Tertio prope Russenborch Monasteriensium nobiles cepit plurimos, pro quorum redemptione maximum ... recepit congeriem, pace iam inter eos confecta.

Staatsbibliothek Berlin, Ms. boruss. quart 155 fol. 700; vergl. den ähnlichen Text in deutscher Sprache Ms. boruss. fol. 573, Bl. 47.

[1]) Vergl. den gleichen Bericht bei Levold von Northof unter dem 20. Juni 1323.

1928

1323

Engelbert Graf von der Mark sichert den Reichsleuten zu Westhofen die Beibehaltung ihrer Reichsrechte zu.

Wy graff Engelberth van der Marcke doen kont alle denjenigen, die desen brieff sien und horen lesen, dat wy met willen undt rade onser vrinden die richeslüde van Westhaven in alle den alden richesrechten wollen behalden, dat sie van alders gehat hebben, und sie boven dat recht met geenen deelen tho entrechten, wie sey onse vaeder und altvaeder in dem recht behalden hebben. Dit is gedediget tom Lenhave in der tyt, do Engel-

bert van Altena een droste was to Wetter, und was aever herr Henrich van dem Vaerste, een richter, herr Engelbert von Altena, richter tot Altena, Engelbert Sobbe, Fridach und Engelbert gebrodere van Altena, des richters sonne, Herman Zedinckhuyss und andere vell guder lûde. Dat dit vast und stede blieve, dat betûgen wy met onsen ingesegel. Datum als int jaer een dusendt driehondert drie und twintig.

Wiedergabe nach von Steinen, Westphälische Geschichte, I, S. 1581.

1929

1323 Januar 1

Florin, Abt des Benediktinerklosters Liesborn, bekundet, die frühere Äbtissin des Klosters Odradis habe unter dem neben dem Kloster gelegenen Turm eine Kapelle errichtet und den darin befindlichen Marienaltar mit Einkünften dotiert. Diese habe Kaiser Lothar dem Altar gewaltsam entzogen[1]. Abt Florin stattet nunmehr den Altar erneut mit Einkünften aus angekauften Gütern aus: Zehnt zu Höntrup[2], Kotten in Bettinghausen[3], angekauft vom bisherigen Lehnsträger, dem Ritter Hunold von Plettenberg; Äcker zu Bettinghausen bei Boesenwinkel[4], angekauft vom Knappen Gerhard von Weslarn; eine Hufe, genannt Widing, im Kirchspiel Langenberg[5], angekauft vom Knappen Hermann von Senden genannt Siverlike, eine Rente von zwei Schillingen als Zehntlöse, aus dem Hof des Gerwin von Vrilinchusen; ein Kotten in Bettinghausen, angekauft von Konrad von Hüsten, Kanoniker von St. Patrokli Soest. Aus diesem Kotten hat der Rektor der Kapelle in Höhe von sechs Schillingen für die Beleuchtung der Kapelle zu sorgen. Bischof Ludwig von Münster bestätigt mit Zustimmung des Domkapitels die Dotierung des Altars[6] und weist dem Abt und seinen Nachfolgern das Patronatsrecht für den Altar zu. Dafür soll in der Kapelle das Jahresgedenken für den Bischof und seine Nachfolger sowie für den Abt und seine Nachfolger begangen werden.

In nomine Domini amen. Ne ea, que geruntur in tempore, simul labantur cum tempore, necesse est, ut ipsa roboratione literarum ac voce testium firmiter perhennentur. Pium, dignum, ymo etiam iustissimum comprobatur, si quid per impios et insulsos impie fuerit suffocatum, quod hoc per pios et honestos sapienter et piissime reformetur. Nos igitur Florinus, miseratione divina .. abbas monasterii Lŷsbernensis ordinis sancti Benedicti Monasteriensis dyocesis, dignum duximus ad memoriam revocare iuxta tenorem privilegiorum nostri monasterii antiquorum, qualiter domina Odradis pie recordationis, nostri quondam monasterii abbatissa penultima, turrim dicto nostro monasterio annexum et subtus cappellam edificari fecit, fundans in eadem cappella altare in honorem sancte Dei genitricis virginisque Marie, ipsum largissime dotando suis laboribus et expensis. Quam dotationem Heynricus Lottarius .. imperator abstulit et impiissime depredavit. Notum ergo facimus omnibus presens scriptum visuris et audituris, quod nos huic miserabili et violente depredationi corde intimo condolentes, ipsum altare sancte Marie virginis in cappella .. abbatis sub turri infra scepta dicti monasterii situatum dotandum duximus et dotavimus cum bonis infrascriptis, que comparavimus cum hiis obventionibus, que ex largitate et pietate tam nostrorum parentum et amicorum ac fidelium aliorum nobis obvenerunt, quam etiam cum illis bonis, que nobis accreverunt ex provida moderatione victualium ultra prebendam nostram tantum personam nostram tangentem, que sine omni preiudicio abbatie nostre, monasterii seu conventus nostri et cuiuslibet alterius ex dispensatione nobis credita, in usus pios perpetui cultus divini vel in sustentatione pauperum secundum omnia iura potuimus, ymo debuimus erogare: cum decima videlicet in Hôynctorpe cum ipsius iuribus et pertinentiis universis; item cum una casa in Bettinchosen sita et eiusdem usufructibus ac pertinentiis, quam erga Hvnoldum de Plettenbrach, .. militem, comparavimus et persolvimus. Quam casam idem Hvnoldus a nobis nomine omagii possidebat; item cum agris in Bettinchôsen iuxta Bôsenwinkele situatis, quos erga discretum .. famulum Gerhardum de Weslere comparavimus; item cum uno manso dicto Widinc in perrochia Langenberge sito, quam erga Hermannum de Sendene, .. famulum dictum Sivverlike, comparavimus; ac etiam cum redditibus duorum solidorum, qui tentlose dicuntur, ex domo Gerwini de Vrilinchosen, quolibet anno semper in festo beati Iacobis apostoli solvendorum et pariter tollendorum; item cum quadam casa in Bettinchosen situata, quam a domino Conrado de Hŷstene, canonico ecclesie Sŵsatien-

sis, comparavimus. De hac casa iam dicta .. cappellanus sive rector cappelle predicte, qui pro tempore fuerit, sumat quatuor solidos et duos solidos antedictos, ita quod numero sint sex solidi, cum quibus in ipsa cappella comparabuntur luminaria, de quibus idem .. cappellanus noctis tempore inibi successive tenebitur luminare. Supradictam vero dotationem ac novi beneficii instaurationem fecimus de speciali licentia et auctoritate reverendi in Christo patris ac domini nostri domini Lůdewici, ex divina providentia Monasteriensis ecclesie .. episcopi, qui etiam ex post facto cum consensu, consilio, approbatione et plena voluntate honorabilium virorum .. decani et .. capituli ecclesie sue memorate dicti altaris dotationem et novi beneficii instaurationem cum iure collationis dicte cappelle sive altaris per nos et .. successores nostros seculari .. clerico faciende ac porrigende approbavit, ratificavit et tam in communi, quam in speciali premissa cause cognitione provide et canonice confirmavit pro memoria sua et nostra ac etiam nobis succedentium .. episcoporum vel .. abbatum Lysbernensium in ipsa cappella iugiter peragenda, prout in instrumentis inde confectis plenius continetur. In huius cappelle dotationis et nove instaurationis testimonium presentes literas .. cappellano pro tempore existenti dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum ipso die Circumcisionis Domini anno eiusdem millesimo trecentesimo vicesimo tercio.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Liesborn, Urk. Nr. 126, Siegel des Abts (sehr gut erhalten, WS 125,12) mit Rücksiegel (Bild: Brustbild des Abts) anhängend; Abschriften in Msc. I 99, Bl. 87v, Msc. I 101, Bl. 52; Msc. I 102, S. 80; Druck: WUB VIII Nr. 1623.

[1]) Niederbrennen des Klosters durch Lothar von Supplinburg als Herzog von Sachsen im Jahre 1121 (vergl. Müller, Liesborn S. 72); [2]) Hof bzw. Bauerschaft im Kirchspiel Herzfeld; [3]) im Kirchspiel Oestinghausen, 8 km nordöstlich von Soest; [4]) nicht nachgewiesen; [5]) etwa 13 km nördlich von Lippstadt; [6]) vergl. Urkunde von 1322 Dezember 21.

1930

1323 Januar 7 Dortmund

Adolf genannt von Hamme verkauft für 195 Mark seine Güter zu Süddinker[1] dem Ritter Konrad von Herborn.

Nos Adolfus dictus de Hamme et Petronilla, coniuges legitimi, notum facimus universis presentes visuris et audituris, quod nos de consensu et voluntate Dederadis, nate nostre, ac omnium heredum nostrorum vendidimus et vendimus bona nostra sita et dicta Sutdinchere cum terris, frondibus, cespitibus ac hominibus necnon aliis attinenciis suis universis strennuo militi domino Conrado dicto de Herborne et suis heredibus ementibus erga nos pro ducentis marcis legalium denariorum minus quinque marcis nobis traditis, numeratis et assignatis et renunciavimus nos Adolfus, Petronilla ac Dederadis eisdem [bo]nis[a] in presencia dicti Rogge, liberi comitis et aliorum fidedignorum et renunciamus per presentes, dantes sibi has literas et suis heredibus sigillo mei Adolfi pro me, uxore mea et heredibus nostris ac sigillis honestorum virorum Theoderici dicti Zobbe de Altena et Goswini de Hatnecge, famulorum, sigillatas in testimonium super eo. Et nos Theodericus et Goswinus predicti protestamur ad preces dicti Adolfi et suorum heredum sigilla nostra presentibus appendisse in testimonium omnium premissorum. Datum et actum presentibus strennuo milite domino Burghardo de Eluervelde, milite, Conrado, eius filio, Theoderico dicto Zobbe, Goswino dicto Hatnecge, Wilhelmo de Dalhusen, Henrico de Dalhusen, Gobelino Quaterlant, Henrico de Attendaren ac libero comite predicto necnon aliis pluribus fide dignis, anno Domini M^{mo} CCC^{o} vicesimo tercio, feria sexta post festum Epiphanie eiusdem in ecclesia beate Marie Tremoniensi.

Ausf., Perg., StA Marburg, Extradenda Münster Y 29, Siegel des Ausstellers anhängend, die beiden anderen ab; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 19 S. 140; desgl. Regest Msc. II 32, S. 417 (mit Siegelzeichnung).

[a]) Loch im Pergament.
[1]) Etwa 3,5 km nordwestlich von Welver.

1931

1323 Januar 12

Otto Edelherr von Ahaus, Herr zu Ottenstein, belehnt den Johannes genannt vor der Brüggen, Bürger zu Hamm, mit einem Ort, genannt Hovestadt, gelegen beim Hospital vor Hamm[1].

Nos Otto vir nobilis de Ahus, dominus in Ottensteyn, recognoscimus presentibus publice protestando, quod Iohannem dictum ante Pontem, oppidanum in Hammone, rite ac rationabiliter inpheudavimus de quodam loco, qui dicitur Houestad, cum suis attinentiis quibuscumque, prout situs est apud hospitale ante Hammonem, et infeudamus per presentes iusto feudo rite et absoluto iure directi homagii, quod vulgo to rechter manstad nuncupatur. Et nichilominus de hiis sibi warandiam iustam et veram faciemus, prout de iure fuerit faciendum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris duximus apponendum. Datum anno Domini M CCC XXIII, vigilia octave Epiphanie.

Abschrift des 16. Jahrh. auf Papier mit deutscher Übersetzung auf demselben Blatt, StAM, Grafschaft Mark, Städte II, Hamm, Urk. Nr. 2; Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 29, Bl. 150 der 2. Zählung; A von Boeselager zu Heessen XX Fach 4–45, Bl. 1v; Druck (Regest): WUB VIII Nr. 1629.

[1]) Nordenhospital nördlich von Hamm.

1932

1323 Januar 20 Ahlen

Ropert Graf von Virneburg fällt als Oberschiedsrichter zusammen mit dem Grafen Godefred von Sayn im Streit zwischen dem Bischof Ludwig von Münster und dem Grafen Engelbert von der Mark seinen Spruch, wonach Graf Engelbert das Haus und das Gogericht Davensberg dem Bischof gemäß den früheren Sühnebriefen wieder überlassen muß.

Wi greve Roprecht van Virneborgh, eyn overman unde sonman, mit dem edelen manne greven Godevrede van Seynen der twist unde des crighes, de upghelopen is twisghen den ersamen heren bisscop Lodewighe van Monstere unde sinen stichte van eyner partye unde greven Engelberte van der Mark van der anderen partye, don kundich allen den, die dessen breff sien unde horen lesen, dat wi na den sonbreven des vorbenomden bisscop Lodewighez van Monstere unde greven Engelbertes van der Marke ghemanet unde vorbodet sin unde komen sin in to Alen to segene eyn recht na den sonbreven, und wante de vorbenomde greve Godeured van Seynen to uns to Alen komen is, so secke wi unde spreket vor eyn recht, alse Henric Korf unde Adolf van Batenhorst, riddere, sonlude der vorbenomdem twist und crighes ghesecket unde ghesproken hebbet vor eyn recht, dat greve Engelbert van der Marke dat hus ton Dauerenberghe unde dat gogherichte to den Dauerenberghe sal weder laten in die hand, dar he sie weder kofte, unde wat ghebetert is to Horne[1] na den sonbreven Goswines hus van Hatnecke, Goswines hus Repes unde Lunen, die sal he unvortrecket breken. Were ouch, dat die vorbenomede greve Engelbert van der Marke des nicht en dede, so sprecke wi vor eyn recht, dat he sine benomden sonbreve dey vorbenomden bisscope Lodewighe van Monstere unde sinen stichte nicht ne helde. To eynen orkunne desser vorsprokener rede hebbe wi unse ingheseghel in dissen ghehanghen. Dit is geschen unde desse bref is ghegheven to Alen na unses heren Godes ghebord in den dusendesten drehunderdesten dreuntwintighesten iare to sunte Fabianes unde Sebastianes daghe.

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster, Urk. III G Nr. 4, Siegel ab; Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 3 Nr. 107; Druck: WUB VIII Nr. 1632; UB Lünen Nr. 147.

[1]) Kirchspiel Herbern.

1933

1323 Januar 26

Hermann, Sohn des Ritter Gyselbert Speke, und seine Frau Dederadis verkaufen an die Kapelle zu Bodelschwing Jahresrenten von zwei Mark aus Gütern in Volkinc[1] und Bruninchusen[2]. Zeugen bzw. Mitsiegeler: Dietrich genannt Sobbe und sein Bruder Arnold Kolere sowie die Brüder Johann, Ernst und Gyselbert von Mengede. Datum 1323 Januar 26 (crastino Conversionis Pauli).

Regest Borgmanns von einer heute verlorenen Urkunde, Stadt A Dortmund, Findbuch zum Bestand 310 A (Bodelschwingh-Bodelschwingh, Dep.).

[1]) Bei Castrop, nicht näher identifiziert.
[2]) Brüninghausen (bei Castrop).

1934

1323 Februar 8

Konrad, Propst in Scheda, teilt dem Dechanten von Mariengraden und dem dortigen Konvent mit, er habe von den drei (eigenhörigen) Personen, die der Pfarrkirche in Mengede für ihre Betreuung und die der Kapelle in Bodelschwingh unterstünden, eine der Kapelle in Bodelschwingh zugewiesen. Dies sei mit Zustimmung aller, auch der des Ordensbruders Hermann genannt Wole, geschehen. Wole geriere sich als Pfarrer in Mengede. Der Propst habe ihn darauf wegen seines Ungehorsams exkommuniziert. Er bitte den Dechanten, gegen ihn weiter gerichtlich vorzugehen, da er nur als Unruhestifter wirke. Die Kapelle sei nämlich mit Zustimmung des Erzbischofs, der Patrone, des Pfarrers in Mengede und anderer errichtet worden. Die Weihe der Kapelle und des Friedhofs sei mit deren Erlaubnis erfolgt.

Honorabili viro domino decano sancte Marie ad gradus Conradus, prepositus ecclesie Scheidensis, et conventui ibidem reverenciam in mandatis. Cum ecclesia parrochialis de Menghede pro officiatione sua et capelle de Budensuinghe consuevit habere tres personas, eandem ecclesiam a tercia persona[a] per presentes[b] absolvimus, locantes eandem capellam memoratam, cui pro sustentatione sua de matrice ecclesia redditus permodicos de putavimus, accedente ad hoc omnium nostrorum ac etiam fratris Hermanni dicti Wolen consensu voluntario et expresso. Qui Wole se gerit pro plebano in ecclesia memorata. Quem prepositus antedictus excommunicavimus propter inobedientias multiformes. Contra quem tamquam contra inobedientem et excommunicatum petivimus procedatis, quia pro nullo bono, sed tantum pro confusuione nostre ecclesie idem nititur et laborat. Capella enim memorata de licentia et consensu reverendi patris domini archiepiscopi Coloniensis, patronorum, plebani de Menghede et aliorum, quorum consensus ad hoc fuit necessarius, est fundata, prout in instrumentis super hoc confectis plenius continetur, consecratio etiam eiusdem capelle et cimiterii ibidem de licentia prodiit predictorum, quia in nocumentum matricis ecclesie est nichilum attemptatum. Contenti sumus prepositure nostre sigillo. Datum feria tercia post dominicam Esto mihi, anno Domini M° CCC° XXIII.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, 310 A (Bodelschwingh-Bodelschwingh, Dep.) Urk. Nr. 14, nur Bruchstück des abhängenden Siegels der Propstei erhalten.

[a]) In der Vorlage „personus"; [b]) das „p" sowohl mit dem Kürzugsstrich für „per" wie für „pre" versehen.

1935

1323 Februar 14

Vor Hermann von Berge, Richter zu Kamen, teilt Engele von der Wenge das väterliche und mütterliche Erbteil mit ihrem Bruder Johann in der Weise, daß sie die Güter Velthus und Overhagen[1] erhält, ihr Bruder aber diese Güter mit 350 Rheinischen Gulden einlösen kann.

Ich Herman von Berge, en richter to Camen in den tiden, bekenne und betuge oppenbahr in düssen breyffe, dat vor my gekommen is vor en geheget gericht, dar ich stadt und stoel to rechtenn beseten hadde, Engele von der Wenge und bekandte da vor my vor sick und vor ere erven, dat sey erffliken und vrintliken verdeilet, versat undt gescheiden sy von Johan von der Wenge, eren echten broder, na rade erer ander mage und frönde von deren vaderliken undt moderliken erve und gude, so dat sey to eren affdele daraff hebben sal dat gut ten Velthus undt dat gut ten Overhagen mit al eren tobehorungen vor veirde halff hundert gude schware rinische gülden gut van golde und recht von gewichte, da Johan von der Wenge vorgeschriffen undt syne erven düsse vorgemelde gude widder davor lösen mögen alle jahr uff sünte Peters dag ad Cathedram vor veirde halff hundert rinische gülden, as vorgeschriffen is, von Engelen, syner süster vorgemelt, off von eren erven. Und hir mede, so es düsse vorgeschriffene Engele vor my vor dat gerichte, as vorgeschriffen, klärliken, deger undt al verdeilet, versat undt gescheiden von Johan, eren broder vorgemelt, von alle eren vaderliken undt moderliken erffe und gude, as vort, so dat sey dar mer an Johan, eren broder, daraff neine anspracke off recht mehr hebben off doen sall noch ummermer neinerley wiese sonder argelist. Wante düsse deilinge einiger weise, as vorgemelt stat, vor my, richter vorgedacht, geschehen und gedaen vor dem gericht, as vorgeschriffen, so dat ordel und recht vor my daröffer gefunden undt gewiest, wante es to Camen recht is, dar et myn orckundt darop entfangen hebbe, so hebbe ik des to tüge von gerichts wegen üm bidde willen beider partyen vorgemelt myn segel an düssen breiff gehangen, da met und ane waren gerichtsfrönde von beiden syden darto gekoren her Goßwin von Velmede, Johan son, Johan Stenbock, Willem Rüter, Henrich Akenschoke, Effert Sagemekker und Diederich. Actum anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio, in die sancti Valentini.

Abschrift des 17. Jahrh., StAM, Reichskammergericht N Nr. 361 Bd. 3 (auch als Anlage gedruckt); Abschrift des 18. Jahrh., Kleve-Mark, Lehnsarchiv Nr. 729, Bl. 50; Druck: Summarische Vorstellung ... in Sachen Wenge ./. Reck, Bl. 41–43.

[1]) Ein Hof Overhagen existiert in der Gemeinde Husen (bei Dortmund-Aplerbeck). Beim Prozeß war es den damaligen Parteien unklar, ob es sich um Velthus in der Gemeinde Kurl oder Methler handelte.

1936

1323 Februar 14

Die Stadt Dortmund verkauft für neun Mark dem Herrn Hermann von Redinchusen und dem Everhard Niger auf sechs Jahre zwei Holzgaben aus dem Forst.

Item nos vendidimus domino Hermanno de Redinchusen et Everhardo Nigro duas dationes lignorum in foresto cum omnibus utilitatibus et attinenciis ad sex annos continuos pro novem marcis. Datum Valentini, anno Domini 1323.

Vermerk in dem 1945 vernichteten Bürgerbuch (liber civium), *S. 51, Stadt A Dortmund, Wiedergabe nach Dortmunder UB I Nr. 401, S. 284; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 567.*

1937

1323 Februar 20

Bürgermeister und Rat in Rüthen bekunden, Propst Arnold, die Priorin und der Konvent des Klosters St. Walburgis vor Soest hätten eine Rente von fünf Schillingen und zwei Hühnern von Heinrich von Aldendorp gekauft. Dieser hätte die Rente besessen aus der Hausstätte und dem Haus, das jetzt Johannes von Brachterbeke, Bürger zu Rüthen, bewohnt. Außerdem habe er ihnen eine Rente von 18 Pfennigen aus einem Kotten verkauft, der kürzlich auf einer dabeiliegenden Hausstätte errichtet worden war. Bürgermeister und Rat

billigen den Verkauf der Renten unter der Bedingung, daß dem Verkäufer ein Vorkaufsrecht zusteht, wenn das Kloster die Renten weiterverkaufen will, wie auch das Kloster ein Vorkaufsrecht besitzt, wenn Aldendorp die Güter verkaufen will. Eine solcher Vorbehalt war auch vereinbart worden, als der Rüthener Bürger Johannes von Ruden die Güter an Aldendorp verkaufte.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Hunoldus de Miste, proconsul, et concilium opidi in Ruden notum facimus publice protestando, quod cum honeste persone, dominus Arnoldus, prepositus, .. priorissa totusque conventus monasterii sancte Walburgis extra muros Sosacienses emerint iuste et racionabiliter ab Henrico dicto Aldendorp et suis heredibus pensionem quinque solidorum et duorum pullorum, quam habebant ex area et domo in nostro opido sita, quem nunc Iohannes de Brachterbeken, concivis noster, inhabitat, et ex casa adiacente in eadem area noviter constructa pensionem decem et octo denariorum. Quam pensionem dictus Iohannes et ille, qui eandem casam inhabitaverit, proportionabiliter prefatis .. preposito, priorisse et conventui solvere tenentur, per medietatem in quolibet festo Pasche et pro reliqua dimidietate in quolibet festo beati Michaelis singulis annis temporibus affuturis. Nos huiusmodi vendicionem pariter et emptionem ratam habentes et voluntarie in eam consencientes eosdem .. prepositum, .. priorissam et conventum prefatam pensionem posse et debere in perpetuum ex eisdem area domo et casa iure hereditario habere et licite possidere, dummodo dicto concivi nostro salvum maneat secundum continentiam literarum, quas olim nostro sigillo sigillavimus, quod, si .. prepositus, .. priorissa et conventus predicti dictam pensionem vendere voluerint, quod eandem non vendant, nisi prius ipsam prefato Iohanni et suis heredibus exhibuerint ad emendum et quod similiter salvum sit ipsis .. preposito, .. priorisse et conventui, quod iidem Iohannes et heredes sui ac possessor prefate case aream, domum et casam predictas non vendant, nisi eas exhibuerint ipsis vice versa, cum talis condicio olim inter Henricum de Aldendorp et heredes suos predictos ex una et inter Iohannem de Ruden, nostrum coopidanum et suos heredes ex parte altera, secundum quod in dictis literis nostris continetur, fuerit ordinata. Et in huius rei testimonium sigillum opidi nostri presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo tercio, die dominica Reminiscere. Testes huius rei sunt Dethardus de Netelstede, Albertus Dûuel, Hermannus de Beffete, Henricus Paseke, Fredericus Hildebrendink, Florinus de Stene, Hermannus Nothellink, Conradus de Kellinchusen, Detmarus de Bruninchusen, Hermannus de Molendino et Iohannes Flecken, consules in Ruden, et alii fidedigni.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 75, Siegel ab.

1938

1323 Februar 20 Dortmund

Godfried, Propst, Christian, Kellner, Bertradis, Priorin, die Subpriorin und der Konvent des Klosters St. Katharinen in Dortmund verkaufen für 26 Mark eine Rente von 16 Schillingen dem Adolf von Oye aus dem auf ihrem Haupthof stehenden Haus, und zwar für den Teil, den er hatte. Nach dem Tode des Käufers fällt die Rente an den Konvent. Dafür hat dieser seine Memorie zu halten. Wenn jemand (als Konverse) das Haus bewohnen will, kann er die Rente mit 26 Mark ablösen.

Nos Gotfridus, prior, Cristianus, celerarius, Bertradis, priorissa necnon .. subpriorissa totusque conventus sanctimonialium monasterii beate Katherine Tremoniensis notum fieri volumus universis publice protestantes, quod de consensu et voluntate unanimi vendidimus annuos redditus sedecim solidorum de domo in curia nostra sita pro XXVI marcis Adolfo de Oye pro parte, quam in dicta domo habuit, traditis et solutis, ita quod dicti redditus dentur perpetualiter et solvantur annis singulis mediatim in festo sanctorum Gereonis et Victoris et mediatim in octava Pasche in perpetuum ad usus illorum, qui dictos emerunt redditus, quam diu vixerit. Et postquam viam universe carnis ingressi fuerint, fiat in perpetuum eorum memoria aput nos et anniversarius in missis et vigiliis per procurationem nostre custodis et celerarie, item Bertradis de Ponte et Elisabeth Rostes, nostrarum conventualium, quibus commissum est et iniunctum, ut prefatos redditus ad usus infrascriptos

frequenter tollant et respiciant et hominibus supradictis, qui emerunt, de eis respondeant et satisfaciant vivis et defunctis modo supradicto. Si autem in posterum aliquis devotus dictam domum ad inhabitandum desideraverit et convitare voluerit, redditus antedictos de eadem extunc pro viginti sex marcis comparare poterit eos alibi mediante nostro consilio, ut hereditarie dentur et solvantur in omni modo et forma, ut superius est expressum. Actum Tremonie in capella Sancti Spiritus, presentibus discretis viris et dominis Her. de Redinchusen, Nik. de Ponte, Ar. de Diuite, Ar. de Linne, Aluino de Herreke et Her. de Stenberg. In quorum omnium testimonium sigillum ecclesie nostre presentibus literis est appensum. Datum dominica Reminiscere anno Domini M° CCC° XX° tertio.

Ausf., Perg., StAM, St. Katharinen Dortmund, Urk. Nr. 58, Siegel des Konvents (WS 111,9) abhängend; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 568, S. 248; Regest: Dortmunder UB I Nr. 402, S. 284.

1939

1323 Februar 22

Vor dem Rat zu Brilon erklärt der Briloner Bürger Hermann Bilenhouwer, Godefried Pistor habe von ihm eine Rente von 37 Pfennigen aus seinem Haus und der Hausstätte außerhalb des Keffliker Tores gekauft.

Nos Arnoldus de Rosebike, proconsul, God. Pistor, Her. Wesseli, Hen. Luberti, Hyldebrandus de Rûden, Thi. Iuuenis, Lubertus Pistor, Her. Bilere, Goswinus Pistor, Arnoldus Rispel, Reynuridus de Rozebike, consules in Brylon, universis presencium inspectoribus et auditoribus recognoscimus puplice protestantes[a], quod coram nobis constitutus Hermannus de Bilenhouwere, noster coopidanus, recognovit[b] et in presenti recognoscit prefatum Godefridum Pistorem sibi et Kûnegundi, uxori sue, ipsorumque heredibus redditus triginta septem denariorum monete Brylonensis mediante consensu uxoris sue .. et omnium heredum suorum apud eum et domum suam extra portam Keffliker sitam comparavisse. Quorum vero denariorum duodecim singulis annis in festo Pasche et duodecim in festo Mychahelis, reliqui tredecim in festo beati Martini episco pi de dicta domo sua et tota area dabuntur et extorquentur perpetuis temporibus iure hereditario pacifice possidendo. In cuius rei robur et evidenciam presens scriptum sigillo nostre universitatis dedimus fideliter roboratum ad preces utrobique fusas. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo tercio, in die Petri ad cathedram.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Bredelar, Urk. Nr. 180, Siegel ab; Druck: WUB IX Nr. 2268 (gekürzt).

[a]) Kürzungsstrich fehlt, in der Vorlage „protestates"; [b]) auf Rasur.

1940

1323 Februar 26

Heinrich Pape von Binolen verzichtet, nachdem er lange das Recht zur Verpachtung der Hufe zu der Wösten in Altenlinde[1] beansprucht hatte, aufgrund der Bitten des Edelfräuleins Mechtild von Arnsberg und anderer Freunde zugunsten des Propsts und des Konvents des Kloster Oelinghausen auf alle diese Rechte.

Ego Henricus dictus Pape de Bynole notum facio universis tenore presentium publice protestando, quod, cum ratione mansi in Aldenlinne dicti tho der W̊stenlune ad ecclesiam in V̊linchusen cum omnibus suis iuribus, pertinentiis inter religiosas personas .. prepositum et .. conventum iam dicte ecclesie ex una parte et me et heredes meos ex parte altera aliquamdiu perseverasset materia questionis, me dicente, quod locatio dicti mansi michi quodam iure pertineret, domino preposito dicti loci pro se et .. conventu suo quedam in contrarium asserente, tandem ego Methildis nobilis puelle de Arnsberg et aliorum quorundam amicorum meorum inductus ad hoc precibus, de voluntate, scitu et ordinatione Methildis, uxoris mee, Wilhelmi, Ludewici et Hermanni, filiorum meorum, Richardis, filie mee, necnon Cristine, uxoris Ludewici, filii mei iam dicti,

omniumque heredum suorum, quocumque iidem censentur[a] nomine vel nominibus, renuntio omni iuri locationis, proprietatis et cuiuslibet utilitatis seu dominii, quod michi meisque predictis heredibus de facto vel de[b] iure ecclesiastico seu civili in dicto manso in Aldenlinne hactenus competere videbatur, idem in manus .. prepositi et .. conventus dicti monasterii in Vlinchusen liberaliter transferendo, omnibus meis predictis plene consentientibus heredibus in id ipsum, non obstante, quod quorundam eorum nomina ad presens decreverim reticenda. Quod ut ratum maneat, sigillum meum presentibus est appensum. Huius rei testes sunt Heynemannus dictus Gote et Henemannus dictus Vole, cives opidi Sûsatiensis, et alii quam plures fidedigni. Datum anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo vicesimo tercio, sabbato proximo ante dominicam, qua cantatur Oculi mei.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 246, Siegel des Ausstellers (gut erhalten, WS 196,11) abhängend; Rückvermerk (17. Jahrh.): Hövell; *Abschrift: Msc. VII 5727, Bl. 220, Kopiar des Altertumsvereins Paderborn (Cod. 348) S. 227; Druck: SUB II Nr. 593, S. 182; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 259.*

[a]) In der Vorlage „cesentur"; [b]) Wort über der Zeile eingefügt; [c]) in der Vorlage „trecensimo".
[1]) Älterer Name für Hoevel.

1941

1323 März 2

Everhard genannt Wrede von Lünern[1] verkauft dem Prämonstratenserinnenkloster Oelinghausen für 6 1/2 Mark mit dem Eigentumsrecht die Zehntlöse und den schmalen Zehnten von zwei dem Kloster Oelinghausen gehörenden Höfen zu Bellingsen[2] und zu Haarhof[3]. Das Eigentumsrecht am großen und kleinen Zehnten hatte Wrede von den Brüdern Randolf, Johann und Lambert genannt Hake im Tausch gegen sechs Morgen Ackerlandes bei Ruhne im Kirchspiel Bremen, genannt Baginen-Land, erworben[4].

Ego Euerhardus dictus Vrede de Lûnheren notum facio universis tenore presentium publice protestando, quod de consensu et voluntate expressa Berte, uxoris mee, Gertrudis, Cristine necnon Elizabeth, filiarum mearum, Elizabeth, Iohannis, Wichardi, Bernhardi, Sophie et Alheydis, filiorum ac filiarum iam dicte Gertrudis, filie mee, vendidi et per modum venditionis legitime assignavi religiosis personis .. preposito et conventui monasterii in Vlinchusen Premonstratensis ordinis Coloniensis dyocesis redemptionem decime, que tentlose dicitur, ac decimam minutam cum proprietate ac aliis earundem decimarum pertinenciis universis in duabus domibus in Beldinchusen videlicet et in Hare eidem ecclesie attinentibus pro VI marcis et dimidia legalium denariorum numerate pecunie penitus et solute. Quarum decimarum maioris scilicet[a] et minoris proprietatem a Randolfo, Iohanne et Lamberto dictis Haken, fratribus, in presentia honestorum virorum Iohannis de Vlfersne, Gerwini dicti Sprengen, Henemanni dicti Torich, Arnoldi dicti Helie et .. dicti Waltecke per commutationem seu concambium sex iugerum terre arabilis in confinio ville Rune in parrochia Bremen existentium, que Baginen lanth dicuntur, conquesivi et libertavi, ipsam consequenter in manus dicti .. prepositi et conventus in Vlinchusen coram Theoderico de Afflen, tunc iudice scabinorum et vrigravio nobilis viri domini Wilhelmi comitis de Arnsberg liberaliter transfererendo, observatis proclamationibus et aliis iuris sollempnitatibus in huiusmodi translationibus observandis, promittens nichilominus eisdem in dictis decimis ac proprietate earundem debitam facere warandiam, prout ea de bonis propriis de iure fuerit facienda. Propter hoc etiam, ne defectus aliquis seu impedimentum aliqualiter cadat in premissis, pro me meisque heredibus cautione fideiussoria obligando Hermannum de Bynole et Goscalcum dictum Smerleken, qui, si defectus aliquis, quod absit, fieret in premissis, simul mecum Mendene intrabunt, inde nullatenus exituri, donec causa eiusdem defectus seu impedimentum fuerit per omnia disbrigata. Preterea nos Randolfus, Iohannes et Lambertus dicti Haken, fratres, dictam permutationem seu concambium sepedicte proprietatis integraliter, sicut premittitur, per nos rite factum esse protestamur in hiis scriptis, renunciantes una cum dicto Euerhardo Vreden suisque heredibus omni iuris suffragio ecclesiastici vel civilis, quod nobis nostrisque heredibus ad impediendum sepedictam ecclesiam in Vlinchusen ratione decime seu proprietatis predicte seu etiam ad rectractandum

venditionem memoratam posset quomodolibet suffragari, petentes propter premissorum omnium firmitatem honorabilium virorum domini Godefridi de Rûdenberg nobilis et Godefridi dicti Volenspith, militum, sigilla presentibus apponenda. Et nos Godefridus et Godefridus, milites, iam dicti ad petitiones dictorum Euerhardi Vreden, Randolfi, Iohannis et Lamberti Haken, fratrum, presens scriptum sigillis nostris una cum sigillo eiusdem Euerhardi decrevimus muniendum. Cuius rei testes sunt Theodericus de Afflen, Hermannus de Bynole, Goscalcus Smerleke et alii quam plures fidedigni. Datum anno Domini M° CCC° XXIII°, feria quarta post dominicam, qua cantatur Oculi mei.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 247, an weißen Hanffäden erstes Siegel (Volenspit) ab, Siegel des von Rüdenberg (WS 27,7) und des Wrede (WS 210,14) anhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 260.

[a]) In der Vorlage „silicet".
[1]) Nach dem Siegel wohl eine Nebenlinie der Hake (im Siegel „Wrede"); [2]) südlich von Wimbern; [3]) bei Voßwinkel; [4]) vergl. Urkunde von 1322 Januar 8.

1942

1323 März 4

Die Bürgermeister und der Rat der Stadt Werl einigen sich mit dem Propst und dem Konvent des Prämonstratenserklosters Wedinghausen über die Zugehörigkeit des Hospitals in Werl zur Pfarrkirche und die Hospitalordnung: Das Kloster überläßt dem Rat das Gebäude und das Grundstück, auf dem das Hospital errichtet ist, und verzichtet auf einen bisher daraus bezogenen Zins von sechs Schillingen. Der Rat verzichtet auf den Zins, der aus dem Gebäude und dem Grundstück bisher zu entrichten war. Propst und Konvent lassen das Hospital und den Altar durch eine Person aus ihrem Konvent betreuen. Die Opfergaben, die für den Altar gespendet werden, stehen dieser Person zu. Die Ratsherren und der von ihnen bestellte Custos des Hospitals dürfen sich darin nicht einmischen. Sie haben aber das Recht, vor dem Hospital einen Opferstock aufzustellen. Die dort anfallenden Spenden wollen sie für die bettlägerigen Kranken verwenden. Die am Weihefest des Hospitals und des Altars anfallenden Opfergaben stehen zu gleichen Teilen dem Priester und den Kranken zu. Der Rat sorgt für die Reparaturen und die Beleuchtung. Wenn ein Kranker oder sonst jemand etwas im Testament dem Hospital oder dem dortigen Priester vermacht, so fällt das diesen zu gleichen Teilen zu. Der Priester hat täglich die Messe zu lesen. Die bettlägerigen Kranken empfangen die Sakramente von der Mutterkirche[1].

In nomine Domini amen. Nos Theodericus de Hûlinchouen et Iohannes dictus Thome, proconsules, totumque consilium et universitas ac commune opidi in Werle universis presentes literas visuris et audituris notum facimus et protestamur in perpetuum, quod cum consentientibus viris religiosis domino Henrico, preposito, ac conventu totius monasterii in Wedinchusen Premonstratensis ordinis, quorum intererat et interest ratione ecclesie parrochialis opidi nostri in Werle ad divinum cultum inibi augmentandum per nos quoddam hospitale pro commodo infirmorum cum quodam altari sit in opido nostro predicto constructum et erectum, idemque hospitale de iure communi ecclesie parochiali predicte non inmerito annexum esse debeat, prout hoc recognoscimus per presentes, nos paci et quieti intendentes et eo, ne futuris temporibus inter dictos religiosos et nos ac nostros sequaces scrupulus erroris et discordie oriatur, precavere cupientes de prefato hospitali et altari una cum eisdem religiosis ordinationem fecimus infrascriptam perpetuis temporibus duraturam, videlicet quod prefati dominus prepositus et .. conventus aream illam et domum, in qua prefatum hospitale constructum est, de pensione sex solidorum, quam habuerunt in eadem, relinquent omnino liberam et solutam. Nosque similiter de pensionibus aliis nobis de ipsa domo et area solvi consuetis et debitis supportabimus et eam omnimodo quitam et solutam dimittemus et dimittimus per presentes. Exinde vero dicti domini prepositus et conventus ipsum hospitale sive altare in eo consecratum per unam personam de suo conventu perpetuis temporibus officiari procurabunt. Oblationes quoque altaris et pecunia, que fuerit ad manus persone officiantis

ipsum hospitale seu altare, spectabunt seu spectabit ad eum. De quibus nos seu aliquis nostrum, qui custos dicti hospitalis fuerit, se non intromittent ullo modo, sed et, si nobis placuerit, ante idem hospitale truncum ponere poterimus, et oblata, que in ipso reponi contigerit, in usus infirmorum ibidem decumbentium convertemus. Illa vero, que offeri contingit in die dedicationis dicti hospitalis seu altaris spectabunt in equali divisione tam ad sacerdotem officiantem ipsum altare, quam ad infirmos ibidem decumbentes. Preterea de structura domus seu hospitalis tecture seu edificii, de luminaribus et de aliis ibidem necessariis quibuscumque nichil spectabit ad sacerdotem officiantem ipsum altare vel ad religiosos supradictos. De quibus omnibus nos intromittimus et intromittemus vel illi, quibus hoc duxerimus committendum. Insuper, si aliquis infirmus aut quecumque alia persona voluerit legare vel legaverit aliquid de suis bonis et rebus mobilibus vel inmobilibus temporaliter vel perpetualiter ipsi hospitali specialiter vel sacerdoti officianti ibidem specialiter vel utrisque particulariter, hoc ratum manebit sine contradictione aut inpedimento nostro aut dictorum religiosorum, ita quod una pars aliam non inpediet. In huiusmodi legatis nec aliqua pars aliquid aliud statuet speciale vel commune in posterum contra huiusmodi legationes observandum. Preterea singulis diebus de mane dicetur in ipso hospitali missa in aperto. Infirmi quoque ibidem decumbentes a matrici ecclesia recipient omnia ecclesiastica sacramenta. Et in huius rei perpetuum testimonium dictis religiosis tradidimus presentes literas sigillo venerabilis patris, domini Hermanni, Beliuolionensis ecclesie episcopi, gerentis vices reverendi domini et patris nostri domini Henrici archiepiscopi Coloniensis in spiritualibus, qui hac vice ipsum hospitale seu altare consecravit, et sigillo nostri opidi sive universitatis lucide roboratas. Et nos Hermannus, Dei gratia episcopus antedictus auctoritate dicti domini nostri archiepiscopi, cuius vices in spiritualibus gerimus, premissa omnia et singula, sicut provide facta sunt, approbantes et ratificantes et ea in suis modo et forma auctoritate domini nostri observari precipientes sigillum nostrum propter hoc nos fatemur ad preces dictarum partium appendisse. Actum presentibus dominis Hermanno de Plettenbracht et Euerhardo de Meninchusen, militibus, Wilhelmo de Vflen et Hermanno Scriuere, famulis, Henrico Prosekese, Arnoldo Knopeke, Rotgero Passe, Gerhardo Carpentario, Henrico dicto Scolere, Hermanno Wisaghen, Hermanno de Melkestre, Euerhardo Sterthof, Hermanno Punyr et Henrico de Stene, consulibus in Werle, et aliis fidedignis. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, IIII° nonas Martii.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 120, erstes Siegel ab, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend; Abschriften in Msc. VII 5737, Bl. 97; Msc. I 209, Bl. 386; Abschrift des 15. Jahrh. der Gegenurkunde in Stadt A Werl (Akten C III Nr. 2, Bl. 17v); Druck: INA, NF 3.1, Stadt Werl, S. 5 Nr. 6; desgl. SUB III, Nr. 1113; Regest: REK IV Nr. 1380.

[1]) Vergl. die Urkunde von 1320 Juni 9.

1943

1323 März 4 bei Benninghausen

Otto, Sohn des (Edel)herrn Simon von der Lippe und Bruder des Bischofs Bernhard von Paderborn, verzichtet gegenüber seinem Schwiegervater, dem Grafen Engelbert von der Mark, auf den Brautschatz seiner Frau Ermegard in Höhe von 900 Mark und stellt es dem Grafen frei, diesen zu zahlen oder nicht.

Wii .. Otto, des heren zon van der Lippe, dut kunt allen deen, die dissen brif sient und horent lesen, und betuget wullenkomelichen in dissen brive, dat wii mit heytte, mit wulborde und mit rade unser heren, des biscophes van Paderborne, unses brûders, heren .. Symonis des heren van der Lippe, unses vaders, und al unser vrûnt hebbet gensliken vortegen und vortyget in desen brive all des brutscattes, als der niger hundert marchen guder Sûsge penningge ofte des geliches pagementes, de uns her .. Engelbregth de greve van der Marke, uns here, mit Ermegarde, siner dogter, unser husfrouwen, uns noch solde hebben gegeven, also dat he uns de mach geven ofte nigth, dat sal stan na sinen willen. In orkunde und in stedegeyth disser vorgesprochen stucke so hebbe wii unse ingesegele samentlichen mit ingesegelen unser vorgesprochgenen heren, unses brû- ders und vaders, an dissen brif gehangen. Und wii Bernarth, van der Godes genaden bisscoph to Paderburne,

und Symon here van der Lippe bekennen und betugen alle disse vorgesprochen stucke waar to sine, stede und vasth to blivene, so hebbe .. wii uns ingesegele an dissen brif gehanggen. Dit gescach bi dem clostere Benekinchus, des vridages vor dem sonendaghe to mitvasten, da man scref und talde von Godes geborde dusenth drihundert und an me drientwinttichgesten iare.

Ausf., Perg., StAM, Grafschaft Mark, Urk. Nr. 34, Siegel des Ausstellers, des Bischofs von Paderborn und des Simon von der Lippe anhängend; Druck: Lacomblet UB III Nr. 196; WUB IX Nr. 2271; Regest: Lipp. Regesten II Nr. 683.

1944

1323 März 4

Engelbert von Mecheln verkauft für 72 Mark dem Konvent des (Norden)hospitals vor den Mauern der Stadt Hamm und dem Rektor der dortigen Kapelle Johannes von Uentrop die Höfe Bysen[1] im Kirchspiel Heessen und Holthof[2] im Kirchspiel Hoevel.

Ego Engelbertus de Meychlen, Alheydis, uxor sua, et Arnoldus, eorum filius, tenore presentium recognoscentes scire cupimus, quod voluntate unanimi vendidimus rite et rationabiliter .. conventui domus hospitalis extra muros opidi Hammensis in dyocesi Monasteriensi et domino Iohanni de Vntorpe, sacerdoti, tunc temporis rectori capelle eiusdem hospitalis, mansum dictum Bysen in parrochia Hesnen et mansum dictum Holthof in parrochia Houele pro septuaginta duabus marcis denariorum bonorum et dativorum perpetue habendos et hereditarie possidendos. Aderant huic vendicioni dominus Richardus de Hesnen, miles, et Lodewicus[a] de Dvdinch, famulus. Ceterum nos venditores predicti prefata bona .. conventui et domino Iohanni supradictis plane resignavimus et perfecte. Aderant resignacioni huiusmodi Engelbertus de Vrezendorpe, Th. de Lammestdorpe, Gotfridus de Hesnen, Lvdewicus de Dvdinch, Iohannes de Dvdinch, Hermannus Euerhardi, opidanus Hammensis, et plures alii fidedigni. In cuius rei testimonium ego Engelbertus de Meychlen sigillum meum pro me et uxore mea ac Arnoldo, filio nostro, supradictis duxi presentibus apponendum. Datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} vicesimo tercio, feria sexta ante dominicam Letare.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Cappenberg, Urk. Nr. 50, Siegel ab; Regest: WUB VIII Nr. 1644.

[a]) Korrigiert.

[1]) Das Nordenhospital hatte im Kirchspiel Heessen und Bauerschaft Killwinkel die Höfe Hardinghaus und Homan sowie in der Bauerschaft Dasbeck den Hof Huisman; [2]) desgl. in Hoevel in der Bauerschaft Geinegge den Hof Krantz.

1945

1323 März 5 bei Hattingen

Der Ritter Heinrich genannt Dücker verkauft für 50 Mark dem Pastor zu Hattingen, Johannes, seine Güter zu der Linden in Winz[1] mit dem dazugehörenden Eigenhörigen Konrad.

Universis praesentes literas visuris vel audituris nos Hinricus dictus Düker, miles, volumus esse notum, quod de pleno consensu et voluntate Christanciae, uxoris nostrae legitimae, Hinrici, nostri primogeniti, Lamberti, Caesarii, filiorum nostrorum, Mechtildis, Katherinae, filiarum nostrarum, et omnium heredum nostrorum, quo iure interest, vendidimus iuste et rationabiliter domino Johanni, pastori ecclesiae in Hatnege, bona nostra libera et perpetua dicta thu der Linden in Wyns sita et Conradum ipsa bona inhabitantem et colentem, prout iacent in fronde et cespite cum omnibus pertinentiis et fructibus ad ipsa bona spectantibus, qualicunque nomine censeantur, pro quinquaginta marcis denariorum Susaciensium ab ipso receptis et nobis integraliter persolutis titulo merae perpetuitatis et libertatis iure haereditario perpetue possidenda, resignantes et manumittentes una cum domina uxore nostra praedicta et haeredibus nostris praedictis praedicta bona et ipsum Conradum coram sede iudiciali libera in manus dicti domini Joannis more circa hoc debito et consueto et omne ius sive dominium, quod in ipsis et in ipso Conrado dinoscimur habuisse, in eundem transferentes, ita quod de dictis bonis et de dicto Conrado ordinare et disponere poterit omne, quod sibi placuerit et

ea converterit, quocumque decreverit, contradictione cuiuslibet non obstante. Ut autem haec praemissa in perpetuum rata permaneant, praesentes literas eidem domino Joanni dedimus sigilli nostri munimine roboratas, rogantes una cum saepedicto domino Joanne viros strenuos et honestos, dominos Theodericum de Lethene et Burchardum de Eluerfelde, milites, ut sigilla sua praesentibus apponerent. Et nos Theodericus de Lethene et Burchardus de Eluerfelde, milites praedicti, ad petitionem partis utriusque vendentis et ementis sigilla nostra una cum sigillo domini Henrici dicti Düker, militis saepedicti, praesentibus duximus apponenda in testimonium omnium praemissorum. Acta sunt haec ante pontem Hatnege, praesentibus Syberto, comite iudicio libero ibidem praesidente, domino Weiten, Henrico de Aldendorpe, Conrado dicto Duker, Goscalco, Conrado, Theoderico, liberis, Hinrico de Lindene, Hermanno dicto Wyncel et aliis quam pluribus fidedignis. Datum anno millesimo tricentesimo vicesimo tertio, sabbatho ante dominicam Laetare.

Abschrift des 17. Jahrh., Diözesan A Münster, GV Paderborn, Hattingen A 1; Regest: INA, Inventar des Diözesanarchivs Münster (Beiband III) S 17, Nr. 125.

[1]) Bei Hattingen.

1946

1323 März 14

Der Dechant des Dekanats Dortmund[1] bekundet, daß Goswin, Rektor der Kirche in Recklinghausen, auf der einen Seite und Godfried, Prior, und Christian, Kellner des Klosters St. Katharinen in Dortmund, auf der anderen Seite ihren Streit um (den eigenhörigen) Dedhard von Althaus beigelegt hätten und daß damit die wechselseitigen Mandate des Kölner Erzbischofs gegenstandslos seien.

Universis presentes literas visuris et audituris .. decanus christianitatis capituli Tremoniensis salutem cum notitia veritatis. Constituti coram nobis atque aliis testibus infrascriptis discreti viri dominus Goswinus, rector ecclesie in Rekelinchusen, ex una parte et dominus Godfridus, prior, ac dominus Cristianus, cellerarius ecclesie et conventus sancte Katerine in Tremonia, ratione dicti conventus ex parte altera confessi sunt et recognoverunt hinc et inde, quod omnis dissensionis materia atque briga occasione Dedhardi dicti de Veteri Domo inter ipsos suborta cum eisdem invicem in alterutrum, videlicet ipso conventu et domino Goswino predicto, sopita esset penitus et extincta et in amicitiam plenius reformata, cassatis literis monitionis, quas ipse dominus Goswinus a domino archiepiscopo Coloniensi impetraverat ac contra ipsum conventum, atque cassatis literis recitationis, quas idem conventus contra ipsum dominum Goswinum acceperat econverso a domino archiepiscopo supradicto. Presentes erant hinc inde vocati et rogati discreti viri dominus Hildebrandus de Noua Curia, dominus Erembertus, vicerector ecclesie sancti Reynoldi Tremoniensis, dominus Hinricus de Cûrne, gerens vices domini decani Tremoniensis, atque dominus Aluinus de Herreke necnon plures alii fidedigni. In cuius rei testimonium sigillum nostrum ad causas ad petitionem predictorum ex utraque parte presentibus duximus apponendum. Actum et datum feria secunda post dominicam Iudica anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo tertio.

Ausf., Perg., StAM, St. Katharinen Dortmund, Urk. Nr. 59, Siegel ab; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 569, S. 249; Regest: Dortmunder UB I Nr. 403, S. 285; REK IV Nr. 1386.

[1]) Der Dechant des Stifts Mariengraden in Köln.

1947

1323 März 15

Propst Walram von Arnsberg, Dechant Degenhard, Scholaster Franco und das Kapitel des Stifts Meschede übertragen zur Vermeidung von Streit mit den Bürgern zu Soest verschiedenen Soester Bürgern und anderen verschiedene zum Oberhof Epsingsen[1] gehörende Hufen, Kotten und sonstige Güter, und zwar in Röllingsen, Ampen, Epsingsen, Ostönnen und Theiningsen.

In nomine Domini amen. Universis presentes literas visuris et audituris in perpetuum Walramus de Arnesbergh, prepositus, Deghenhardus, decanus, Franco, scolasticus, totumque .. capitulum ecclesie sancte Walburgis in Meschede Coloniensis dyocesis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Quoniam melior est pugillus cum requie quam utraque manus cum labore, ideo nos universi et singuli cum pleno consensu omnium illorum, quorum consensus in hac parte extitit requirendus, ad honorem omnipotentis Dei ac etiam, ut inter ecclesiam nostram et discretos viros opidanos Sosacienses, amicos nostros speciales, pacis tranquillitas vigeat et fervor exestuet caritatis, recognoscimus nos favorabiliter concessisse ac etiam concedimus liberaliter per presentes .. relicte Reynekini dicti Wenken in Rolenchusen duos mansos, item Iohanni de Hattorpe in Andopen duos mansos, item veteri hospitali in Sosato duos mansos, item sorori Henrici de Aquis ibidem duos mansos, item Henrico de Vroendorpe[a] ibidem unum mansum, item Henrico dicto Went ibidem dimidium mansum, item Iohanni Mûschen in Ebedeschink[b] dimidium mansum, item Alberto Mûschen ibidem dimidium mansum, item Henrico Dorman[c] ibidem unum mansum et unam casam ibidem, Gerhardo Pot ibidem unam casam, item Henrico Darachtene in Osthûnen[d] unum mansum, item Lamberto Bare et Hermanno de Werle unum mansum in Tedinchusen[e], item Theoderico Vigili et Gysoni Fabro[f] dimidium mansum ibidem, item Syfrido S[tenku]lere[g] ibidem dimidium mansum, opidanis Sosaciensibus, quod ipsi et eorum posteri successores seu heredes legitimi perpetuis futuris temporibus huiusmodi mansos, casas et bona, que possident, ad curtem nostram Ebedeschink spectantia sive ab ipsa dependentia pro pensione veteri et consueta de ipsis nobis et ecclesie nostre nec non curti nostre predicte singulis annis et certis temporibus solvi et assignari solita possidere valeant cum omnibus suis attinentiis libere et quiete. Preterea promittimus bona fide, quod, dum quempiam dictorum possessorum, cuiuscumque sexus exstiterit, contigerit mori, quod neque nos seu quisquam de nobis seu quicumque alius nostro seu ecclesie nostre ratione talis defuncti aliquas penitus hereditates, exuvias vel cuiusvis alia iura, que vulgo herwede seu gherade dicuntur, requiremus. Et recognoscimus nos et quemlibet nostrum premissas hereditates, exuvias, herwadia seu gherade de iure seu de quavis consuetudine requirere non posse nec debere, adicientes etiam, quod omnis utriusque sexus proximior heres seu proximiores heredes in locum defuncti et ad possessionem bonorum huiusmodi ad predictam curtem nostram spectantium per nos liberaliter admitti debebunt et de eisdem absque difficultate qualibet investiri, dum tamen is, qui in locum defuncti taliter instituitur, quatuor solidos monete legalis in Sosato .. preposito ecclesie nostre, qui pro tempore exstiterit, pro investitura integri mansi, pro investitura vero dimidii mansi duos solidos ea tantum vice, qua investitur, persolvat, dicta bona deinceps eo iure seu consuetudine, qua defunctus ea possederat, futuris et perpetuis iterum temporibus pacifice possessurus. Ut autem premissa singula et omnia perpetuis temporibus rata permaneant et inconvulsa, prefatis hominibus, eorum heredibus et successoribus tradidimus presentes literas sigillis nostri Walrami, prepositi predicti, et .. capituli prefati roboratas et suffultas. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo tercio, feria tercia post dominicam, qua cantatur Iudica.

A: Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk. A Nr. 3881, Siegel des Propstes (untere Hälfte) anhängend, das des Kapitels ab; Druck: SUB II Nr. 594, S. 182; B: Abschrift um 1500, Papier, Stift Meschede, Urk. Nr. 51.

[a]) In B: Vrowendorp; [b]) in B: Ebdeschinck; [c]) in B: Darman; [d]) in B: Oistunen; [e]) in B: Thedinchusen; [f]) die Zuordnung von „Fabro" in B abweichend, „Gysoni" fehlt; [g]) ergänzt nach B.

[1]) Etwa 4 km südwestlich von Soest.

1948

1323 März 16 Dortmund

Elisabeth, die Witwe des Hermann von Berswordt stiftet für den Bau der Petrikirche in Dortmund 40 Mark. Dafür soll vier Mal im Jahr in dieser Kirche eine Memorie für ihren verstorbenen Ehemann, für sie und ihre Verwandten und Freunde gehalten werden.

In nomine Domini amen. Ne ea, que fiunt in tempore, simul labantur cum tempore, cautum est, rem gestam litterarum testimonio communiri. Proinde pateat universis et singulis tam posteris quam modernis presens scriptum visuris et audituris, quod ego Elizabeth, relicta quondam Hermanni de Berswort, sana et

conpos corpore, cum consensu unanimi et bona voluntate filie mee Wilswit necnon omnium heredum meorum contuli et confero per presentes quadraginta marcas bonorum denariorum Tremoniensium legalium ad structuram nove ecclesie sancti Petri Tremoniensis propter salutem anime Hermanni de Berswort, quondam mariti mei bone memorie, et propter salutem anime mee necnon consanguineorum et amicorum meorum infrascriptorum, sic ut memoria animarum nostrarum habeatur in ecclesia sancti Petri predicta in perpetuum debitis et statutis temporibus, modis et conditionibus infrascriptis, sic ut in quatuor temporibus cuiuslibet anni in perpetuum memoria talis pro salute animarum nostrarum habeatur in ecclesia sancti Petri predicta, videlicet in dominica die quadragezimalis ieiunii, qua cantatur Iudica, quod tunc post completorium cantentur vigilie sollempniter in ecclesia predicta, et proximo die subsequente missa pro defunctis cantetur. Et huiusmodi vigiliis et missis rector scholarum ecclesie sancti Petri cum scholaribus suis tenetur cum plebano et capellano suo quatuor temporibus cuiuslibet anni interesse. Quorum istud primum tempus esse ordinatur. Et tunc in isto tempore plebano tres denarii dabuntur, item capellano tres denarii dabuntur et rectori scholarum unus denarius dabitur et campanario unus obolus dabitur. Et tunc ad illam missam recordabitur et publice pronunciabitur, ut rogetur pro uno Hermanno, pro uno Henrico et una Elizabeth et pro una Wilswit. Et sic proficietur tempore primo prenarrato, adiecto etiam, quod ad vigilias et ad missam una candela parabitur de uno talento cere. Et illa candela incendetur, cum vigilie cantantur et cum missa cantatur pro defunctis, eadem candela incendetur et ponetur in vigiliis et ad missam super candelabrum ante altare. Et tunc post missam reservabitur prefata candela usque ad alia tria tempora infra scripta et procedatur in illis temporibus sicut prius. Et istam pecuniam dandam sacerdotibus, rectori scholarum et campanario et ceram ad candelam in perpetuum provisores ecclesie sancti Petri predicte exponent de thezauro et gazophilatio ecclesie supradicte quatuor temporibus cuiuslibet anni, prout patet in hiis scriptis. Item sciendum, quod secundum tempus ordinatum est, in quo vigilie et missa cantentur, videlicet in dominica die ante festum beati Kiliani, et tunc agetur memoria et publicetur a sacerdote, ut rogetur pro uno Hermanno, pro duabus Elizabeth et pro una Herborgi, et pecunia determinata dabitur iterum sacerdotibus, rectori scholarum et campanario a provisoribus ecclesie prefate, sicut prius in primo tempore est prenarratum. Item sciendum, quod tertium tempus statutum est ad dominicam diem ante festum Nativitatis sancte Marie, quod vocatur ad ultimum festum sancte Marie. In qua dominica die agetur memoria unius Hermanni, unius Elizabeth et duarum Bertradum et duarum Wendelarum, et publicetur in illo dominico die, ut rogetur pro eis et vigilie et missa cantentur et pecunia iterum dabitur sacerdotibus, rectori scholarum et campanario, sicut prius est dictum, et candela reservata ad vigilias et ad missam sicut prius incendetur. Item sciendum est, quod quartum tempus statutum est et ordinatum ad dominicam diem post festum sancti Reynoldi proximum, in quo agetur memoria unius Hermanni, unius Elizabeth et duorum, qui vocantur Iohannes, et duarum Gertrudum, et procedetur in vigiliis et in missa, sicut prius, et dabitur pecunia tanta sacerdotibus, rectori scholarum et campanario, sicut prius. Et istam pecuniam prefatis quatuor temporibus provisores ecclesie supradicte de thezauro et gazophilatio ecclesie prefate exponent predictis quatuor temporibus in perpetuum et quolibet anno in primo tempore, quod est in dominica die, quo cantatur Iudica, una candela paretur de uno talento cere, que reservetur et incendetur in quatuor temporibus prenarratis, et quolibet anno illa candela innovabitur primo tempore prenarrato et procedetur, sicut prius dictum est. Et istud in perpetuum perdurabit, adiecto etiam, quod lampas erit in ecclesia predicta et idem illuminabitur quolibet anno in perpetuum et implebitur de pecunia prenarrata ad ardendum. In quorum omnium testimonium et firmitatem perpetuam ego Elizabeth predicta tamquam principalis in ista causa sigillum meum presentibus pro me et heredibus meis applicavi. Et ad maiorem securitatem et firmitatem perpetuam et ad meam petitionem sigilla discretorum virorum, videlicet Theoderici, plebani ecclesie sancti Petri predicte, domini Hermanni de Redinchusen, domini Alvini de Hirreke et domini Arnoldi de Linne presentibus sunt appensa. Et nos Theodericus, plebanus ecclesie sancti Petri prefate, Hermannus de Redinchusen, Alvinus de Hirreke et Arnoldus de Linne, quod omnia predicta vera esse cognoscimus, ea ratificamus, affirmamus et approbamus per presentes, recognoscentes nos sigilla nostra presentibus appendisse in testimonium premissorum. Datum in Tremonia feria quarta ante festum Palmarum anno Domini 1323.

Ausf., Perg., A der Petrikirche, Urk. Nr. 1, von den fünf Siegeln nur Rest des von Berswordtschen Siegels anhängend; Druck: Dortmunder UB I Nr. 404, S. 285; (unvollständig) Fahne, UB II 2 Nr. 361; Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 570.

1949

1323 März 17 Werl

Godefried genannt Snap und seine Frau Alveradis, die Witwe des Soester Bürgers Lodewich de Foro, verzichten auf die erhobenen Ansprüche zugunsten des Zisterzienserinnenklosters Himmelpforten auf eine Hufe in Theiningsen[1].

Nos Godefridus dictus Snap, Alveradis, eius uxor et relicta Lodewici quondam de Foro, opidani Susatiensis, Ecbertus, Lodewicus, Iohannes et Vrederune, liberi et heredes Lodewici predicti felicis redordationis, universis, ad quos pervenerit presens scriptum, cupimus esse notum et presenti scripti serie manifeste recognoscimus protestando, quod nos unanimi consensu et bona voluntate presentibus abrenuntiamus et abnegamus omni inpetitioni facte vel amplius in perpetuum de bonis seu mansu[a] sito in Tedinchusen secundum omnem suam pertinenciam pertinente honorabilibus personis .. abbatisse, .. priorisse .. et conventui in Hemelporten ordinis Cisterciensis Coloniensis diocesis, cupientes ipsos[b] predictum mansum, sicut ab antiquo possiderunt, ammodo in perpetuum cum gaudio possidere libere et quiete. Nos quoque inpetitionem cassam revocamus et recognoscimus ipsam iniuste et indebite fore factam. In cuius rei testimonium ego predictus Godefridus, tutor et actor seu procurator predictorum liberorum et heredum predicti Lodewici sigillum meum apposui huic scripto, petendo etiam consules opidi Werlensis, ut presentia sigillarent, quod nos Theodericus de Holdinchoue, Iohannes Thome, tunc temporis proconsules in Werle, Henricus Prosekese, Arnoldus Knopeke, Rotgerus Pasce, Iohannes dictus Punir, Henricus de Stene et ceteri consules ibidem recognoscimus esse verum. Huius rei testes sunt Hunoldus dictus Mot, sedens in Werle pro iudice tribunali, Everhardus de Meninchusen, miles, Wilhelmus et Fredericus de Borebene, fratres, bone nationis[c] famuli, Goswinus dictus Egenbolt, Gerhardus dictus Kuken, opidani in Werle, et quam plures alii fide digni et precipue domino Ecberto de Foro, patruo predictorum puerorum, presbitero, canonico in Wedinchusen ordinis Premonstratensis, qui ratione dignitatis primum locum in ordine testium merito tenuisset. Datum et actum Werle per manum Euerhardi de Beyctlage[d] anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, in die sancte Gertrudis virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten, Urk. Nr. 93, Siegel des Ludwig de Foro (WS 219,8) und der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend; Rückvermerk (15) Jahrh.): Teydynckhuzen.

[a]) Hinter dem „u" ein „m" radiert; [b]) korrigiert; [c]) aus „nationes" korrigiert; [d]) oder „Veyctlage".
[1]) 7 km südwestlich von Soest.

1950

1323 März 21 Nürnberg

König Ludwig teilt den Bürgern zu Dortmund mit, er habe dem Grafen Heinrich von Waldeck ihren Schutz anvertraut, und fordert sie auf, ihm gehorsam zu sein. Die Bürger sollen den Grafen über die dem Reich in Dortmund zustehenden Rechte und Einkünfte informieren und ihm behilflich sein, Entfremdetes wiederzubeschaffen. Außerdem sollen sie respektieren, daß die dortigen Juden der Kammer des Königs unterstehen.

Ludewicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus prudentibus viris consulibus et universitati civium Tremoniensium, fidelibus suis dilectis, gratiam suam et omne bonum. Decernentes profectibus et commoditatibus vestris, prout ex iniuncto nobis tenemur officio fideliter providere, nobili viro Henrico comiti de Waldekk vos commisimus et commitimus defensandos, volentes firmiter et mandantes, quatenus eidem in iuribus, consuetudinibus et obsequiorum prestationibus solitis et consuetis nomine regio intendatis et cum obedientia debita pareatis, ipsumque de universis iuribus et pensionibus nobis et imperio tum in civitate Tremoniensi, tum extra in districtu plenarie informetis sibique cooperari velitis, ut distracta, male alienata seu per negligentiam tempore aliquo pretermissa possit ad pristinum et debitum revocare. Volumus etiam, ut,

si qua de rebus imperii per tempora aliqua collegistis, ipsi Heinrico sine diminutione qualibet assignetis[a]. Preterea precipimus et mandamus, ut Iudeos civitatis vestre camere nostre servos tales habeatis, ut sepedicto Heinrico contemplatione regis, sicut de iure et consuetudine tenentur, obediant et intendant. Datum in Nurenberg XII° kalendas Aprilis anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio, regni vero nostri anno nono.

Ausf., Perg., StA Marburg, Urkundenabteilung Waldeck Nr. 10415, Siegel des Königs anhängend; Druck: Varnhagen, Waldecksche Geschichte I UB Nr. 4: Gräflich von Waldecksche Ehrenrettung, Beilagen 4, S. 235; Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 571, S. 250; Brilling-Richtering, Westfalia Judaica, Nr. 73, S. 87.

[a]) In der Vorlage „assingnetis".

1951

1323 März 21

Engelbert Graf von der Mark bekundet, er schulde seinem Burgmann, dem Ritter Wenemar von Grimberg (Grimbergen), *410 Mark für verschiedene Güter zu Harpen (-e)*[1], *und gibt ihm dafür eine Anweisung auf Einkünfte aus der Vogtei zu Essen und auf Gefälle aus der Mühle zu Bochum* (Bochem). *Datum 1323 März 21* (crastino Palmarum).

Ausf., Perg., A von Nesselrode-Herrnstein (Original zur Zeit nicht zugänglich).

[1]) Heute Stadt Herne.

1952

1323 März 22

Die Brüder Henemann und Ludolf von Lon[1], *Knappen, verkaufen an Clara von Brüllingsen*[2] *für zehn Mark eine Kornrente von zwei Malt aus ihrem Oberhof Berenbrock*[3]. *Die Rente kann in den nächsten acht Jahren zurückgekauft werden.*

Universis presentes literas visuris et audituris innotescat, quod nos Henemannus et Ludolfus fratres de Lon, famuli, cum bona voluntate et pleno consensu omnium heredum et coheredum nostrorum honeste matrone Clare de Brullenchusen et suis heredibus pro decem marcis denariorum Susaciensium vendidimus pensionem duorum maltorum annone, videlicet unius malti siliginis, dimidii malti ordei et dimidii malti avene de curte nostra in Berenbruche singulis annis in festo beati Michaelis archangeli ante omnia per nos seu eiusdem curtis cultorem exsolvenda sub hac condicionis forma, quod prefatam pensionem quovis anno infra festa Pasche et beate Walburgis virginis a data presencium ad octo annos continue currentes licite reemere poterimus pro qualitate et quantitate pecunie memorate. Si vero infra prefatos octo annos in reempcione huiusmodi negligentes fuerimus et remissi, predicta Clara et sui heredes prefatam pensionem extunc in perpetuum iure hereditario de dicta curte nostra in Berenbruche percipiendo, cessante qualibet contradictione, possidebunt. In cuius rei testimonium presentes literas antedicte Clare et suis heredibus tradidimus sigillis strenuorum virorum Theoderici et Godefridi fratrum de Meschede, militum, ad peticionem nostram communitas. Actum et datum presentibus predicto Godefrido, milite, et Godefrido de Meschede, Iohanne dicto Bluel, Godefrido dicto Lurewalt, Godeschalco de Lon et .. dicto Speteling, famulis, et aliis quam pluribus fidedignis anno Domini M CCC vicesimo tercio in crastino beati Benedicti abbatis. Et nos Theodericus et Godefridus, milites antedicti, quia scimus predicta sic esse acta, prout supra sunt enarrata, sigilla nostra ad peticionem Henemanni et Ludolfi, fratrum predictorum, presentibus in testimonium duximus apponenda. Datum anno et die predictis.

Ausf., Perg., Fürstlich Hatzfeldtsches Archiv Köln-Merheim, zwei Siegel anhängend, Druck: WZ 61, 1903, Nr. 18, S. 61.

[1]) Lohne östlich von Bad Sassendorf; [2]) südöstlich von Sassendorf; [3]) im Kirchspiel (bzw. südöstlich von) Horn.

1953

1323 März 26

Der Ritter Dietrich von Honrode billigt erneut den Verkauf von Gütern in Heppen[1], den Johannes genannt Papen an das Kloster St. Walburgis vor Soest vollzogen und den bereits sein Vater Themo genehmigt hatte. Der von den Gütern an den Oberhof Greving[2] zu zahlende Zins bleibt vorbehalten[3].

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Theodericus de Honrode, miles, .. uxor nostra, Themo, Theodericus, et Henricus, filii, nostri omnesque nostri coheredes notum facimus publice protestando, quod venditionem bonorum in Heppen factam per Iohannem dictum Papen honestis personis .. preposito et conventui sive monasterio sancte Walburgis extra muros Sosatienses, quem olim pater noster dominus Themo approbavit et ratificavit, eandem emptionem simul et vendicionem nos de novo cum heredibus nostris predictis approbamus et ratificamus per presentes, constanter et bona fide promittentes nos et nostros heredes aut successores eorum in perpetuum nec posse nec debere eandem venditionem et emptionem ullo sensu aut ingenio violare, maxime cum ipsi .. prepositus et conventus multis retroactis temporibus possederint bona supradicta, ita tamen, quod pensio de ipsis danda et dari consueta in curtem nostram Greuink suis temporibus nobis et posteris nostris ministretur. Et in huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus litteris est appensum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, in vigilia Pasche.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 74, Siegel des Ausstellers (WS 190,3, kleineres Typar) abhängend; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219, Bl. 40 der zweiten Zählung.

[1]) Nordöstlich von Soest bzw. nördlich von Bad Sassendorf; [2]) ehemals in der Gemeinde Scheidingen, noch Ende des 16. Jahrh. war der Besitzer ein Pape (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest II, S. 163, Nr. 22); [3]) die Billigung des Verkaufs erfolgte offensichtlich aufgrund der Funktion als Lehnsherr.

1954

1323 März 28 Elsey

Vor dem Herren Dietrich von Limburg erklärt Johannes von Dunchove, der Sohn des Ritters Heinrich, er habe für fünf Mark dem Propst und dem Konvent des Klosters Elsey als Eigengut einen im Kirchspiel Elsey gelegenen Acker von sechs Scheffelsaat verkauft. Da der Acker in der Grafschaft Limburg liegt, bittet Johannes um die Zustimmung des Dietrich von Limburg.

Universis presentem literam inspecturis nos Thidericus dominus de Limborg notum facimus, quod constitutus coram nobis Iohannes de Dunchoue, quondam filius Heinrici militis, recognovit se vendidisse preposito et conventui monasterii in Else pro V marcis Sosatiensium denariorum sibi numeratis, traditis et assignatis ab eisdem suum agrum pro puro allodio capientem sex mensuras avene, que vulgariter dicitur sesse scepel sades. Qui quidem ager situs est in parrochia de Else apud ortum Fundengudes iuxta viam, que ducit in Hangene, petens nos, ut nostrum consensum, cum dictus ager in nostra cometia de Limborg sit situs, eiusmodi venditioni adhibere vellemus. Nos itaque petitioni sue annuentes dicte venditioni nostrum consensum presentibus adhibemus et eam ratam habemus presentium testimonio literarum. Et ego Iohannes predictus recognosco premissa omnia singula esse vera, utens pro me sigillo dicti domini de Limborg ad petitionem meam presentibus appenso, quia proprio sigillo careo, in hac parte. Actum in simiterio ecclesie in Else presentibus Hermanno de Letmete et Herbordo, fratri dicti Iohannis, Gobelino dicto Quant et Iohannes dicto Bole et Euerdo dicto Fried et aliis quam pluribus fide dignis ad hoc specialiter vocatis et rogatis anno Domini milesimo C°C°C° vicesimo tercio, in crastino Pasche.

Ausf., Perg., A des Fürsten zu Bentheim-Tecklenburg in Rheda, Urk. Nr. 25, Siegel ab.

1955

1323 April 1 Dortmund

Engelbert Graf von der Mark überläßt[1] dem Kloster Fröndenberg den Zehnten zu Barop und Persebeck im Gericht Eichlinghofen[2] und erhält dafür die Güter des Vinken zu Eppendorf[3].

Nos Engelbertus comes de Marka notum facimus universis, ad quos presentes litere pervenerint, publice protestantes, quod .. nos decimam de villis dictis Badorp et de Perebeke sitis sub iudicio et districtu Ekelinchouen damus et dedimus in presentibus liberam et solutam ad claustrum dictum Vrendenberghe, renuncians omni iuri, quod nobis in dictis decimis competebat, recipiens in locum dicte decime bona dicti Vinken in Ebbincdorpe. Que quidem bona a nobis de cetero concedi debent et teneri. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum in Tremonia feria sexta proxima post festum Pasche anno Domini M^{mo} CCC^{mo} vicesimo tercio.

Ausf., Perg. StAM; Kloster Fröndenberg, Urk. Nr. 104, Siegel ab; Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 13, S. 183.

[1]) Als Lehnsherr des Zehnten, vergl. Urkunde von 1321 Dezember 6; [2]) südwestlich von Dortmund; [3]) bei Wattenscheid (vergl. Westerburg-Frisch, Lehnbücher Mark S. 150).

1956

1323 April 3

Givehard von Büren und seine Frau Swenehildis verkaufen für 38 Mark der Jutta von Arnsberg, Äbtissin zu Fröndenberg, ihre Hufe zu Kessebüren. Aus dieser müssen jährlich zwei Schillinge an die Äbtissin und den Konvent zu Geseke und drei Maße Bier an das Kloster in Rumbeck entrichtet werden.

In nomine Domini amen. Universis presentes literas visuris et audituris ego Gyuehardus[a] de Buren et Sweneheldis, coniuges, in perpetuum cupimus fore notum, quod cum etiam[b] consensu Gebeline, filie nostre, et Cristine, filie eiusdem, ac omnium nostrorum heredum vendidimus et vendimus per presentes iusto emptionis tytulo domine Iûtte de Arensberge, abbatisse ecclesie in Vrendeberge, et .. conventui ibidem mansum nostrum situm in Kerseburen, prout situs est in frondibus et cespitibus, pro triginta octo marcis Susaciensium denariorum pecunie nobis tradite et solute in perpetuum possidendum. De quo quidem manso dabunt pensionem singulis annis in festo Pasche duos solidos .. abbatisse et .. conventui in Gyseke denariorum ibidem pro tempore usualium. Item dabunt de eodem manso tres mensuras cervisiorum[c] mensure in Vnna pro tempore usualis et consuete ad claustrum in Rumbyke. Pro recta warandia dicte emptionis constituimus dicte .. abbatisse et .. conventui in Vrendeberg Thilemannum dictum Kersebure, Cristianum de Buren dictum Assam ibidem et Thidericum dictum Dangwarth, qui una nobiscum in solidum promiserunt Vnna opidum intrare ad iacendum nec abinde recessuri, quousque ipsi .. abbatisse et .. conventui in Wrendeberg fuerit satisfactum, si in aliquo premissorum ipsis non fuerit satisfactum integraliter et complete de omni impetitione, que ipsis moveri poterit contra emptionem prenotatam. Et nos .. fideiussores iam dicti dicte domine .. abbatisse et conventui in Vrendeberg, ut premittitur, promittimus recognoscentes singula premissorum esse vera sub sigillo honesti viri domini Theoderici de Varste, militis, hoc significantes, quod presentibus ad petitionem mei Gyuehardi et Svenehildis, coniugum predictorum, est appensum in testimonium veritatis. Et ego Thidericus miles iam dictus, nichil iuris habens in dicto manso, ad petitionem dictorum .. coniugum sigillum meum in testimonium premissorum duxi presentibus appendendum, qui premissis interfui et ea, prout iacent, sciens esse vera. Presentibus hec acta sunt Iohanne, cappellano in Vnna dicto Vrydag, Themone de Buren, proconsule in Vnna, Thoma de Dedelinchouen, Nidingho et Themone de Herne et Thiderico dicto Werenbolt, Iohanne de Mersche et Thiderico apud Fossam et aliis quampluribus fidedignis. Datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} vicesimo tertio, dominica, qua cantatur Quasi modo geniti.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg, Urk. Nr. 105, Siegel ab.

[a]) In der Vorlage am Anfang des Namens ein überflüssiges „er"-Kürzel, das bei der zweiten Nennung des Namens fehlt; [b]) korrigiert; [c]) in der Vorlage „cerusorum" (an Wachs kann wohl nicht gedacht sein).

1957

1323 April 5

Vor den Ratsherren zu Recklinghausen verkauft Gerhard genannt Speckemann eine Rente von vier Schillingen aus seinem Haus und dem Hausplatz beim Graben und beim Haus der Frau von Sledinchove an Christina, die Tochter der Rotera und Begine im Hause Stovern.

Universis hanc litteram presentem inspecturis et audituris nos consules opidi Rekelinchusen nomine Gerhardus de Dûrstene, Thelemannus, filius Gude, Lambertus Antiquus Decanus, Ludolphus de Alta Domo, Gerhardus, filius Vrederunis in Domo Lapidea, Everhardus Faber, Gerhardus von der Trappen, Iohannes, filius Conradi de Bachem, Lambertus Iuvenis Decanus, Hinricus Fermentarius, Iohannes, filius Volquini, et Iohannes, filius Iacobi de Via Lapidea, notum facimus publice protestando, quod in nostra presentia constituti Gerhardus dictus Speckeman, Sophia, eius uxor, Wendelmodis, Aleydis, Elysabet et Sophia, pueri coniugum iam dictorum omnes tunc temporis nati tam masculi quam femelle, de maturo suorum amicorum consilio et de pleno consensu omnium suorum heredum vendiderunt rite resignantes Cristine, filie dicte .. Rotere, puelle commoranti in domo puellarum Stoueren, quatuor solidos denariorum in opido Rekelinchusen usualium et dativorum ex domo et area sitis apud fossam iuxta domum .. domine dicte de Scledinchoue iure hereditario et pensionali in festo Pasche annis singulis persolvendos. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem ad preces utriusque partis sigillum nostri opidi hiis litteris presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC^{mo} vicesimo tercio, feria tercia post octavas Pasche.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A III Nr. 785 (Beginen Recklinghausen), Siegel der Stadt anhängend; dabei Transfix zur Urkunde von 1334 Sept. 2 (Weitergabe der Rente durch Christina an ihre Mitbeginen).

1958

1323 April 5

Notiz über die Einsetzung des Dortmunder Richters Andreas von Breckerfeld[1].

Andreas iudex ascendit tribunal in crastino beati Ambrosii episcopi anno Domini 1323.

Vermerk im 1945 vernichteten Bürgerbuch (liber civium), *Bl. 46b, Stadt A Dortmund, Wiedergabe nach dem Druck in Dortmunder UB I Nr. 406, S. 287; Regest. Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 572.*

[1]) Der Zuname ergibt sich aus Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 582.

1959

1323 April 23

Heirich, Propst von (St. Patrokli) Soest, belehnt seinen Mitkanoniker Johannes de Lippia mit den Gütern zu Berwicke[1], *die einst dem Arnold genannt Balken gehörten und die dieser an den Kanoniker verkauft hatte.*

Nos Henricus Dei gratia prepositus ecclesie Sosaciensis universis presentes literas visuris et audituris notum facimus publice protestando, quod bona in Berewik sita, que quondam fuerunt Arnoldi dicti Balken

ad infeodationem nostram spectantia, quia ipsa ad virum discretum dominum Iohannem de Lyppia, canonicum ecclesie Sosaciensis, per iustam et legitimam venditionem pervenisse conperimus, sibi in prima nostra creacione fatemur nos in feodo absoluto, prout hoc ad nos spectabat et spectat, concessisse, ipsum extunc sicut nunc vasallum nostrum fore recognoscentes ratione bonorum eorundem. Et in huius rei testimonium sigillum nostrum presentibus literis est appensum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, in die beati Georgii martiris concessione igitur bonorum predictorum eidem Iohanni per nos facta. Presentes erant ibidem Gerhardus, choriepiscopus Treuerensis, frater noster, Heydenricus, prepositus nunc ecclesie sancti Seuerini Coloniensis, Theodericus, scolasticus ecclesie nostre Susatiensis, et Albertus, vicarius eiusdem ecclesie, et alii fide digni.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Urk. Nr. 112, Siegel des Propstes abhängend.

[1]) Nördlich von Borgeln.

1960

1323 April 25

Konrad, der Sohn des Franko de Warstene, verzichtet gegenüber dem Kloster Paradies auf die erhobenen Ansprüche auf einen Kotten und sieben Morgen Ackerlandes bei Schwefe.

Ego Conradus, Franconis de Warstene filius, notum facio presentibus ac futuris, quod, cum per dies aliquot conventui ad Paradysum super una casa et septem iugeribus terre arabilis ad ipsum pertinentibus, apud Sueue sitis impetitionem facerem, tandem ex certa scientia comperi et didici mihi et heredibus meis nil iuris competere in eisdem, propter quod omni huiusmodi impetitioni renuntiavi et in hiis scriptis renuntians recognosco manifeste, quod ego et heredes mei penitus nichil iuris habemus in casa et in iugeribus antedictis nec unquam de cetero super ipsis questionem aut impetitionem movebimus aliqualem. Et in huius rei testimonium ad preces meas sigilla domini Godefridi viri nobilis de Rûdenberg et Conradi de Meninchusen, famuli, qui presentes fuere, presentibus sunt appensa. Quod dominus Godefridus et Conradus iam dicti recognoscimus fore verum. Fuerunt etiam presentes dominus Hinricus, sacerdos, Hildegerus de Heruordia, Tidemannus Costere et alii fide digni. Datum anno Domini M° CCC° XX tertio, ipso die beati Marci ewangeliste.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII 6107 (Kopiar des Klosters Paradies), S. 71.

1961

1323 Mai 1

Der Knappe Hermann gen. Sly übergibt seinen drei Töchtern Gertrud, Engelburgis und Christina zur Abfindung des väterlichen Erbteils den Hof zu Lenklar[1].

Universis presentes literas visuris seu coram legi audituris ego Hermannus dictus Sly, famulus, notum facio per easdem publice protestando, quod ego de pleno consensu et voluntate Engelburgis, uxoris mee legitime, nec non Hermanni, Theoderici, Conradi, Iohannis, Rûtgeri et Gotfridi, filiorum meorum dilectorum, iuxta nostrorum amicorum et consanguineorum concilia et auxilia dedi et assignavi nec non do et assigno per presentes cum bona mei voluntate Gertrudi, Engelburgi et Cristine, filiabus meis dilectis, pro iusto divisionis tytulo et pro portione hereditatis ipsarum paterne mansum meum in villa Lenkelere situm cum omnibus iuribus et attinenciis rite ad iam dictum mansum pertinentibus tali subsequitura condicione, quod eedem tres filie mee prefatum mansum in perpetuum equaliter omni eo iure, quo ego actenus ipsum possedi et habui, obtinebunt de cetero et possidebunt. Et filii mei omnes supradicti de cetero penitus nichil iuris in predicto manso et omnibus suis attinenciis possidere debebunt et habere. In cuius rei testimonium ego Hermannus

predictus sigillum meum pro me et ad rogatum Engelburgis, uxoris mee predicte, ac Hermanni, Theoderici, Conradi, Iohannis, Rûtgeri et Gotfridi, filiorum meorum predictorum, duxi presentibus apponendum. Et nos Engelburgis, Hermannus, Theodericus, Conradus, Iohannes, Rutgerus et Gotfridus iam dicti recognoscimus omnia et singula omni modo, quo est premissum, sub eodem sigillo ad nostrorum omnium premissorum rogatum presentibus appenso esse vera. Cum autem hec acta fuerant et ordinata, presentes erant Hinricus dictus Scriuere, Theodericus de Suansbelle, Gotfridus van den Buckenberghe, Hinricus dictus Vridach, Wernerus de Coquina et alii viri honesti quam plures et fide digni ad premissa vocati. Datum et actum anno Domini M° CCC° vicesimo tercio, ipso die beatorum Philippi et Iacobi apostolorum.

Ausf., Perg. Schloß A Cappenberg, Urk. Nr. 209, Siegel des Ausstellers (beschädigt, Bild: im Schild Balken, belegt mit drei Schlegeln); Rückvermerk: van vorwerke to Lenkeler.

[1]) Bauerschaft im Kirchsspiel Werne.

1962

1323 Mai 5

Der Knappe Lambert von dem Mersche[1] verkauft für 32 Mark dem Soester Bürger Johannes Clotemann seine Eigengüter im Dorf Loh[2] im Kirchspiel Welver. Die Verkäufer versprechen Währschaft und setzen als Unterpfand ihre Güter zu Ketteslere[3].

Universis presentes literas visuris et audituris ego Arnoldus dictus van dem Mersche, famulus, notum facio publice protestando, quod de consensu et voluntate plenaria Grete, uxoris mee, Lamberti, Gerhardi, Wilhelmi, Arnoldi, Henrici, filiorum meorum, nec non Grete, Gostie, Bele et Stenzeken, filiarum mearum, ac omnium meorum coheredum rite et et legitime vendidi pro triginta duabus marcis denariorum in Sosato usualium mihi integraliter traditis et solutis Iohanni dicto Cloteman, opidano Sosatiensi, et suis veris heredibus bona mea hereditaria et propria, que sita sunt in villa dicta tŏme Lo infra parrochiam Weluere, cum agris, pratis, pascuis, nemoribus et cum universis eorum appenditiis, sicut ego ea possedi, iure hereditario in perpetuum possidenda et tenenda. Et quia huiusmodi venditio est per me legitime consummata, ego et .. uxor mea ac heredes mei predicti propter hoc renuntiavimus et presentibus renunciamus eisdem bonis et omni iuri, quod in ipsis habuimus simpliciter et in totum, recognoscentes nos aut nostros successores in perpetuum nobis non posse quicquam iuris in eisdem bonis aut appendiciis eorum vendicare. Preterea ego et heredes mei promisimus et promittimus eisdem Iohanni et suis heredibus dictorum bonorum et proprietatis eorum nos facturos iustam et debitam warandiam, in qua, si ipsi aliquem defectum paterentur, ita quod nos in hoc essemus negligentes, illum defectum ipsi Iohannes et heredes sui sine nostra offensa recuperare poterunt in bonis nostris in Ketteslere sitis, que ipsis pro huiusmodi warandia recognoscimus nos voluntarie obligasse. Et in premissorum omnium testimonium ego Arnoldus et mei heredes, quia sigilla propria non habemus, presentes literas sigillis Bertoldi de Hammone, iudicis in Sosato, nec non Alberti dicti Prebendarius, vicarii Sosatiensis, ac Gerwini de Elfedehusen petivimus communiri. Et nos Bertoldus, Albertus et Gerwinus profitemur, quod ad preces dictorum Arnoldi et suorum heredum ac etiam Iohannis Cloteman sigilla nostra presentibus decrevimus apponenda. Actum et datum anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, in die Ascensionis eiusdem, presentibus Wigghero de Vockinchusen, Henemanno dicto Wolf, Hermanno Grotehere, Wernero Recherdink, Waltero Wise, Hermanno Cloteman, Mauricio de Brochusen, Conrado Wolfardink, Iohanne Heselere, Iohanne Rokeslo, Arnoldo Merkwortele, Henrico, villico in Hattorpe, et aliis fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver, Urk. Nr. 173, Siegel ab; Rückvermerk (14. Jahrh.): up dat guet tome Lo.

[1]) Vergl. die Flurnamen Mühlenmersch und Nordmersch in Dorfwelver (Schoppmann, Flurnamen Soest. S. 47 Nr. 62 und S. 48 Nr. 64); [2]) etwa 3 km nordöstlich von Welver; [3]) vergl. das Kettlerholz nördlich von Dorfwelver (Schoppmann, Flurnamen Soest, S. 46, Nr. 40).

1963

1323 Mai 12

Der Ritter Friedrich genannt von Brencken bekundet, der Bürger zu Geseke Werenso genannt von Asminchusen habe dem Johann genannt von Redberg dem Älteren, ebenfalls Bürger zu Geseke, eine von ihm abhängige Hufe, die 32 Morgen Ackerlandes umfaßt und zum Teil in Stockum[1] und zum Teil in Störmede liegt, mit einem Markenanteil im Stockumer Wald verkauft. Der Verkäufer habe ihm die Hufe aufgelassen, worauf er sie dem Käufer zu Hausgenossenrecht übertragen habe.

Res geste ob hoc commendentur testimonio scripture, ne eas ulla oblivionis nebula valeat absorbere. Hinc est, quod nos Fredericus dictus de Brenken, miles, notum esse volumus in perpetuum universis presentia visuris et audituris lucide protestantes, quod Werenso dictus de Asminchusen, oppidanus in Gesike, et Walburgis, eius legitima uxor, et eorum liberi omnes, videlicet Renfridus, Hermannus et Gertrudis, unanimi consensu Iohanni dicti de Redberg seniori, oppidano ibidem, et Gertrudi, legitime uxori sue, et omnibus eorum veris heredibus mansum quendam situm pro parte Stochem et pro parte Stormede, continentem triginta et duo iugera agrorum et unam echtwort sitam in silva Stechemer[a] marka, que bona a nobis dependent eo iure, quod ius vulgariter husghenoten recht appellamus, cum universis horum bonorum pertinentiis rite et rationabiliter vendiderunt et coram nobis legitime assignaverunt, renunciantes in perpetuum omni iuri, quod habuerunt in bonis prenarratis. Et nos eadem bona Iohanni et Gertrudi predictis nec non Iohanni, Hermanno et Cunigundi, eorum liberis, modo debito et consueto contulimus dicto iure perpetuo hereditarie possidenda. In quorum testimonium sigillum nostrum ad petitionem partium predictarum presentibus duximus apponendum. Testes vero, qui premissis, cum fierent, affuerunt, sunt Vlricus dictus Vryman, Renfridus dictus Brakenbusch et Renfridus, filius suus, Henricus Brvninc et Conradus, frater suus, Goscalcus Rotifex, Hermannus dictus Scratte, Magnus Dethmarus et Helmicus dictus Rump, oppidani ibidem, item et Hermannus dictus Bekerere, Albertus dictus Cappenberg et Henso, villani de Stormede, et alii quam plures viri fide digni. Datum feria quinta ante festum beati Seruatii anno Domini M° CCC° vicesimo tertio.

Ausf., Perg., A von Bocholtz zur Hinnenburg, Abt. Störmede, Urk. Nr. 65; Siegel des Ausstellers (WS 251,20) abhängend; Druck (gekürzt): WUB IX Nr. 2296.

[a]) Wohl für Stockumer Mark.
[1]) Wüstung nordwestlich von Geseke.

1964

1323 Mai 20, Juni 28, Juli 14

Der Bischof von Münster wird beim Versuch der Einnahme von Hamm gefangengenommen. Der Graf von der Mark siegt danach bei der Landwehr[1] im Münsterschen. Er bleibt gleichfalls bei der Rauschenburg[2] über die Truppen des Bischofs, die vorher das Dorf Methler niedergebrannt hatten, unter Einbringen vieler Gefangener siegreich.

... feria VI[a] post Penthecosten episcopus Monasteriensis, dum opidum de Hamone intendebat capere, captus est et multi milites et armigeri cum eo.

Postea in vigilia beatorum Petri et Pauli apud Lantwere in terra Monasteriensi idem comes contra gentes episcopi obtinuit victoriam.

Post hec autem in crastino beate Margarete apud Ruscenborch contra gentes predicti episcopi, qui[a] villam de Metlar[3] combusserant, optenta est iterum victoria et multi probi milites et armigeri capti fuerunt ibidem.

Wiedergabe nach Zschaeck, Levold, S. 69.

[a]) Constructio ad sensum für „que".
[1]) Vieleicht Landwehr bei Ennigerloh; [2]) an der Lippe; [3]) südwestlich von Kamen.

1965

1323 Mai 17

Der Knappe Hermann von Völlinghausen erklärt, er sei von seinen Freunden umfassend aufgeklärt worden, daß er an den dem Kloster Benninghausen gehörenden Gütern bei Böckum[1] zu Ostorpe[2] keine Rechte habe, und verzichtet daher auf alle Ansprüche.

Universis ac singulis presentes literas visuris ac etiam audituris ego Hermannus dictus de Volklynchusen, famulus, notum facio in hiis scriptis publice protestando me plane ac fideliter esse instructum ab amicis meis specialibus et communibus, quod ego in bonis sitis apud Bochem tho dem Osdorpe monasterio in Benkynchusen seu conventui ibidem pertinentibus nichil iuris penitus habere nec aliquod ius in ipsis bonis possum nec aliqualiter de cetero debeo vendicare, ita sane quod iuxta instructionem huiusmodi predictam bona memorata tenore presentium ab omni impeticione dimisi et penitus dimitto quieta, libera et soluta, renuncians nichilominus omnibus exceptionibus iuris et facti, que michi nunc aut in posterum possint contra premissa quomodolibet suffragare. In quorum evidens testimonium meum sigillum presentibus est appensum. Actum presentibus Gerardo de Monasterio et Andrea dicto Hoppe, proconsulibus Lyppensibus, .. dicto Wrede, iudice, Iohanne Gyselberti, oppidanis in Lyppia, Henrico Huninchus, famulo, et Alberto dicto Berenbuc, presbitero, et aliis viris quam pluribus probis et fidedignis necnon Ludolpho de Geseke. Datum feria tercia proxima post festum Penthecostes anno Domini M° CCC° vicesimo tercio.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen, Urk. Nr. 151, Siegel des Ausstellers (Bild: Mühlrad, beschädigt) abhängend, Rückvermerk (14. Jahrh.): de Ostdorppe; *Abschrift in Msc VII 5724, Bl. 53v.*

[1]) Zwischen Horn und Benninghausen; [2]) vergl. Schelhasse, Benninghausen S. 122.

1966

1323 Mai 22

Vor dem Bürgermeister und den Ratsherren der Stadt Geseke vereinbaren Hermann und Konrad van me Cake, *daß sie die Verpachtung ihrer Güter zu Störmede, Langeneicke,* Persminchusen[1] *und Velmede*[2] *gemeinsam vornehmen und die Einkünfte zu gleichen Teilen teilen wollen. Die Güter dürfen nicht ohne das Einverständnis des anderen veräußert werden. Konrad hat seinen Anteil mit seiner Mutter zu teilen. Falls einer von ihnen*[3] *ohne Kinder stirbt, fällt sein Anteil jeweils an den anderen.*

Nos Henricus dictus Slechtere, proconsul, Hermannus dictus de Lon, Ecbertus dictus de Eden, Volbero dictus bi me Helewege, Henricus dictus Pauo, Albertus dictus de Dreyno, Hermannus Frederici, Volbero iunior, Iohannes dictus de Redberg, Iohannes Winandi, Henricus dictus Vasolt et Dethmarus Boldemari, consules oppidi Gesike, notum esse volumus universis presentia visuris et audituris publice protestantes, quod Hermannus et Conradus dicti van me Cake constituti coram nobis arbitrati sunt et plenarie concordaverunt in hoc, videlicet quod ipsi ambo unanimiter et coniuncta manu locabunt omnia bona sua hereditaria seu inmobilia Stormede, Langneke, Persminchusen et Velmede sita, ita quod locatio dictorum bonorum ad ipsos ambos coniunctim, quam[a] diu vixerint, eque spectat et spectabit indivisa et ipsi ambo redditus et universa pertinentia dictorum bonorum in silvis, campis, aquis, pratis et pascuis tollent equa portione. Sed neuter eorum quicquam dictorum bonorum inmobilium vendere seu alienare poterit absque alterius beneplacito et consensu. Preterea idem Conradus suam portionem eque condividet sue matri. Item si Hermannum prius Conrado decedere contingerit, extunc ex obitu ipsius Hermanni dicta bona omnia cum omnibus suis pertinentiis ad Conradum et ad matrem suam et ad veros heredes ipsius Conradi devolventur et sua perpetue hereditarie permanebunt. Si vero Conradus pueros veros heredes non genuerit, sed talibus pueris carens prius Hermanno decesserit, extunc econverso ex obitu Conradi et defuncta matre eius dicta bona omnia cum universis suis pertinentiis ad ipsum Hermannum et ad heredes suos devolventur et sua simili modo perpetue hereditarie per-

manebunt. In quorum testimonium sigillum nostrum ad petitionem ipsorum amborum presentibus est appensum. Ceteri vero testes premissorum sunt Wernerus dictus Stotere, iudex in Gesike, Menricus dictus Bvdel, Dethardus dictus de Curru, Conradus dictus de Hvsikenmv̊len, Iohannes dictus Pras et Euerhardus Sutor, et alii quam plures viri fidedigni. Acta sunt hec in octava Pentecostes anno Domini M° CCC° vicesimo tercio.

Ausf., Perg., StAM, Stift Geseke, Urk. Nr. 45, Siegel der Stadt Geseke (WS 66,5) lose beiliegend.

a) Letzter Schaft des „m" verblaßt.
1) Wüstung im südlichen Teil der Geseker Feldmark; 2) Wüstung im südlichen Teil der Geseker Feldmark (vergl. Lappe, Geseker Huden, S. 25); 3) offensichtlich Stiefbrüder.

1967

1323 Mai 31

Die Äbtissin Dedela und das Kapitel des Stifts Geseke bekunden, sie hätten ihre Hufe in Kessebüren der Äbtissin und dem Konvent in Fröndenberg für einen Zins von zwei Schillingen überlassen.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Dedela, Dei gracia abbatissa et .. capitulum secularis ecclesie in Gyseke notum esse cupimus tenore presentium publice protestantes, quod mansum nostrum situm in Kerseburen cum omnibus attinentiis ipsius, prout ad nos hactenus pertinuit, dimisimus et in hiis scriptis dimittimus relligiosis dominabus .. abbatisse et .. conventui in Vrundeberg sub annua pensione duorum solidorum usualium in Sûsato perpetuo possidendum. Quam pensionem dicte domine nobis singulis annis in festo Pasche in ecclesia nostra predicta iugiter facient presentari. In cuius rei testimonium et evidenciam ampliorem has nostras literas predictis dominabus dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum feria tercia ante festum beati Bonifacii, anno Domini vicesimo tercio.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg, Urk. Nr. 106, Siegel des Stifts Geseke (am Rande abgebrochen, WS 107,3) anhängend.

1968

1323 Mai 31 Rheinberg

Erzbischof Heinrich von Köln überträgt seinem Burgmann in Volmarstein Dietrich genannt Husmann den Zehnten zu Eversberg[1], Albringhausen[2], Berghausen[3] und Frielinghausen[4] im Distrikt Schwelm. Dies geschieht zur Entschädigung, die Husmann im Dienste des Erzbischofs in Höhe von 300 Mark unter dem Grafen Wilhelm von Arnsberg erlitten hat.

Notum sit universis presentem literam visuris vel audituris, quod nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, recognoscimus et protestamur, quod nos posuimus Theoderico dicto Huysmanne, nostro castellano in Volmesteyn, et suis veris heredibus decimam nostram sitam tho Eversbern, tho Aylbertinchusen, tho Berchusen et tho Vrylinchusen sitas infra nostrum districtum sive dominium nostrum tho Zwelme cum omnibus suis attinentiis pro trecentis marcis bonorum antiquorum denariorum Susatiensium, quas solvere poterimus cum bonis antiquis grossis, quemlibet grossum antiquum et bonum pro tribus denariis computatum. Quas idem Theodericus perdidit et persolvit ex parte nostra et nostre dyocesis sub Wilhelmo comite de Arnsberge et ex parte nostra et nostre dyocesis necessitate ex hoc cogente exposuit in paratis denariis. Et predictas decimas non attingere debeamus nos seu nostri successores, quousque nos aut nostri successores prenominatam summam pecunie una persolvamus cum parata pecunia improtracte. Et promittimus bona fide prenominato Theoderico et suis heredibus premissa omnia et singula firma et rata observare. In cuius rei testimonium hanc presentem literam sigillo nostro fecimus communiri. Datum Berke anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, feria tertia post beati Vrbani.

Abschrift Kindlingers um 1800 von der Ausf. aus dem A von Beverförde-Werries zu Byinck bzw. Oberwerries, StAM, Msc. II 18, S. 99; Druck: Kindlinger: UB Volmerstein Nr. 72; Regest: Krumbholtz, UB Volmerstein Nr. 308; REK IV Nr. 1398.

[1]) In der Gemeinde Halver (ehemals Kreis Altena); [2]) Gemeinde Volmarstein; [3]) Gemeinde Linderhaus; [4]) Gemeinde Haßlinghausen.

1969

1323 Juni 3 Neuss

Dietrich genannt Husman, Burgmann in Volmarstein, dem der Kölner Erzbischof Heinrich für die in seinem Dienst in Höhe von 80 Mark erlittenen Schäden die Zehnten an den zum Amt Schwelm gehörenden Orten Berghausen und Frielinghaus[1] zum Pfand gesetzt hat, verspricht, auf diese zu verzichten und die betreffende Urkunde zurückzugeben, sobald der Erzbischof ihm stattdessen einen seiner Zölle angewiesen hat.

Universis presentes literas visuris et audituris ego Theodericus dictus Husman, castrensis in Volmestene, notum facio, quod quam primum reverendus dominus meus dominus Henricus, archiepiscopus Coloniensis, et ecclesia sua octuaginta marcas denariorum Susaciensium, quibus michi pro dampnis meis, que in servicio suo pertuli, decimas suas in Berchusen, Berschusen[a] et Vrilinchusen ad officium suum Suelme pertinentes in pignore posuit, demonstraverit in aliquo theloneorum suorum vel alibi recipiendam et eam consecutus fuero, quod extunc dictas decimas dimittam sibi et ecclesie sue quitas et litteras, quas super dictarum decimarum inpignoracione habeo, reddam sibi, successori suo et ecclesie Coloniensi, omni dolo et fraude in hiis exclusis. In cuius rei testimonium, quia proprio sigillo careo, sigillum nobilis viri domini Wilhelmi de Arnsberg rogavi apponi huic scripto. Et nos Wilhelmus comes de Arnsberg predictus recognoscimus nos sigillum nostrum ad preces dicti Theoderici in premissorum evidenciam hiis litteris appendisse. Datum Nussie anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tercio, tercia die mensis Iunii.

Ausf., Perg., HStAD, Kurköln Urk. Nr. 276, Siegel ab, Regest: REK IV Nr. 1402.

[a]) Es handelt sich wohl nur um einen Ort, der irrümlich zweimal geschrieben wurde.
[1]) Berghausen und Frielinghaus in der Gemeinde Linderhausen (bei Haßlinghausen) bzw. Haßlinghausen.

1970

1323 Juni 3 Neuss

Brunsten genannt Scenekin von der Mühlen, dem der Kölner Erzbischof Heinrich für die in dessen Dienst erlittenen Schäden in Höhe von 100 Mark den Zehnten zu Kallenhardt zum Pfand gesetzt hat, verspricht, diesen zurückzugeben, sobald der Erzbischof ihm dafür als Pfand einen der Zölle angewiesen haben wird.

Universis presentes literas visuris et audituris ego Brunstenus dictus Scenekin[a] de Molendino notum facio, quod quamprimum reverendus dominus meus dominus Henricus, archiepiscopus Coloniensis, successores sui aut ecclesia Coloniensis centum marcas denariorum Susaciensium, pro quibus michi pro dampnis meis, que in servicio suo pertuli, decimam suam in Kalenhart in pignore posuit, demonstraverit in aliquo theloneorum suorum vel alibi recipiendam et eam consecutus fuero, quod extunc dictam decimam dimittam sibi et ecclesie sue quitam et litteras, quas super dicte decime inpignoratione habeo, reddam sibi, successori suo et ecclesie Coloniensi, omni dolo et fraude in hiis exclusis. In cuius rei testimonium, quia proprio sigillo careo, sigillum nobilis viri domini Wilhelmi comitis de Arnsberg rogavi apponi huic scripto. Et nos Wilhelmus comes de Arnsberg predictus recognoscimus nos sigillum nostrum ad preces Brunsteni dicti Scenekin predicti in premissorum evidenciam appendisse. Datum Nussie anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tercio, tercia die mensis Iunii.

Ausf., Perg., StAM, Herzogtum Westfalen, Lehen, Spezialia, Urk. Nr. 8, Rest des Siegels (im Bild: Eberkopf) abhängend; Abschrift Kindlingers um 1800: Msc. II Nr. 46, S. 131 (mit Siegelzeichnung); StA Marburg, Habelsche Sammlung; Regest: REK IV Nr. 1403.

[a]) In einigen Abschriften auch „Henekin".

1971

1323 Juni 11

Prior Gottfried, Priorin Bertradis und der Konvent des Klosters St. Katharinen in Dortmund halten fest, wofür die von verschiedenen + Personen für Memorien gestifteten Güter und Einkünfte bestimmt sind: (1) Güter in Wambel[1] genannt Muntelo (Brüder Albert, Hermann und Werner im Osten): für die Kleiderkammer; (2) ein Malter Korn aus Soelde[2] (Johannes Zöllner): für die Kleiderkammer; (3) Hof in Holthausen[3] bei Castrop (Ludwig und Gertrud, Konverse): für Butter; (4) Hof in Stockum[4] (Dietrich und Christina, Konverse): für Butter; (5) Hof in Holthausen[5] bei Lindenhorst (Gottfried Krause): Ankauf von Fischen für die Freitage; (6) zwei Morgen Ackerland (Thilmann von Lunde und Frau)[6]; (7) vier Malter Korn aus dem Alten Hof beim Oberhof zu Rahde[7] (ehemalige Priorin Elisabeth): zum Kauf von Wein für Festtage; (8) fünf Stücke Landes bei Wambel[8] (Witwe Bele von Unna); (9) 18 Malter Korn vom Hof des Cleghen in Bornewick[9] (Amis, Bürger in Dortmund): zur Hälfte für den Kauf von Käse, zur anderen Hälfte für Heringe im Advent und in der Fastenzeit.

Actiones, quas mundus ordinat, sepe delet successus temporum, nisi firmentur firmo karaktere literarum. Hinc est, quod nos Godefridus, Prior, Bertradis, priorissa, et .. conventus sanctimonialium monasterii beate Katherine virginis in Tremonia notum fieri volumus universis nostris posteris publice protestantes, quod bona in Wanemale nobis pertinentia data sunt et deputata ad nostra vestimenta tantum, que bona Muntelo nominantur, pro memoria quondam Alberti, Hermanni, Werneri fratrum in Oriente apud nos suo tempore peragenda. Item unum maltum annone in Sv̊lde ex parte Iohannis Theolenarii similiter datum est ad vestimenta. Preterea domus in Holthusen iuxta Castorpe ex parte quondam Lůdewici et Gertrudis, converse, data est nobis cum omnibus suis attinentiis ad butirum. Item domus in Stocheym cum suis attinentiis ex parte quondam Theoderici et Cristine, converse, data est nobis ad butirum. Insuper domus in Holthusen iuxta Lindenhorst cum suis attinentiis ex parte quondam Godefridi Crispi data est nobis ad emptionem piscium feriis sextis. Item duo iugera terre arabilis cum suis proventibus data sunt nobis per Thilemannum de Lunde et .. uxorem suam pro memoria sua et aliorum, quorum nomina apud nos sunt notata. Item quatuor maldra siliginis et ordei annuatim ex antiqua domo iuxta curtem in Rode data sunt nobis et legata ex parte[a] quondam priorisse Elizabet pie memorie ad vinum in summis festivitatibus comparandum. Item quinque mensurate terre iuxta Wanemale data sunt nobis pro memoria Belen de Vnna, vidue, apud nos perpetue peragenda. Item domus Cleghen in Bornewic solvet annuatim decem et octo maldra siliginis, ordei et avene in pari quantitate, quorum media pars, videlicet novem maldra data sunt conventui ex parte Amis bone memorie, civis Tremoniensis, ad caseos comparandos. Reliqua vero pars cedet conventui in Adventu Domini et in Ieiunio ad allecia ministranda. In cuius rei testimonium et perpetuam memoriam sigillum venerabilis in Christo patris, domini nostri Iohannis, abbatis ecclesie Kneytstedensis, una cum sigillo nostro presentibus litteris est appensum. Et nos Iohannes, abbas predictus, nostro sigillo auctoritate paterna confirmantes volumus, quod hec omnia prescripta cum redditibus in nullos alios usus converti debebunt, quam in dictos. Quicumque igitur tam presentium quam futurorum dictam ecclesiam in Tremonia regentium ea infringere presumpserit, excomunicationis sentencie nodis subiaceat et penam Dathan et Abiron, quos terra vivos absorbuit, incurrat. Datum anno Domini M° CCC° XX° III°, in die beati Barnabe apostoli.

Ausf., Perg., StAM, St. Katharinen Dortmund, Urk. Nr. 60, Siegel des Abts von Knechtsteden (am Rand beschädigt) anhängend, das zweite Siegel ab; Druck: Dortmunder UB I Nr. 407, S. 287; Ehlen, Die Prämonstratenserabtei Knechtsteden, 1904, Nr. 125, S. 105.

[a]) Zwei Worte über der Zeile eingefügt.

[1]) Im Osten von Dortmund; [2]) östlich von Dortmund im ehemaligen Kirchspiel Aplerbeck; [3]) südwestlich von Castrop; [4]) im ehemaligen Kirchspiel Lütgendortmund; [5]) im Norden von Dortmund bzw. nördlich von Lindenhorst, vergl. Urkunde von 1307 Dez. 12 (WUB XI Nr. 571); [6]) vergl. WUB XI Nr. 1340; [7]) nicht Radevormwald (wie Dortmunder UB, Index), sondern Rahde in Bövinghausen zwischen Lütgendortmund und Castrop (vergl. WUB XI Nr. 1685); [8]) östlich von Dortmund; [9]) Börnig im Gericht Castrop, heute Stadt Herne (vergl. Timm, Ortschaften der Grafschaft Mark, S. 34 bzw. Urkunde von 1400 Feb. 4 im A von Romberg: Bornewick im Gericht Castrop).

1972

1323 Juni 13

Der Ritter Dietrich von Honrode läßt dem Kölner Erzbischof den Zehnten tome Dale im Kirchspiel Mellrich, den er vom Erzbischof zu Lehen hatte, auf, da er ihn dem Kloster St. Walburgis bei Soest verkauft hat[1]*. Er bittet den Erzbischof, den Zehnten dem Kloster zu übertragen.*

Reverendo patri ac domino suo .. sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, sacri imperii per Ytaliam archicancellario, Theodericus de Honrode, miles, eius vasallus et fidelis, paratam et debitam ad obsequia voluntatem. Noverit vestra paternitas, quod ego de consensu Elizabet, uxoris mee, Themonis, Theoderici et Henrici, filiorum, et coheredum meorum infeodationem decime dicte tome Dale, site in parrochia Meldriken, quam a vobis et ab ecclesia vestra Coloniensi in feodo tenui, in manus vestras resigno liberaliter per presentes, supplicans humiliter vestre prudencie, quatenus proprietatem ipsius decime ac ipsam decimam cum suis appenditiis monasterio sancte Walburgis apud Sosatum et personis ipsius monasterii, quibus ipsam pro competenti precio mihi soluto et tradito vendidi, cum ipsius dominium directum ad vos pertineat, conferre dignemini mearum precum humilium interventu. Et in huius rei testimonium meum sigillum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo tercio, feria secunda post Barnabe apostoli.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 78, Siegel des Ausstellers (beschädigt, WS 190,3) abhängend; Regest: REK IV Nr. 1405.

[1]) Vergl. Urkunden von 1315 Okt. 28 (WUB XI Nr. 1229 und 1230) sowie 1323 Juni 28.

1973

1323 Juni 15

Widekind von Grafschaft bekundet, er sei Burgmann des Grafen Wilhelm von Arnsberg geworden. Dieser habe ihm als Burglehen fünf Mark aus seinem Hof in Holthausen[1] *bei Schmallenberg angewiesen. Widekind erklärt dafür sein Schloß Nordenau dem Grafen zum Offenhaus.*

Wyr her Wydekint ein edele man von Graschafft dot kundt in dissem breve allen den, die dissen breff sehen oder horen lesen, dat wy mit rhade unser fronde sin des overkomen unnd enelich worden mit dem edelen manne greven Wilhelme von Arnsberg, dat wy unnd unse erven sin worden erve borchleude syn unnd siner erven und hebt vonn em entfangen vif marc geldes, de he unns bewiset hefft in sinen hoff tho Holthusen by der Smalenberg, vor ein erve borchlehen alla jar opthoborene, twe marc to sonte Walburge dage unnd dre marc tho sonte Michaelis dage, alsodanes geldes, als in seiner herschop genge unnd geve ist. Unnd dorch disse vorgesprockenen frontschap unnd gunste so hebbe wy unnd unnse erven eme und sinen erven gegeven unse hus tho der Nardernae tho einem openen huse, ewelicke er orbere unnd nut darvon to done, alse von anderen eren slotten etc. Disse breff ward gegiven na Gades gebortt dusent drehundert an dem dre unnd twintigesten jare, an sonte Vites dage.

Abschrift des 17. Jahrh., StAM, Reichskammergericht W 148 Bd. 2, Bl. 127v; Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 70, S. 160.

[1]) Genauer: bei Fredeburg.

1974

1323 Juni 24 Soest

Henemann von Metbike, Bürger zu Soest, verkauft den Jungfrauen Jutta Muttikingh, Kämmerin, Jutta Gotmari, Küsterin, und dem Konvent des Klosters St. Walburgis vor Soest eine Rente von sechs Schillingen für ein Kapital von sieben Mark aus seinem kleinen Haus und der Hausstätte in der Gasse „Helle" im Stadtteil Osthofen.

Omnibus presens scriptum visuris et audituris ego Henemannus de Metbike, oppidanus Susatiensis, notum facio, publice protestor et recognosco, quod de consensu et voluntate Elyzabeth, uxoris mee, puerorum meorum Hillegundis, Henemanni et aliorum omnium heredum meorum rite et rationabiliter perpetuo iure hereditario discretis puellis Iutte Muttikingh, camerarie, Iutte Gotmari, custodi, et .. conventui monasterii beate Walburgis extra muros Sosatienses pensionem sex solidorum Sosati legalium solvendam duobus terminis in festo Pasche et beati Mychaelis singulis annis ex parva domo sita super area mea et ex tota hereditate mea, que sita est in Osthouen prope vicum, qui dicitur Helle, pro septem marcis denariorum michi integre traditis, numeratis et solutis. In cuius rei recognitionem et memoriam perpetuam dictis puellis et conventui, quia proprio sigillo careo, discretorum virorum Iohannis dicti Luttike et Thome de Attenderne, sacerdotum, hanc contuli cartulam sigillis sigillatam. Nos vero Iohannes et Thomas iam dicti, quia de premissis sicut presentibus constitit, ad petitionem prefati Henemanni et heredum suorum sigilla nostra apposuimus in testimonium eorundem. Testes etiam huius sunt discreti viri Rudolfus de Boynen, sacerdos, Iohannes de Lyppia, clericus, Hermannus de Thedinchusen, Wichardus de Stynerenbergh et Heremannus Scryuere. Datum et actum in dote beate Marie virginis tho der Wȳse anno Domini M° CCC^mo XXIII, ipso die Nativitatis beati Iohannis Baptiste.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 76, Siegel ab; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219, Bl. 74 der 2. Zählung.

[1]) In der Pfarrei der Wiesenkirche, vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I S. 293, Nr. 64 bzw. die dazugehörende Karte.

1975

1323 Juni 28 Köln

Erzbischof Heinrich von Köln bekundet, der Ritter Dietrich von Honrode, sein Getreuer, habe den von der Kölner Kirche lehnrührigen Zehnten zu Dale im Kirchspiel Mellrich, vorbehaltlich der Zustimmung des Erzbischofs, an das Kloster St. Walburgis bei Soest verkauft[1]. Nachdem der Zehnten dem Erzbischof aufgelassen wurde, schenkt dieser das Eigentumsrecht am Zehnten auf Bitten des Verkäufers dem Kloster.

Universis presentes literas inspecturis in perpetuum nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus, quod cum strennuus miles Theodericus de Honrode, fidelis noster, decimam dictam tome Dale, sitam in parrochia Meldriken, cum suis attinentiis universis, quam a nobis et ecclesia nostra in feodo tenuit et possedit, .. preposito, .. magistre et conventui monasterii sancte Walburgis prope Susatum ordinis sancti Augustini nostre dyocesis, dummodo noster ad hoc consensus accederet, vendiderit de consensu et voluntate Elisabet, uxoris sue legitime, ac Themonis, Theoderici et Henrici, filiorum suorum, aliorumque suorum coheredum nobisque eandem supraportaverit in manus nostras, supplicans, ut ipsius decime proprietatem seu dominium directum in dictum monasterium transferre seu ipsam proprietatem seu dominium directum eidem donare liberaliter dignaremur, nos ob favorem specialem, quo dictum monasterium prosequimur, ac devocionem monialium dicti monasterii, que abiectis mundi detractionibus in eodem Domino famulantur, consideratione sollicita attendentes, ut eo devocius Deo deserviant ac nobis nostrisque sucessoribus gratiam suis devotis orationibus impeterent apud ipsum, predicte decime proprietatem et dominium directum cum suis attinentiis, prout eam dominus Theodericus a nobis et ecclesia nostra in feodo tenuit, in ipsum monasterium transferimus et sibi eandem tenore presentium dono damus per prepositum, .. magistram et conventum prefati monasterii exnunc in antea perpetuis temporibus libere possidendam. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Colonie anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tercio, in vigilia beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 77, Sekretsiegel des Erzbischofs (beschädigt, Rhein. Siegel 20,1) anhängend; Regest: REK IV Nr. 1408.

[1]) Vergl. die Urkunden von 1323 Juni 13 und 1315 Okt. 28 (WUB XI Nr. 1229 und 1230).

1976

1323 Juni 28

Johannes gen. Wrede, Richter zu Lippstadt, verkauft dem Lippstädter Schulmeister Amelung aus den Pachteinkünften, die er aus den vor dem Osttor gelegenen Gärten bezieht, eine Rente von sechs Schillingen.

Universis ac singulis, ad quorum noticiam presens scriptum pervenerit, nos Iohannes dictus Wrede, iudex in Lippia, et Margareta, coniuges, notum esse volumus presentibus publice protestando, quod habito consensu et bona voluntate Henrici et Iohannis, nostrorum filiorum, nec non Agnese, filie, ceterorumque nostrorum heredum et coheredum omnium rite ac rationabiliter pro quadam pecunie summa nobis integraliter tradita vendidimus magistro Amelungo, rectori scolarium Lippensium, et suis veris heredibus redditus sex solidorum denariorum Lippie legalium et bonorum, quos habemus in ortis sitis continuo sive immediate versus partem origentalem iuxta ortos, in quibus .. prepositus et .. conventus sanctimonialium in Cappelle habent annuos redditus extra portam origentalem, vocatur Cluseporte, tollendos perpetualiter et hereditarie ex eisdem ortis seu ab eorum cultoribus, quicumque pro tempore fuerint, annis singulis in quovis festo beati Mychaelis. Qui quidem ab omni iure feodis pactus, quod proprie pacht dicitur, liberi sunt penitus et soluti. Nam ut libera possessio, que in vulgo wicbelde dicitur, possidentur commode et quiete. Si vero, quod absit, aliquis predictos emptores, scilicet magistrum Amelungum vel suos heredes, ratione predictorum ortorum super pensione, que hofcorn dicitur, vel quacumque alia inpeteret, inde nos et nostri heredes ipsos eripiemus, indempnes eosdem reservando et de omni inpetitione ipsis prestare debitam warandiam. Cultores autem predictorum ortorum sunt Iohannes Verlinc, qui dat decem et septem denarios, Hermananus de Alen, qui dat viginti quinque denarios, Helmicus Vederinc, qui dat duos solidos, et Hermannus Corninc, qui dat sex denarios. Ut autem hec nostra vendicio perpetua et inconvulsa permaneat, sigillum meum, videlicet Iohannis, iudicis predicti, et sigillum honorabilis viri domini Theoderici, prepositi Lippensis, ad petitionem nostram in omnium predictorum evidens testimonium presentibus sunt appensa. Actum presentibus Gerhardo Eylhardi, Andrea Hoppen, proconsulibus in Lippia, Iohanne Giselberti, Frederico Coninc, Wercino Sardone, Hermanno Hoppen, Iohanne Giselberti iunioris , Iohanne Elrikinc, Conrado Pagentan, civibus in Lippia, et aliis quam pluribus fide dignis. Et nos Theodericus, prepositus in Lippia predictus, omnia, ut premissa sunt, sub sigillo nostro presentibus appenso protestamur esse vera. Datum in vigilia apostolorum Petri et Pauli anno Domini M^{mo} CCC^{mo} vicesimo tercio.

Ausf., Perg., Schloß A Cappenberg, Urk. Nr. 210, 1. Siegel ab, Siegel des Propstes des Stifts Lippstadt anhängend.

1977

1323 Juni 30

Vor dem Richter und den Ratsherren der Stadt Recklinghausen überlassen Gotfried, Johannes, Gerhard und Udela, die Kinder des Heinrich von Ahsen[1], ihrer Stiefmutter Beatrix und ihren Stiefgeschwistern die zu Hillen[2] gelegene Hufe, die zum Oberhof Hofstede[3] gehört, eine Rente von vier Mark aus dem Oberhof Abdinghof[4] im Kirchspiel Waltrop sowie Äcker in Hillen in der Größe von 20 Scheffelsaat, die zum Spithof[5] gehören. Nach dem Tode ihres Vaters haben die Kinder (erster Ehe) des Heinrich ihrer Stiefmutter und deren Kindern einmalig sechs Malter Roggen und ebensoviel an Gerste zu liefern. Die genannten Güter können die Geschwister (erster Ehe) nach dem Tode ihres Vaters mit 40 Mark einlösen. Die Hälfte des Zehnten zu Hillen soll Hinrich von Ahsen zu seinen Lebzeiten nutzen. Nach seinem Tode fällt er an die Kinder (erster Ehe).

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Arnoldus dictus Thuent, iudex tunc temporis in Rekelinchusen, Gerhardus de Dûrstene, Volquinus de Bachem, Iacobus de Via Lapidea, Lambertus Antiq[u]us[a] Decanus, Ludolphus de Alta Domo, Thelemannus, filius Gude, Gerhardus dictus Leyger, Everhardus Faber,

Gobelinus de Bachem, Hinricus Iuvenis Fermentarius, Bernhardus In Atrio et Bernhardus dictus Stût, consules predicti opidi, notum facimus publice protestantes, quod in figura iudicii Rekelinchusensis et nostra presentia constitutus Gotfridus, Iohannes, Gerhardus et Udela, pueri Hinrici de Ahusen, de maturo suorum amicorum consilio animo benivolo dederunt resignantes Beatrici, eorum noverce, uxori Hinrici de Ahusen predicti, ad usufructum et coniugum iam dictorum, videlicet Hinrici et Beatricis, pueris universis tam masculis quam femellis natis et hiis, qui nasci poterunt de prenotatis coniugibus, ad ius hereditarium mansum situm Hillen spectantem ad curiam Hofsteyde cum omnibus suis pertinentiis et utilitatibus, redditus quatuor marcarum percipiendos ex curia dicta Abbedinchofh, sita in parrochia Woltorpe, nec non agros sitos in campis Hillen attinentes ad mansum dictum Spethove, capientes in semine viginti modios siliginis mensure Rekelinchusen usitate iure hereditario possidendos. Quidam vero ager de prenominatis agris situs est apud viam, qua itur versus Hillen, dictus in theutonice Kericblec, capiens in semine tres modios siliginis. Alius vero ager dictus est Gravelosblec, capiens in semine sex modios siliginis. Item apud agrum iam dictum Gravelosblech ager situs est, capiens in semine unum modium siliginis. Item agri quidam siti[b] supra Bocholtes Blech, capientes in semine septem modios siliginis et alius quidam ager[c] dictus est Haselacker, capiens in semine tres modios siliginis, hii agri prenominati si[m]ul[d] facient numerum viginti modiorum[e]. Hos agros iam dictos pertinentes ad mansum dictum Spethove, necnon omnes agros pertinentes ad mansum spect[a]ntem[f] ad curiam Hofsteyde prenotati Gotfridus, Iohannes, Gerhardus et Ůdela rediment sua pecunia faciendo quitos pariter et solutos dicte Beatrici et eius pueris post obitum antedicti Hinrici de Ahusen statim, cum dimidius fuerit annus elapsus, sed iidem God., Io., G. et Udela vel eorum heredes licite absque ulla contradictione redimere poterunt antedictos agros pertinentes ad mansum dictum Spethove ab eadem Beatrice et eius veris heredibus post obitum prefati Hinrici de Ahusen statim a dimidio anno immediate sequenti ad quinque annos et non prius pro quadragi[nt]a[g] marcis denariorum legalium in Sûsato, et sic deinceps in perpetuum semper ad quinque annos memorati Got., Io., G. et Udela vel eorum heredes prenominatos agros spectantes ad mansum Spethove redimere poterunt pro summa pecunie memorata. Preterea premissis adiectum est, si prefatum Hinricum de Ahusen mori contigerit infra festum Purificationis beate[h] Marie virginis et festum[i] beati Iacobi apostoli, propter hoc antedicti Gotfridus, Iohannes, Gerhardus et Udela statim patre eorum prefato defuncto assignabunt et mensurabunt sepedictis Beatrici, eorum noverce, et eiusdem Beatricis pueris sex moldra siliginis et totidem moldra ordei mensure Rekelinchusen usitate ad unam vicem tantum. Item Henricus de Ahusen sepedictus ad tempus sue vite habebit medietatem decime site Hillen pacifice et quiete, sed post suum obitum eadem medietas ipsius decime ad eosdem Gotfridum, Iohannem, Gerhardum et Ůdelam absolute redibit. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem ad rogatum partis utriusque sigillum nostri opidi presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini M° CCC^mo vicesimo tercio, in crastino Petri et Pauli apostolorum beatorum.

Ausf. Perg., HStAD, Reichsherrschaft Styrum, Urk. Nr. 1, Siegel ab.

[a]) Loch im Pergament; [b]) verbessert aus „ager quondam situs"; [c]) verbessert aus „agri"; [d]) Loch im Pergament; [e]) verbessert aus „modii"; [f]) Loch im Pergament; [g]) Loch im Pergament; [h]) „e" verbessert, anschließend Rasur; [i]) im Text wiederholt.

[1]) An der Lippe zwischen Erkenschwick und Olfen; [2]) Bauerschaft im Kirchspiel Recklinghausen (heute Recklinghausen-Ost); [3]) einer der sogenannten Reichshöfe bei Dattelm, Grundherr war die Abtei Siegburg; [4]) bei Waltrop, Oberhof des Klosters Werden; [5]) ehemaliger Hof in Hillen.

1978

1323 Juli 9

Der Dechant des Stifts der Apostel St. Peter und St. Andreas in Paderborn[1] trägt als vom Apostolischen Stuhl bestellter Konservator des Klosters St. Walburgis vor Soest dem Rektor der Kirche St. Pauli in Soest auf, die Witwe des Wichman von Herford anzuhalten, die schuldige Rente an das Kloster St. Walburgis innerhalb von 14 Tagen zu zahlen.

.. Decanus ecclesie sanctorum Petri et Andree apostolorum Paderbornensis, iudex seu conservator monasterii sancte Walburgis extra muros Sosatienses, Coloniensis diocesis, a sede Apostolica deputatus

dilecto in Christo rectori ecclesie sancti Pauli in Sosato salutem et Apostolicis firmiter obedire mandatis. Mandamus vobis sub pena suspensionis ab officio vestro, quam in vos trium dierum monitione premissa ferimus, si mandatum nostrum immo verius Apostolicum neglexeritis adimplere, quatenus, cum de papali autentico ad nos optento, quod in prima sui forma una cum presentibus vobis exhiberi volumus, certificatus fueritis, relictam quondam Wicghmani de Heruordia et eius filias, Iohannem et Hildegerum, ipsius filios, moneatis, ut infra quindenam post vestram monitionem .. preposito et .. conventui monasterii sancte Walburgis extra muros Sosatienses suam annuam persolvant et expediant pensionem vel medio tempore coram nobis Paderborni compareant ad docendum, quare nobis in premissis obedire minime teneantur, alioquin ipsos, quos extunc in hiis scriptis excommunicamus, excommunicatos nuncietis singulis diebus dominicis et festivis in ecclesia vestra publice de ambone, alio nostro mandato non exspectato super eo. Reddite literas sigillatas. Datum in crastino Kiliani anno Domini M° CCC° X°X° III°.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 79, Siegel ab; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219, Bl. 58 der 2. Zählung; Druck: WUB IX Nr. 2315.

[1]) Busdorf-Stift.

1979

1323 Juli 27

Bürgermeister, Ratsherren und Gesamtheit der Stadt Schmallemberg erkennen an, zur jährlichen Lieferung von acht Maltern Mühlenkorn an Abt und Konvent des Klosters Grafschaft verpflichtet zu sein, und zwar aus der vor ihrer Stadt gelegenen Mühle, die ihnen von diesen zusammen mit den Wegen, dem Wasserlauf und einem kleinen Platz vor der Mühle, der auf deutsch ein Werdiken heißt, übertragen wurde. Der von den Bürgern bestellte Müller hat unentgeltlich das Korn des Klosters zu mahlen, wenn seine Körbe leer sind, und ihr Öl zu pressen. Auf Aufforderung hat er sich zum Kloster zu begeben, um die auf dem dortigen Hof errichtete Mühle zu reparieren, wenn dies an einem Tag möglich ist. Die Bürger dürfen nach Einholung der Erlaubnis an den vom Abt angewiesenen und mit Wagen zugänglichen Stellen Ruten und Buschholz schneiden, um die durch Hochwasser oder sonstwie beschädigten Wasserläufe zu reparieren.

Nos proconsul et consules totaque universitas opidi Smalenborg ad noticiam singulorum pervenire cupimus et presentium serie publice protestamur, quod tenemur et dare promittimus honorabilibus viris domino nostro abbati totique conventui ecclesie in Grascaph octo maldra annone, que vulgariter mulencorn dicitur, annue pensionis de ipsorum molendino ante nostram civitatem sito nobisque cum viarum suarum et aquarum transitibus et uno spacio ante parvum molendinum sito, quod vulgariter eyn werdiken dicitur, collato, in festo Martini annis singulis per nos et nostros successores eo iure, quod vulgariter scultreycht dicitur, perpetue ministranda, ista tamen conditione, que subsequitur, media, quod molendinarius, quem nos proconsul, consules vel omnes predicti ad predictum statuerimus molendinum, predictis dominis abbati et conventui frumenta sua molere in prima sportarum suarum vacatione, oleum exprimere ceteraque opera molendinaria facere sine omni precio debebit contradictione qualibet non obstante. Idemque molendinarius, quocumque tempore a predictis dominis vocatus vel requisitus fuerit, ad ipsorum adiet monasterium ibique molendinum in ipsorum curia edificatum in suis fracturis, quam poterit una die, sub eorum expensis reparabit. Insuper adiectum est, quod nos cives predicti petita sua licentia, que nobis negari non debet, in loco cum curribus accessibili, quem nobis abbas vel cellerarius ecclesie predicte demonstraverint, virgas et rubos secare debemus ad reparandum aque transitum vel piscinam, quociens per diluvium vel alio quolibet impedimento confringuntur. Testes, qui premissis aderant, sunt Thydericus, plebanus ecclesie Grascaph, Thydericus de Heldene, miles, et Hermannus, ipsius filius, Thylemannus de Medebeke, scolaris, et Iohannes, servi tunc temporis domini abbatis, et alii quam plures fide digni. Et ut autem hoc factum robur firmitatis obtineat et in perpetuum ab omnibus nostris successoribus inviolabile perseveret, presens scriptum desuper exaratum predictis dominis abbati et conventui dedimus sigillo nostre civitatis una cum sigillo decani in Worenbeke fideliter roboratum. Datum anno Domini M° C°C°C° XX° tercio, sexto kalendas Augusti.

Aus., Perg., StAM, Kloster Grafschaft, Urk. Nr. 39, Siegel des Dechanten (in rotem Wachs, Bild: Petrus, in der Rechten den Schlüssel, in der Linken ein Buch) und der Stadt Schmallenberg (WS 95,8) anhängend; beiliegend zwei Abschriften des 15. Jahrh., Perg., beglaubigt durch den Notar Johannes Hoff von Dorlar, desgl. zwei Abschriften, Papier, ebenfalls beglaubigt durch Hoff; Abschrift des 17. Jahrh. in Reichskammergericht S 426; desgl. Abschrift des 17. Jahrh., in Grafschaft, Akten Nr. 255; Abschrift von 1401 in Stadt A Schmallenberg, Urk. Nr. 1, Abschrift im Grafschafter Kopiar im Burgarchiv Altena; StA Wolfenbüttel, Sammlung Overham, Bd. 8, Bl. 100; Druck: SUB II Nr. 596, Regest: Wolf, Grafschaft Nr. 48.

1980

1323 Juli 29

Vor dem Rat der Stadt Lippstadt schenkt der Lippstädter Bürger Lefhard von Sutwik der Kirche St. Jacobi in Lippstadt eine Rente von 12 Pfennigen aus seinem Haus und der Hausstätte, die Gobelin, der Küster dieser Kirche, bewohnt.

Universis presentem literam visuris vel etiam audituris nos .. consules Lippenses publice protestamur, quod constitutus coram nobis Lefhardus de Sûtwik, noster conburgensis, habito consensu uxoris sue et omnium heredum suorum donavit, supraportavit redditus duodecim denariorum apud nos usualium et bonorum ecclesie nostre[a] sancti Iacobi tollendos singulis annis duobus terminis ex domo et area Gobelini, custodis dicte ecclesie, prout situata est cum omni iure, quam ad presens idem Gobelinus, Elburgis, mater, et Alheydis, eius uxor, inhabitant, videlicet sex denarios in quolibet festo beati Mychaelis et alios vero sex denarios quovis festo Pasche. Ita, quicumque pro tunc temporis fuerint provisores sive templarii predicte ecclesie beati Iacobi, recipient dictos redditus ad usus eiusdem ecclesie expedite. In cuius rei testimonium nos consules predicti ad petitionem dictorum Lefhardi suorumque heredum sigillum nostrum fecimus apponi huic scripto. Actum presentibus Gerhardo de Monasterio et Andrea Hoppen, proconsulibus, Hermanno de Sancto Trudone, Herbordo de Esbeke, Conrado Wigandinc, Ludolfo de Geseke, Her. de Gutingen, Her. Bake, Lodewico de Boechem, Henrico Synneman, Conrado de Anrepen, Hermanno Hoppe, Meynardo Pistore et aliis .. consulibus Lippensibus predictis et quam pluribus viris fidedignis. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo tercio, crastino die Pantaleonis martiris.

Ausf., Perg., Evang. Kirchengemeinde St. Marien Lippstadt, Siegel ab.

a) Wort über der Zeile eingefügt.

1981

1323 August 9

Eine Vergleichung zwischen Cappell undt Johan Husemann, anfahend Adolphus Dei gratia, *datirt* anno Domini 1323 in vigilia S. Laurentii.

Urkundenverzeichnis des 17. Jahrh., StA Detmold, Cappeler Urkundeninventar, S. 10.

1982

1323 August 15

Erzbischof Heinrich von Köln vergleicht sich in der Auseinandersetzung mit dem Grafen Heinrich von Waldeck wegen eines versprochenen Burglehens zu Rüthen in Höhe von jährlich 60 Mark und wegen der Entschädigung für die im Dienst des Erzbischofs erlittenen Verluste. Der Erzbischof kommt mit dem Grafen überein, daß die von diesem erbaute Wetterburg bei Wolfhagen jeder Seite zur Hälfte gehören soll, so daß der Erzbischof dort einen Amtmann und Burgmannen unterhalten kann, die mit den Burgmannen der anderen Seite

Burgfrieden zu halten haben. Keine Seite darf ihren Anteil der Burg gegen den anderen nutzen. Der Erzbischof verspricht dem Grafen 800 Mark, für die er jährlich aus dem Zoll zu Bonn einen Betrag erhalten soll, bis die Summe abgetragen ist. Für das Burglehen in Rüthen hat er Besitzungen im Wert von 800 Mark dem Erzbischof aufzutragen, die er dann von diesem als Lehen zurückerhält.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, notum facimus, quod super discordia, que inter nos ex una parte et nobilem virum .. Henricum comitem de Waldegghe ex altera hactenus extitit et per quam nos super feodo castrensi sexaginta marcarum denariorum Susaciensium annuorum reddituum sibi olim, ut noster et ecclesie nostre in castro nostro Ruden castrensis existeret, promissorum, quam super dampnis, que in nostro conductu se asserit pertulisse, et aliis quibuscumque, mediantibus infrasciptis ipse comes nobiscum est concordatus in hunc modum, videlicet quod castrum Wetterburg prope Wlfhagen per eum constructum pro medietate cum fossatis et indagine, prout hec ipsum castrum ambiunt, nobis et ecclesie nostre tam iure proprietatis quam utilis dominii per nos, successores nostros et ecclesiam Coloniensem perpetuo libere possidendum pro se et heredibus suis supraportavit et donavit, ita quod officiatum et castrenses nostros in eodem sicut et in aliis castris nostris habere possumus et debemus, reliqua medietate dicti castri sibi remanente, in qua ipse et sui heredes officiatum et castrenses suos constituere possunt modo simili et habere, hoc adiecto, quod hii officiati et castrenses inter se perpetuo tenebunt pacem quocumque casu contingente, que vulgariter dicitur burgvrede, iuxta patrie consuetudinem consuetam in talibus observari nec nos nec successores nostri eam ipsi comiti vel suis heredibus nec ipse aut sui heredes eam nobis et successoribus nostris infringemus seu infringent quoquomodo, nec aliquis nostrum contra alterum se iuvabit in quacumque guerra de ipso castro nec mutuo nostros inimicos fovebimus vel tenebimus in eodem absque fraude. Et ut eum et heredes suos nobis et ecclesie nostre, cum ex situ comitatus de Waldegge eorum servicium et adiutorium nobis et ecclesie nostre sit perutile et munitiones nostras in terra Westfalie versus comitatum eundem constitutas possimus absque eorum insultu quietius conservare ipsique ad earundem promotionem plus ligentur, perpetuo astringamus, pro omnibus antedictis promisimus et promittimus dicto comiti dare et persolvere, deliberatione cum capitulo nostro Coloniensi super hoc provide prehabita, octingentas marcas denariorum Susaciensium, quas sibi et heredibus suis dabimus et dare promittimus hoc modo, scilicet quod eundem in proximo festo Nativitatis beati Iohanis Baptiste ponemus seu nuncium suum, quem ad hoc deputaverit in perceptionem unius grossi Turonensis theolonii nostri Bunnensis seu reddituum et proventuum proveniencium ex eodem de rebus ascendentibus et descendentibus in alveo Reni, prout nobis competunt et competere poterunt in aliis Turonensibus, qui recipiuntur in eodem nec in fraudem diminutionis reddituum eorundem aliqua eidem comiti de dictis redditibus subtrahentur. In quorum quidem reddituum perceptione tamdiu manebit et nuncium suum in expensis nostris conservabimus sicut alios exspectantes ibidem, quousque ad bonam computationem dictas octingentas marcas perceperit de Turonensi memorato. Et si ipsum theoloneum transponi contingerit, id idem percipiet ibidem sicut et in Bunna et quater in anno, videlicet quolibet sabbato quatuor temporum dictam pecuniam, que de ipso Turonensi recipitur, que sub certis clavibus reservabitur, famulo dicti comitis dabitur et litere computationis et quitancie de solutis recipientur de eodem. Prefatam itaque pecuniam ipse et heredes sui habebunt in premissorum recompensam et pro pheodo castrensi a nobis et ecclesia nostra in castro nostro Ruden, in quo ipsum feodum castrense deservire ipse comes et post eum, quicumque comes in Waldegge fuerit, tenebitur et debebit. Et sicut litere super eo super isto cum narratione facti sub sigillo dicti comitis, quibus designabit certa bona hereditaria et allodialia in propinquiori loco, quo potest, versus terram nostram sita ad estimationem octoginta marcas dicte pecunie, que nobis et ecclesie nostre libere supraportabit et a nobis et ecclesia nostra ipse et, quicumque pro tempore comes in Waldegge fuerit, reaccipiet pro feodo castrensi perpetuo per ipsos et heredes suos habenda. Que quidem litere super hiis confecte in monasterium Grayschap ordinis sancti Benedicti nostre dyocesis sigillo ipsius comitis sigillate deponentur et nobis et ecclesie nostre per abbatem et conventum ibidem reddentur prefata pecunia persoluta. Huismodi vero demonstrationem bonorum, ne de illis discordetur, idem comes faciet ad ordinationem nobilis viri Wilhelmi comitis de Arnsberg per nos utrobique pro communi ordinatore ad hoc assumpto. Si vero ipsum comitem hiis non completis dece-

dere contingeret, nos et ipse comes de Waldegge loco sui ad premissa alium assumemus. Preterea nos et dictus comes manebimus utrobique quilibet nostrum in iuribus suis et antquis bonis consuetudinibus pro terris nostris hinc inde in pace conservandis et tenendis. Acta sunt hec presentibus venerabili in Christo patre domino Ludewico Monasteriensi episcopo, .. Gerhardo de Lymburg, Hoykero dicto Suayf, canonico Coloniensi, nobilibus viris ipso Hinrico de Waldecge, Wilhelmo de Arnsberg, Ruperto de Virneburg, Henrico de Suaneberg, comitibus, Eghardo de Helpenberg, Iohanne de Brobike, Godefrido de Meschede, Wilhelmo dicto Royst, Rabodone Wiere, militibus, et aliis fidedignis. In cuius rei testimonium presentes litere nostro et capituli nostri Coloniensis sigillis fecimus communiri. Et nos capitulum Coloniense ad preces reverendi in Christo patris ac domini nostri .. Henrici Coloniensis ecclesie archiepiscopi sigillum ecclesie nostre in premissorum testimonium duximus presentibus appendendum. Datum anno Domini millesimo CCC^{mo} vicesimo tercio, in die Assumptionis beate Marie virginis.

Ausf., Perg., StA Marburg, Waldecker Urkunden, Nachträge Nr. 10340, Siegel des Erzbischofs ab, von dem des Domkapitel noch Wachsrest anhängend; Abschrift des 17. Jahrh.: Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii II, S. 84; Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Herzogtum Westfalen, Landesarchiv Nr. 637, Bl. 390; Übersetzungen des 16. Jahrh., StAM, Herzogtum Westfalen, Landesarchiv Nr. 584, Bl. 69, desgl. des 17. Jahrh., Nr. 654, Bl. 380 und Nr. 650, Bl. 16; Abschrift Kindlingers um 1800: StAM, Msc. II 71, S. 95; Druck: SUB II Nr. 597; WUB IX Nr. 2332; Regest: Fahne, UB von Meschede Nr. 37, S. 34, WUB VIII Nr. 1679; REK IV Nr. 1415.

1983

1323 August 20

Arnold, Propst des Klosters St. Walburgis Soest, verspricht, die Kosten zu ersetzen, wenn Gerwin von Elfsen und Ludolf Cubic eine Mauer am Graben ziehen, um den Graben und die Äcker des Klosters, genannt Heidenkamp[1], zu schützen.

Nos Arnoldus, prepositus sancte Walburgis extra muros Sosatienses, notum facimus et recognoscimus per presentes, quod, si Gerwinus de Elfendehusen, Ludolfus Cubic et eorum veri heredes murum posuerint seu poni fecerint in littore fosse agrorum ecclesie nostre dictorum Heydencamp iuxta viam ad altitudinem terre circumiacentis pro munimine fosse et agrorum predictorum, sumptus super hoc factos, quos per bonam computationem demonstrare poterunt, debemus et promittimus eisdem infra quatuor annos nunc instantes penitus restaurare, dantes ipsis has nostras literas apertas nostro sigillo consignatas in testimonium super eo. Testes huius rei sunt Henricus Bruninc et Richardus, sacerdotes, Johannes de Ruden, scolaris noster, Hermannus Cubic, Henricus Arthuri, opidani Sosatienses, Wilhelmus de Volkelinchusen et Everhardus de Eflene, famuli, et alii fide digni. Datum anno Domini M^{o} CCC^{mo} XX tertio, sabbato post Assumptionem beate Marie virginis.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest) Bl. 79v der 2. Zählung.

[1]) Wohl in Elfsen (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I S. 222 Nr. 19); Koske, Bördekataster S. 395. Der Name wahrscheinlich von den von Heiden (zu Hovestadt) abgeleitet.

1984

1323 August 28 Avignon

Papst Johannes XXII. dispensiert Otto, den Sohn des Edelherrn Simon zur Lippe, und Ermgard, die Tochter des Grafen Engelbert von der Mark von dem Ehehindernis der zu nahen Verwandtschaft.

Iohannes XXII dispensat cum Ottone, nato nobilis viri Symonis de Lippia Padeburnensis, et Hermengarde, nata nobilis viri Engilberti comitis de Marcha Coloniensis diocesum, super impedimento consanguinitatis in quarto gradu. Intenta salutis ... datum Avionioni V kalendas Septembris, anno septimo.

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 639 (nach Reg. 75 Nr. 1391); Riezler, Vatikanische Akten 331.

1985

1323 August 29

Bürgermeister und Ratsherren der Stadt Arnsberg einigen sich mit dem Propst und Konvent des Prämonstratenserklosters Wedinghausen, daß die neu errichtete Kapelle durch den Kölner Weihbischof Hermann geweiht werden und als Tochterkirche der Pfarrkirche gelten solle. Die Kapelle solle durch einen Angehörigen des Konvents und nicht durch einen Weltgeistlichen betreut werden. Die Spendung der Sakramente soll in der Pfarrkirche erfolgen, desgleichen die Beerdigungen.

Universis, ad quorum noticiam litere presentes pervenerint, nos Conradus dictus Bunte, magister consulum, Godescalcus iuxta Portam, Richardus Sutor, Henricus dictus Creuit, Gerwinus Thome, Gobelinus dictus Rouere, Henemannus dictus Misnere, Herbordus Piscator, Wernherus dictus Knop, Iohannes de Vretere et Heydenricus Faber, consules, totaque universitas opidanorum in Arnsberg in perpetuum recognoscimus ac notum facimus per presentes, quod, cum ad instantes preces nobilis viri domini nostri Wilhelmi comitis de Arnsberg atque nostras cappella nostra in opido Arnsberg de novo constructa ad divinum cultum inibi augendum per venerabilem in Christo patrem dominum Hermannum, Beliuoliensis ecclesie episcopum, gerentem vices in pontificalibus reverendi in Christo patris ac domini domini Henrici sancte Coloniensis archiepiscopi, de consensu pleno et voluntate bona domini Henrici, prepositi, ac .. conventus ecclesie in Wedinchusen ordinis Premonstratensis, quorum intererat et interest ratione parrochialis eclesie ibidem, consecraretur tamquam filia ipsius parrochialis ecclesie taliter inter eos dominum Henricum, prepositum, ac .. conventum predictos ex una et nos ex parte altera fuit et est condicionatum ac concordatum in hac parte, mediantibus predictis venerabilibus in Christo patre domino Hermanno episcopo et domino nostro domino Wilhelmo comite de Arnsberg, quod ipsa cappella predicta officiari debet per aliquem de conventu predicto et nullum alium de mundo, sed amministratio sacramentorum et humatio mortuorum debet fieri in ipsa parrochiali ecclesia supradicta et plane ipsa parrochialis ecclesia per huiusmodi innovationem ac consecrationem cappelle predicte perpetuis temporibus in iure suo debet permanere illesa penitus et indempnis. In cuius rei testimonium ac perpetuam inviolabilem observantiam sigillum nostrum una cum cum sigillis venerabilis in Christo patris domini Hermanni episcopi nec non nobilis viri domini nostri domini Wilhelmi comitis de Arnsberg predictorum duximus presentibus appendendum. Nos vero Hermannus, Dei gratia Beliuoliensis ecclesie episcopus, gerentes vices in pontificialibus reverendi in Christo patris ac domini nostri domini Henrici, archiepiscopi Coloniensis ecclesie, vera esse scientes ac approbantes omnia et singula premissa, et nos Wilhelmus comes de Arnsberg, ipsa ratihabentes per omnia, sigilla nostra una cum sigillo ipsorum opidanorum predictorum presentibus apponi fecimus ob maiorem observantiam predictorum. Datum anno dominice incarnationis M° CCC^{mo} vicesimo tertio, quarto kalendas Septembris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 121, erstes und drittes Siegel ab, anhängend das des Kölner Weihbischofs (Bild: Bischof auf dem Stuhl, in der Linken den Bischofsstab, die Rechte erhoben) mit Rücksiegel (weitgehend unkenntlich); Abschriften: Msc. VII 5737, Bl. 25; Msc. I 209, Bl. 53; Regest: Msc. VII 5705; Druck: SUB II Nr. 598; im Auszug bei Pieler, Geschichte des Klosters Wedinghausen; Regest: REK IV Nr. 1417; dabeiliegend undatiertes Transfix (eingeordnet in das Jahr 1324).

1986

1323 August 30

Rixa, die Witwe des Knappen Hermann genannt Kerl von Remblinghausen, schenkt vor dem Freigrafen Dietrich von Afflen für die Versorgung ihrer in das Dominikanerinnenkloster Paradies aufgenommenen Tochter Clara als Schenkung unter Lebenden dem Kloster ihre Güter im Dorf Oberbergheim[1].

Universis Christi fidelibus presencia visuris et audituris Ryxa, relicta quondam Hermanni dicti Kerel de Remelinchusin, famuli, salutem et rei geste cognoscere veritatem. Noveritis, quod cum alias venerabilis ..

priorissa et .. conventus monasterii de Paradyso ordinis fratrum Predicatorum Claram, filiam meam, in suam consortem receperint et sororem et de prebenda sibi providerint simpliciter et pure propter Deum, ea propter, ne dictum monasterium de Paradyso ex amministracione temporalium .. dicte filie mee diebus suis facienda lesionis incurrat detrimentum, ego Ryxa predicta cum bona voluntate et pleno consensu Henrici, Adolfi, Conradi, Hermanni ac Ryxe, liberorum meorum, et heredum necnon Henrici dicti Kerel ceterorumque omnium et singulorum, quorum consensus in hac parte exstitit requirendus, bona mea in superiori villa Berchem sita cum universis suis pertinenciis prefatis .. priorisse, .. conventui et monasterio de Paradyso simpliciter et pure dono sive do donacione perfecta inter vivos supraportans et transferens coram discreto viro Theoderico de Afflen, vrigravio, libere sedi hac vice presidenti, astantibus testibus infrascriptis omne ius dominii tam utilis quam directi, quod michi et dictis meis heredibus hucusque in dictis bonis quocumque modo competiit sive competere potuit, in .. priorissam, .. conventum ac .. monasterium memoratos, renunciando[a] una cum dictis meis heredibus omni exceptioni iuris et facti et doli mali ac aliis defensionibus quibuscumque, que michi vel prefatis meis heredibus coniunctim seu divisim ad retractandum huiusmodi donacionem sic rite factam in antea competere possent quovis modo. In cuius rei testimonium presentes literas prefatis .. priorisse, conventui ac .. monasterio tradidi sigillis venerabilium virorum dominorum .. Wilhelmi, prepositi, et Franconis, scolastici ecclesie Meschedensis, ad peticionem meam et heredum meorum communitas. Que et nos .. prepositus et .. scolasticus predicti ad peticionem eiusdem Ryxe et suorum heredum predictorum recognoscimus nos presentibus in testimonium appendissse. Actum et datum presentibus Gerhardo, plebano in Eckenchusin, et Gobelino, suo consanguineo, sacerdotibus, et Godefrido de Meschede, milite, Henrico dicto Kerl, Conrado de Delich et Bertoldo Schade, famulis, ac aliis quam pluribus fidedignis testibus ad hoc vocatis et rogatis sub anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, feria tertia post festum beati Bartholomei apostoli. Et ego Theodericus de Afflen, vrigravius predictus, recognosco premissa omnia et singula in presentia mei me pro tribunali sedente sic esse acta, prout supra sunt enarrata, sub sigillorum usu premissorum. Actum et datum anno et die predictis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Paradies, Urk. Nr. 77, Siegel des Propsts zu Meschede, Wilhelm von Arnsberg, (WS 135,8) und des Scholasters Franco (Bild: menschliche Figur) anhängend.

[a]) Unzureichend gekürzt.
[1]) Bei Allagen.

1987

1323 September 7

Verzeichnis des Umfangs der Äcker und der Einkünfte aus dem Oberhof Kaldenhof[1].

Summa agrorum curtis Caldehoeff inscripta anno Domini M CCC XXIII in vigilia Nativitatis Marie, C iugera minus tribus, summa annone de hiis agris XXVII molta minus tribus modiis.

Notiz, Schrift des 16. Jahrh., auf Papier aufgeklebt auf dem Vorderdeckel des Manuskripts, StAM, Altertumsverein Münster, Msc. Nr. 157.

[1]) Das Manuskript enthält neben einem Nekrolog ein Güterverzeichnis des Stifts St. Patrokli Soest, so daß der Oberhof Kaldenhof diesem zuzuordnen ist (vergl. auch WUB VII Nr. 1030). Wahrscheinlich gemeint die Wüstung in der Soester Feldmark bzw. westlich von Soest (Schoppmann, Flurnamen Soest I S. 308, Nr. 123).

1988

1323 September 14

Erzbischof Heinrich von Köln weist den Pfarrer in Brilon an, daß wegen der Geruchsbelästigung durch den Friedhof der Mutterkirche die verstorbenen Einwohner auf dem Friedhof der St. Nikolai-Kapelle begraben werden sollen. Die bei Beerdigungen anfallenden Gebühren soll der Pfarer wie bei der Mutterkirche in Empfang nehmen. Der Erzbischof hebt das Indterdikt über die Kapelle und den Friedhof auf. Es war ver-

hängt worden, weil sich ein Mann namens Rutger dorthin geflüchtet hatte und festgenommen worden war, um die von ihm verübten Übeltaten nicht ungestraft zu lassen.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, plebano in Brilon salutem in Domino. Ad minuendam, quamtum in nobis est, fetorem inficientem populum ex multitudine defunctorum sepultorum et sepeliendorum in cymiterio matricis ecclesie in Brilon ordinamus, ut, si qui plebei de cetero infra opidum Brilon decesserint, in cymiterio cappelle sancti Nycolai sepeliantur. Et tu, si quid de ipsis tumulandis de iure parrochiali pervenerit, ibidem recipias, sicut id in ecclesia matrice esses habiturus. Sententiam etiam interdicti secundum statuta in ipsam cappellam et cymiterium eiusdem latam ex eo, quia quidam Rutgherus nomine, qui ad ipsum cymiterium confugerat, ab eodem, ne maleficia sua publica inpunita remanerent, ab eodem abstractus fuit, in hiis scriptis relaxamus. Datum anno Domini millesimo CCC^{mo} vicesimo tertio, in die Exaltationis sancte crucis.

Ausf., Perg., StA Münster, Herzogtum Westfalen, Städte und Freiheiten, Stadt Brilon, Siegel ab; Druck: SUB II Nr. 599 (nach dem Original im Stadt A Brilon); Regest: REK IV Nr. 1419; INA, NF 4, Inventar des Stadtarchivs Brilon, Bestand A, Nr. 8b, S. 18.

1989

1323 September 15

Erenfrid Quatterlant und seine Erben verzichten gegenüber dem Grafen Wilhelm von Arnsberg auf für eine gewisse Zeit willkürlich beanspruchte Eigenhörige.

Universis presentes litteras visuris seu audituris nos Erenfredus dictus Quatterlant, Gobelinus, Erenfridus, Mechtildis ceterique sui heredes cupimus esse notum, quod, dum nobilem virum dominum nostrum dominum Wilhelmum comitem de Arnsberg impetivimus aliquamdiu occasione Mechtildis, uxoris Henrici, et Elyzabeth, relicte Boltwini de Wenincloe, nec non heredum earundem, quos nobis suspiciabamur pleno iure attinere, nos tandem edocti ac experti per bonos homines, qui huius rei plenam noticiam habuerunt, ab huiusmodi impeticione plane abrenunciavimus ac presentibus abrenunciamus, recognoscentes presentibus nostris litteris nos nihil iuris habere nec nobis aliquid via iuris sive facti posse vendicare futuris temporibus in ipsis hominibus supradictis. In cuius rei testimonium sigillum mei Erenfridi Quatterlant pro me ac ipsis heredibus meis predictis litteris presentibus est appensum, quo nos heredes prenominati per omnia contentamur. Presentes erant Henricus Pape de Bynole, Henricus dictus Wrede, Conradus Ketelere, Conradus Kegelere, Henricus de Enze, Conradus de Wichlen, Conradus de Enze et alii fidedigni. Datum anno Domini MCCCC^{mo} vicesimo tercio, in crastino Exaltacionis sancte crucis.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 a (Kopiar der Grafen von Arnsberg), Bl 32v; Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii VII Bl. 65v.

1990

1323 September 16 Soest

Erzbischof Heinrich von Köln bestätigt die von den Bischöfen Engelbert von Osnabrück, Godfried von Minden, Heinrich von Breslau und Johannes Scopulensis[1] *gewährten Ablässe und fügt einen weiteren von 40 Tagen hinzu.*

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes litere pervenerint, Henricus Dei gratia sancte Coloniensis archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, salutem in Domino sempiternam. Indulgentias venerabilium patrum Engelberti Osnaburgensis, Godefridi Myndensis, Henrici Wratislaviensis et Iohannis

Scopulensis episcoporum omnibus utriusque sexus vere penitentibus et confessis, qui ad monasterium sancte Walburgis extra muros Susatienses nostre dyocesis causa devotionis accesserint et imaginem argenteam ibidem in honorem et memoriam beate Marie virginis pro conventu factam portaverint seu eam, cum devotis orationibus et decenti processione secuti fuerint, concessas, prout rite concesse sunt, ratas habemus atque gratas ac de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, meritis et auctoritate confisi quadraginta dierum indulgentias in forma consimili eisdem superaddimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Susati anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, feria sexta post festum Exaltationis sancte crucis.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis) Bl. 4 der 2. Zählung, erwähnt ebenda S. 11 der 1. Zählung; Druck: Vat. Regesten IV Nr. 940; Regest: REK IV Nr. 1420.

[1]) Scopiensis: Skopje (türkisch Uesküb) in Mazedonien.

1991

1323 September 17 Soest

Erzbischof Heinrich von Köln belehnt den Grafen Heinrich von Waldeck mit dem Dorf Wersau[1] und der dazugehörenden Gerichtsbarkeit.

Nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus universis presentia visuris, quod propter servitia, que nobilis vir Henricus comes de Waldecge, fidelis noster, nobis et ecclesie nostre impendit et utilius ac fidelius impendere poterit in futurum, villam Wersawe cum iurisdictione et universis suis attinentiis, prout a nobis et ecclesia nostra dependet, eidem in augmentum feodorum suorum, que a nobis et ecclesia nostra tenet, in feodo concessimus et concedimus per presentes, sic quod ipse et heredes sui nostri et ecclesie nostre fideles et vasalli de dicta villa et suis attinentiis perpetuo remanebunt et feodum suum huiusmodi deservient fideliter et tenentur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Susati anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo tertio, ipsa die beati Lamberti.

Ausf., Perg., StA Marburg, Waldecker A, W 533 (Passivlehen des Fürstenhauses, Köln), Siegel des Erzbischofs (Rhein. Siegel 1, 20,3) abhängend; Abschrift des 16. Jahrh., Ältere Waldecker Kanzleien Abt. 21, 6/7, Bl. 188 bzw. 4, S. 277; Druck: Curtze, Nr. 26, S. 34; WUB IX Nr. 2336; Regest: REK IV Nr. 1421; Führer, Medebach Nr. 155, S. 32.

[1]) Wüstung bei Medebach-Deifeld.

1992

1323 September 17 Rüthen

Konrad gen. von Eversberg, Bürger zu Rüthen, verkauft der St. Vinzenz-Kapelle des Alten Hospitals in Soest aus seinem Haus und der Hausstätte zu Rüthen eine Rente von vier Schillingen.

Universis presentes visuris literas ego Conradus dictus de Eversberg, civis in Ruden, notum esse cupio publice protestando, quod cum consensu et voluntate bona meorum heredum, Conradi scilicet, mei filii, Elizabeth et Hadewigis, Gertrudis et Alheydis, mearum filiarum, ex mea domo et area in opido Ruden sita vendidi capelle St. Vincentii, hospitalis scilicet veteris infra muros Susatienses siti, pensionem quatuor solidorum denariorum Susati legalium et bonorum. Quam pensionem ego et mei heredes predicti et quicumque predictam domum vel aream nunc meam possederint, dabimus et dare tenemur singulis annis et perpetualiter provisoribus predicte capelle et veteris hospitalis, districtis tamen temporibus et divisim, duos videlicet solidos in

crastino festi Pasche et duos solidos in crastino beati archangeli Mychaelis. In cuius testimonium et firmitatem presentes sigillo meorum coopidanorum petii communiri. Et nos Hunoldus de Myste, proconsul, Gobelinus Vilvini, Dithardus de Netelstede, Ditmarus de Brunenther, Albertus Duevel, Hermannus de Beffete, consules, cum aliis nostris sociis ad petitionem prefati Conradi, nostri concivis, sigillum nostri oppidi presentibus duximus apponendum. Datum Ruden anno Domini M° CCC° XX tertio, ipso die beati Lamberti episcopi et martiris.

Moderne Abschrift, Stadt A Soest, Bestand A Hs 105, Bl. 60, Ausf., ehemals im Pfarr A St. Petri Soest, zur Zeit nicht auffindbar.

1993

1323 September 20 Werden

Die Knappen Hermann und Theoderich von Horst im Bruch (in den Bruke) *verkaufen vor dem Abt Wilhelm von Werden dem Magister Rutger von Aldendorp, Scholaster von St. Gereon in Köln, ihre Güter in Hinsel* (Hinsellen)[1] *und Heisingen* (Hesingen)[2]*, die vom Abt von Werden lehnrührig sind, für 150 Mark Soester Pfennige. Datum in Werden 1323 September 20* (in vigilia Mathei apostoli).

Ausf., Perg., Siegel des Abts anhängend, ehemals im A Kalbeck (von Vittinghoff-Schell), Kriegsverlust.

[1]) Bauerschaft in der Gemeinde Überruhr, östlich von Werden; [2]) östlich von Werden.

1994

1323 September 23 Soest

Erzbischof Heinrich von Köln genehmigt den von Bischöfen dem Kloster Fröndenberg gewährten Ablaß und fügt seinerseits weitere 40 Tage hinzu.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, salutem in Domino sempiternam. Indulgencias venerabilium patrum episcoporum, quorum litteris hec presens cedula est transfixa, prout rite et racionabiliter concesse sunt, ratas habemus atque gratas, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi omnibus vere penitentibus et contritis quadraginta dierum indulgencias in consimili forma superaddentes sub presentium nostrarum testimonio. Datum Susati anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo tertio, feria sexta post diem beati Mathei apostoli.

Transfix an der Urkunde von 1322 Juli (Nr. 1873), Pfarrarchiv Fröndenberg, Siegelreste an grünen Seidenschnüren anhängend.

1995

1323 September 25

Der Minorit Peter von Dortmund quittiert gegenüber Olav Erzbischof von Uppsala den Empfang von 20 Mark, die seinem Konvent in Wisby aufgrund des Testaments der Herzöge Erich und Waldemar zugefallen waren.

Ego frater Petrus de Tremonia ordinis Minorum recognosco per presentes conventui meo Wisbycensi in viginti marcis denariorum Sueue monete racione testamenti dominorum Erici et Waldemari ducum quondam regni Suecie per venerabilem patrem dominum Olauum, archiepiscopum Vpsalensem, fore plenarie satisfactum. In cuius rei testimonium sigillum gardiani Stockholmensis, quia sigillum mei conventus mecum non habeo,

est appensum. Actum anno Domini M° CCC° XXIII°, in dominica ante festum sancti Mikaelis archangeli gloriosi.

Reichsarchiv Stockholm, Wiedergabe nach Svenskt Diplomatarium, utgifet af Bror Emil Hildebrand, Stockholm 1842; Bd. 3, Nr. 2424, S. 265.

1996

1323 September 28

Dietrich, Propst des Stifts Lippstadt, verpachtet dem Berenger genannt Huddich für eine Pacht von 30 Scheffeln Korn den Haupthof des Stifts im Dorf Weringhof[1].

Noscant universi et singuli presentium auditores, quod nos Theodericus, prepositus monasterii sanctimonialium in Lippia, bona nostra sive curiam nostram in villa Wirinchusen cum omnibus suis pertinentiis, prout situata est, locavimus et assignavimus Berengero dicto Huddich et Hildegundi, eius uxori, legitime pro triginta modiis annone, videlicet pro decem modiis siliginis et decem modiis ordei et decem modiis avene de dicta curia annis singulis quovis festo Michaelis dandis et solvendis. Locavimus inquam dictam curiam dictis Berengero et Hildegundi tam diu, quousque dictam triginta modiorum pensionem annuam nobis nostrisque sucessoribus suo tempore et loco debite dederint et expedite. In cuius nostre locationis testimonium sigillum nostrum pro nobis nostrisque successoribus presentibus est appensum. Actum presentibus Meynhardo dicto Huddich, Alberto dicto Gris, Bertoldo dicto Huddich, Hugone de Wirinchusen, Gerhardo de Hule, Gerhardo de Ruden et Hildebrando de Wekinchusen aliisque pluribus fidedignis. Datum anno Domini M° CCC° XXIII°, in vigilia Michaelis archangeli.

Ausf., Perg., StAM, Stift Lippstadt, Urk. Nr. 60, Siegel des Propstes (Bild: Maria mit dem Kinde, in der Rechten eine Blume, verehrt durch den darunter befindlichen Propst); Rückvermerk (14. Jahrh.): Wyrickhusen.

[1]) 1 km westlich von Westernkotten.

1997

1323 Oktober 1 Soest

Erzbischof Heinrich von Köln verleiht den Bürgern von Medebach wegen der Kriegswirren das Privileg, mit Ausnahme bestimmter Sachen, die nur vor einem geistlichen Gericht verhandelt werden können, nicht vor ein auswärtiges Gericht gezogen werden zu dürfen.

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, universis presentes literas visuris et audituris salutem in Domino. Quia consules et oppidani nostri in Medebeke nostre dioecesis propter guerras et communes infestationes, quas ab inimicis ecclesie nostre patiuntur, et pericula non possunt adire partes Rheni, immo extra ipsum oppidum Medebike exire secure non possunt et citati diversis tribulationibus afficiuntur, prout nobis exposuerunt graviter conquerentes et etiam evidentia status terre Westphalie manifestat, nos ipsis contra premissa volentes paterna sollicitudine providere, ut non ab officiali nostro Coloniensi aut ab aliquo alio iudice ecclesiastico nobis subiecto in causis eis motis vel movendis super debitis vel aliis quibuscumque extra ipsum oppidum ad iudicia evocentur, ipsis presentibus indulgemus, volentes ut cause eorum coram nostro iudice in Medebike decidantur, nisi forte adeo mere essent ecclesiastice, quod de sui natura iudex secularis de ipsis cognoscere non deberet, inhibentes dictis iudicibus nostris ecclesiasticis, ne ipsos oppidanos contra premissa turbent in aliquo vel molestent, dicta indulgentia ad nostra placita duratura, dantes ipsis has nostras literas nostro sigillo sigillatas in testimonium super eo. Datum Susati anno Domini 1323, in die sancti Remigii.

Wiedergabe nach dem Druck von Seibertz (SUB II Nr. 600) nach einer nicht mehr vorhandenen Urkunde des Stadt A Medebach; Abschrift des 17. Jahrh. in StAM, Msc. VII 5910 (Aufzeichnungen Bockskopfs), S. 311; Druck: Wigands Archiv II S. 241; Regest: REK IV Nr. 1423; Führer, Medebach Nr. 156, S. 32.

1998

1323 Oktober 1

Bürgschaft Dortmunder Bürger nach Stralsund.

Pro patente litera pro bonis Ar. Dordenbusch in Sundis transmissa fideiusserunt G. de Echove et Hugo, frater eiusdem, Seg. de Hokerde et Iohannes de Herbedde anno Domini 1323, die beati Remigii.

Notiz im 1945 vernichteten Bürgerbuch (liber civium), *S. 53a, Stadt A Dortmund; Wiedergabe nach dem Druck in Dortmunder UB I Nr. 409, S. 289.*

1999

1323 Oktober 4

Heidenreich von Hersebeke[1], Pastor in Rhode[2], verzichtet zugunsten des Konvents des Klosters Rumbeck auf alle Rechte an den Gütern bei Sporke[3], die seine Schwester Gertrud ihm übertragen hatte[4].

Noverint Christifideles universi, quod ego Heydenricus de Hersebeke, pastor ecclesie in Auerode, adhibito consilio prematuro effestucavi per omnia et renunciavi ad usus .. priorisse et .. conventus monasterii in Rumbeke omni iuri seu preventioni michi competenti in bonis apud Sporkey sitis collatis michi quondam a sorore mea Gertrude, prout in alia litera continetur, remittens ipsum conventum in possessionem eorundem bonorum liberam, perpetuam et quietam. Huius testes sunt honesti viri Hermannus, plebanus in Elsepe, Th. et Herbordus de Heldene, milites, .. Advocatus de Heyen, .. Pape de Bynole, famuli, et plures alii fidedigni. Et ad evidentiam pleniorem sigillum meum una cum sigillis predictorum Hermanni, plebani, et Th., militis, duxi presentibus apponendum. Datum in die Francisci confessoris anno Domini M° CCC° XXIII°. Et nos Hermannus, et Th. predicti scientes premissa vera esse, ad petitionem hinc inde sigilla nostra duximus presentibus apponenda.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Rumbeck, Urk. Nr. 56, von Siegel 1 und 2 nur unkenntlicher Rest, Siegel des Dietrich von Helden (Bild: ein mit bordiertem Querrechtsbalken belegter Schild) anhängend; Abschrift in Msc. I 208, Bl. 25v.

[1]) Hespecke östlich von Sporke; [2]) nördlich von Olpe; [3]) im Kirchspiel bzw. westlich von Elspe; [4]) vergl. die Urkunde von 1314 Mai 2 (WUB XI Nr. 1128).

2000

1323 Oktober 6 Bonn

Erzbischof Heinrich von Köln erlaubt den Bürgern der Stadt Soest, innerhalb oder außerhalb der Stadtmauern einen oder zwei Friedhöfe für die ärmere Bevölkerung anzulegen.

Henricus Dei gracia Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, prudentibus viris consulibus et opidanis suis Susaciensibus universis, suis fidelibus et devotis, graciam suam et omne bonum. Exposuistis nobis et nos etiam hiis diebus in Susato constituti experti sumus, quod ex multitudine corporum defunctorum in cimiteriis ecclesiarum parrochialium opidi Susaciensis tantus ex ipsis cimiteriis exalat fecor, quod verisimiliter presumendum est, ex tali fecore mortalitatem in ipso opido hominum adaugeri, maxime cum eadem cimiteria sint constituta in locis, quibus conversatio hominum est communior

in opido memorato. Verum cum huiusmodi periculis certis sit remediis obviandum, vobis indulgemus, immo ordinamus, ut in aliquo loco vel locis dicti opidi infra muros vel extra, quem vel que ad hoc aptiorem vel aptiora esse noveritis, cimiterium unum vel duo coniuncta vel disiuncta, prout hoc magis in deportandis ad sepulturam corporibus defunctorum convenit fieri, faciatis et eadem cimiteria certis limitibus distincta muniatis, sicut decet in eisdem cimiteriis. Que, ut ab episcopo nostras in pontificalibus vices gerente consecrentur, presentibus concedimus facultatem defunctorum corpora communis plebis et pauperum decedentium faciendo tradi ecclesiastice sepulture, inhibentes plebanis dicti opidi universis in virtute sancte obedientie, ne quis eorum vos in premissis vel ea contingentibus presumat aliquatenus impedire, cum premissa conservationem vite et utilitatem hominum publicam, que est private preferenda, respiciant et inducant. Si quid tamen iuris ecclesiis parrochialibus de defunctis huiusmodi competere poterit, in hoc premissis salvis eisdem ecclesiis seu earum rectoribus nolumus derogari. In horum testimonium et firmitatem perpetuam has nostras literas ex hiis confectas vobis tradimus nostri sigilli munimine roboratas. Datum Bunne feria quinta post diem beati Remigii anno Domini millesimo CCC^{mo} vicesimo tercio.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk A Nr. 6453, Siegel des Erzbischofs (beschädigt) anhängend; Druck: SUB II Nr. 601; Regest: REK IV Nr. 1424.

2001

1323 Oktober 26

Regenhard genannt Regenike verkauft dem Konvent des Klosters Oelinghausen aus seinem Garten bei Menden für vier Mark weniger einem Schilling eine Rente von vier Schillingen.

Universis ac singulis hoc scriptum visuris seu audituris innotescat, quod ego Regenhardus dictus Regenike, oppidanus in Mendene, cum consensu et expressa voluntate meorum verorum heredum[a], videlicet Brunonis, Iohannis et Ditmari, filiorum meorum, Elizabeth, Gese et Alheydis, filiarum mearum, vendidi rite ac rationabiliter pensionem annuam quatuor solidorum Susati legalium pro quatuor marcis solido minus numeratis et solutis ex orto meo apud Mendene sito conventui in V̊linchusen singulis annis in festo beati Michahelis archangeli perpetuo erogandam. Acta sunt hec in figura iudicii Mendene, presentibus Iohanne de Wichlo, tunc temporis iudice ibidem, Euerhardo, precone, Theoderico de Holthusen et Hinrico dicto Suaf, proconsulibus in Menden, Conrado dicto Greue, venditore salis, Hermanno sculteto de Vdinc, Bernardo dicto Schacht, Waltero dicto Peppe, Hermanno dicto Seleke, Ditmaro Muselere et Gerwino dicto Musele et Gerhardo de Vogedinch aliisque quam pluribus viris probis et fidedignis. In cuius rei testimonium sigillum oppidanorum in Mendene ad petitionem utriusque partis presentibus est appensum. Et nos Theodericus et Hinricus, proconsules predicti, sigillum oppidi nostri presentibus appensum esse et premissis interfuisse protestamur. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, feria quarta ante Symonis et Iude apostolorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 248, Siegel der Stadt Menden (WS 73,3) abhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): de orto Regenhardi dicti Regenke in Mendene dabuntur cellerarie IIII solidi in festo Michaelis*; Abschrift des 14. Jahrh. im Kopiar des Altertumsvereins Paderborn, Cod. 348, S. 185; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 261.*

[a]) Dahinter das doppelt geschriebene „heredum" gestrichen.

2002

1323 Oktober 31

Vor dem Rat zu Rüthen verkauft der Rüthener Bürger und Schmied Arnold genannt de Palude dem Scholaster Hildeger von St. Patrokli Soest eine Rente von sechs Schillingen aus seinem Haus und dem Hausplatz bei St. Nikolaus in Rüthen.

Nos Hunoldus de Miste, proconsul, Dethardus de Nitelstide, Albertus Duuel, Hermannus de Beffete, Iohannes Vlecke, Hinricus Walrauen, Fredericus Hildebrandi, Florinus de Stene, Conradus de Kellinchusen, Detmarus de Bruninchusen et Hermannus de Molendino, consules opidi Ruden, universis presentes visuris notum facimus, quod Arnoldus dictus de Palude, faber, noster concivis, cum consensu et bona voluntate Iutte, sue uxoris, Arnoldi et Iohannis, suorum filiorum, Megtheldis, Alheydis et Elizabedis, suarum filiarum, suorum heredum, vendidit ex sua domo et area apud beatum Nicolaum in Ruden honorabili domino Hildegero, scolastico ecclesie beati Patrocli in Susato, pensionem sex solidorum denariorum Susati legalium et bonorum perpetue possidendam. Quam pensionem predictus Arnoldus et sui heredes predicti dabunt et persolvere tenentur annis singulis et perpetualiter et, quicumque eiusdem domus et aree possessores fuerint, prefato domino Hildegero vel ad cuiuscumque manus seu ad quemcumque locum ipse eandem pensionem assignare duxerit, in festo beati Martini episcopi hyemalis. In cuius rei testimonium ad petitionem predicti Arnoldi et suorum heredum predictorum sigillum nostrorum coopidanorum est appensum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, in vigilia Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., StAM, Patrokli Soest, Vikarienkommunität, Urk. Nr. 18, Siegel der Stadt Rüthen (WS 71,1, beschädigt) anhängend, dabei Transfix von 1329 Feb. 2, in dem der Scholaster Hildeger die Rente den Rektoren der Altäre der Soester Kirche überweist (mit Siegel des Scholasters (WS 136,11).

2003

1323 November 3

Elisabeth, die Witwe des Mendener Bürgers Heinrich genannt Kernewin verkauft dem Konvent in Oelinghausen eine Rente von acht Schillingen, und zwar vier Schillinge aus dem von ihr bewohnten Haus und der Hausstätte, die ehemals dem genannt Stir gehört hatten, und vier Schillinge aus dem Haus und der Hausstätte, die ihr Schwiegersohn Ditmar genannt Horpot bewohnt.

Universis ac singulis presens scriptum visuris seu audituris innotescat, quod ego Elizabeth, relicta quondam Hinrici dicti Kernewin, opidana in Mendene, sufficienti deliberatione prehabita ex consensu et expressa voluntate omnium meorum verorum heredum, videlicet Thilemanni, Hermanni, Hinrici, Lifhardi et Iohannis, filiorum meorum, Cunegundis et Helenburgis, mearum filiarum, vendidi rite ac rationabiliter conventui in Vlinchusen in figura iudicii ac assignavi octo solidorum redditus ex domibus et areis, mea, quam nunc inhabito, que quondam fuit dicti Stir, et domo, in qua nunc Ditmarus dictus Horpot et Hibele, eius uxor, mea filia, commorantur, perpetue possidendos, ita videlicet, quod singulis annis quatuor solidi ex domo[a] dicti Ditmari in festo beati Martini et alii quatuor solidi ex domo quondam dicti Stir in festo Pasce tollantur, omne impedimentum postponendo. Acta sunt hec presentibus Iohanne de Wichlo, iudice tunc temporis, Hinrico dicto Suaf et Thidemanno de Holthusen, proconsulibus in Mendene, Gobelino dicto Vasele, Woltero dicto Peppe, Frederico de Bertinchlo, Ditmaro dicto Horepot, ex cuius consenu acta sunt premissa, et Gerhardo dicto Vasele, aliisque quam pluribus viris probis et fidedignis. Ut autem presens venditio rata et firma permaneat nec in posterum ab aliquo quavis arte vel malitia depravari possit, presens scriptum exinde confectum sigillo meorum coopidanorum petivi roborari. Et nos oppidani in Mendene predicti ad petitionem utriusque partis presentes literas sigillo oppidi nostri duximus roborandas[b]. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, feria quinta post Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 249; Siegel der Stadt Menden (WS 73,3) abhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): de octo solidis in Mendene, ex quibus recipient Mersuendis et Gertrudis et Margareta quatuor solidos in festo beati Martini[c] de domo Thetmari dicti Horpot, et alios quatuor solidos tollet celleraria in festo Pasche ex domo quondam dicti Stir; *Abschrift des 14. Jahrh. im Kopiar des Altertumsvereins Paderborn, Cod. 348, S. 186; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 262.*

[a]) Das doppelt geschriebene „domo" gestrichen; [b]) dahinter gestrichen „act"; [c]) in der Vorlage „Mantini".

2004

1323 November 8

Heinrich genannt Dove, Bürger in Soest, bekundet, von Dietrich dem Herrn in Volmarstein mit 24 Morgen belehnt worden zu sein, wobei seine Frau Mechtild an dem Land den Nießbrauch hat.

Omnibus hoc scriptum visuris et audituris Henricus dictus Dove, opidanus in Susato, cupio notum esse, quod ego, Johannes et Rodolphus, nati mei, infeodati existimus viginti quatuor iugeribus, vel si quo minus fuerit, de manu Theoderici domini in Volmestene. Quibus iugeribus Mechtildis, uxor mea, infeodata est per eundem dominum suo usufructu, quod sigillis Johannis de Lunen et Arnoldi dicti Wenken profitemur. Nos Johannes de Lunen et Arnoldus dictus Wenke sigilla nostra rogati a premissis presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M° CCC° XXIII°, ipso die martirum Quatuor coronatorum.

Ausf., Perg., A des Altertumsvereins Paderborn (1323.11.8), Siegel ab; Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Reichshofrat Nr. 2, Bd. 8, Anlage 22, Bl. 49; Abschrift des 16. Jahrh., A von der Recke-Volmarstein, Akten Nr. 1142 (Lehnskopiar), Bl. 28v; Abschrift Kindlingers um 1800 Msc. II 29, Teil 2, S. 262; Druck: L. Köster, Diplomatisch practische Beyträge zum deutschen Lehnrecht, 1797–1809, Bd. 3, S. 87; Regest: UB Volmerstein Nr. 311; Stoewer, Archiv des Vereins, Nr. 68, S. 66.

2005

1323 November 11

Der Ritter Georg genannt Boleke billigt die Abtretung der Güter Söbberinghof[1] in der Pfarrei Erwitte, die sein Vater Friedrich genannt Boleke dem Kloster Benninghausen verkauft hatte[2].

Universis presentem literam visuris vel etiam audituris nos Georgius dictus Boleke, miles, ac nostri heredes recognoscimus publice protestando, quod bona dicta Sûbberinchusen, sita in parrochia Eruethe cum omnibus suis pertinentibus et iure suo quocumque vendita sunt cum plena nostra voluntate et consensu per Fredericum dictum Boleke, patrem nostrum, Gertrudi domine abbatisse claustri in Benikinchusen totique conventui ibidem Coloniensis dyocesis ordinis Cystersiensis. Nichilominus nos dictus Georgius miles una cum dictis nostris heredibus promittimus firmiter in hiis scriptis coniunctis manibus iustam et veram warandiam predictorum venditorum bonorum dictis, scilicet domine .. abbatisse et .. conventui in Benekinchusen loco et tempore, quibus fuerimus requisiti, et oportunis. In cuius rei testimonium nos prefatus Georgius miles dictus Boleke sigillum nostrum pro nobis et dictis .. heredibus presentibus duximus apponendum. Datum beati Martini episcopi hyemalis, anno Domini M° CCC° vicesimo tertio.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen, Urk. Nr. 152, Siegel des Ausstellers (Bild: drei, 2:1, gekrönte Löwenköpfe); Abschrift in Msc. VII Nr. 5724, Bl. 18v.

[1]) Westlich von Erwitte an der heutigen Bundesstraße 55, vergl. Schellhasse, Benninghausen S. 111; [2]) im Jahre 1290, vergl. WUB VII Nr. 2158.

2006

1323 November 12

Vor dem Rat der Stadt Rüthen verkauft Alheydis, die Witwe des Johannes genannt Birkenstuvere, für sechs Mark eine Rente von sechs Schillingen aus ihrem sonst unbelasteten Haus und dem Hausplatz in Rüthen an den Dechant und das Kapitel von St. Patrokli Soest.

Nos Hunoldus de Miste, proconsul, Dethardus de Nitelstide, Albertus Duuel, Hermannus de Beffete, Iohannes Vlecke, Hinricus Walrauen, Fredericus Hildebrandi, Florinus de Stene, Hermannus Everdinc, Con-

radus de Kellinchusen, Detmarus de Bruninchusen et Hermannus de Molendino, consules opidi Ruden, universis presentes literas visuris et audituris notum facimus et publice protestamur, quod constituta Alhedys[a] vidua coram nobis, relicta quondam Iohannis dicti Birkenstuuere, et sui heredes, Iohannes scilicet et Lutfridus et Sophia, recognoverunt se iusta et perfecta vendicione vendidisse ex sua domo et area integra in nostro opido sita redditus annuos et perpetuos pro sex marcis denariorum sex solidorum venerabilibus viris dominis .. decano et capitulo sancti Patrocli ecclesie in Susato. Quos redditus scilicet sex solidorum legalium denariorum et bonorum eadem vidua et sui heredes predicti vel, quicumque eiusdem domus et aree possessores fuerint, singulis annis et perpetualiter prefatis dominis ministrabunt et persolvent in festo beati Martini episcopi hyemalis. Ex qua etiam domo et area non solvuntur aliqui redditus, sed tales, qui sunt superius expressi. Et quia huiusmodi venditionem factam simul et recognitionem concivium nostrorum predictorum audivimus, nos propter hoc sigillum opidi nostri duximus ad preces ipsorum presentibus apponendum. Datum et actum anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, ipso die Kuniberti episcopi.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Urk. Nr. 113, Siegel ab, Rückvermerk (14. Jahrh.): de domo Berkenstuuor.

[a]) „d" über der Zeile stehend.

2007

1323 November 13

Graf Adolf von Berg und Graf Heinrich von Waldeck billigen die von Freunden vereinbarte Sühne in der Fehde zwischen Bischof Ludwig von Münster und dem Grafen Engelbert von der Mark: Die Helfer beider Seiten sollen wieder in den Besitz ihrer Lehen kommen. Der Bischof darf den Grafen nicht am Ausbau der Stadt Lünen hindern. Der Graf von der Mark hat Davensberg und das halbe Gogericht Ascheberg, wie er es eingelöst hat, den rechten Erben wieder zukommen zu lassen. Die Erben dürfen weder dem Bistum noch dem Grafen von Davensberg aus Schaden zufügen. Der Bischof hat innerhalb von 14 Tagen nach Abschluß des Vertrages die Befestigungen von Rene[1] und Dorneberg[2] niederzulegen. Für die Entlassung des Bischofs und seiner Helfer aus der Gefangenschaft hat jener 5500 Mark zu zahlen. Dafür hat der Bischof 50 Bürgen zu stellen. Er hat 1000 Mark am nächsten 6. Januar, 1000 Mark am ersten Sonntag in der Fastenzeit und 1000 Mark zu Ostern zu entrichten. Tut er das nicht, hat er mit seinen Bürgen nach Hamm ins Einlager einzureiten. Für die Schuld von 2500 Mark hat der Bischof die Burg zu Patzlar und das Gogericht, die der Bischof gerade erst vom Grafen von der Mark eingelöst hat, verpfändet. Die Burgmannen zu Patzlar haben dem Grafen von der Mark zu huldigen. Wer dies verweigert, darf von ihm aus der Burg gewiesen werden. Der Graf darf bis zu 50 Mark an Baukosten für die Burg ausgeben. Der Bischof soll dem Grafen weiter das Gericht zu Olfen und das zu Werne mit Leuten und Gütern zum Pfand setzen bzw. damit belehnen. Danach sollen die Gefangenen frei sein. Der Graf hat dem Grafen Adolf von Berg den Bündnisbrief mit dem Grafen Reinald von Geldern vorzulegen. Der Bischof hat das Gericht zu Sendenhorst dem Dietrich von Volmerstein zu Lehen zu geben. In der Fehde des Bischofs mit Bernhard von Darup und Bernhard Droste sollen von beiden Seiten je zwei Sühnemänner bestellt werden. Kommen sie zu keiner Einigung, soll Heidenreich Wulf Oberschiedsmann sein.

Wir Alf van den Berge unde Hinrich von Woldecke, greven, sûnlûde ghekoren in deme krighe, de da ist gewest twisschen dem hersamen herren hern Lûdewighe den byschof von Monstere unde sime gestichte unde allen iren holpern op eine siden unde dem edelen manne greven Engelbert van der Marke unde allen sinen holperen ŏp ander siden, dûn kûnt allen den ieghen, die dessen gegenwortigen bref sein sullen unde horen lesen, unde bekennen an diesem gegenwortigen breve, daz wir der sûne, die der vorgenanten heren vrent von beyden siden hant gedegedinget under uns eyndrechtich geworden sin unde volborden si all hir nach ghescreven stet:

Zŏme ersten male, dat alle de man an beiden siden sullen weder kûmen an er lehen. Vort so mach der greve von der Marke Lûnen zimmeren zo allen sinen willen. Dar an sal der byschof von Monstere nicht hin-

deren, die wile her levet, noch alle de gene, de dûrch en dûn unde lasen willen noch mit geistlichen noch mit werlichen sachen sunder archelist. Des sal der byschof van Monstere dem greven sine offen breve geben, dat dit vaste unde stede blive. Vortmer sal der greve von der Marke den Dauerenberg weder laszen den rechten erben mit dem gerichte von Ascheberghe half, also als der greve daz virgolden hatte. Oûch sûlen die erven von deme Dauerenberghe dat versicheren, daz deme ghestichte von Monstere noch dem greven von der Marke kein schaden dan of ghesche. Vortmer sal der byschof van Monstere brechen Rene unde den Donrreberg viertzen nacht nach dem daghe, dar der bischof mit dem dem greven sin dinch hat virendet. Vortmer so sal der byschof van Monstere geven dem greven von der Marke vonftûsent unde vonfhundert marg Sûsatesgher penninghe, als nû genge unde geve sint, vor sich unde vor andere die gevangenen. Dar vor sal her selber entrûwen sicheren mit vonftzich burgen mit samder hant, unde he niet sinen antzaelen af zû gane mit ersamen lûden, edelen lûden unde mit ritteren unde mit knapen, die gheervet sin, dat gelt zû biezalene dem vorgenanten greven of sinen rechten erven zû den tyden, als hi nach gheschriven stet, dûsent marg des vorgenanten geldes ûp den dritzenden dach, die nû nesten kûmen sal, dûsent marg ûp den ersten sünnendach in der vasten dar nach unde dûsent marg ôp Paschen, die dar na nest kûmen sûlen, also bescheideliche: were, dat der byschof des geldes zû den zieden, als da vore ghescreven stet, niet en gûlde, so sal her mit den vonfzich burgen, de vorgenant sint, inriden zû dem Hamme unde da leisten einen manet mit den bûrgen vor dat vorgenante gelt, unde wanne der manet leden ist, so sal der bischof unde sine bûrgen zûme Hamme bezalen dat vorgenante gelt mit gereiden penningen, also dat zû iechelicher tziet men dat gelt zû me Hamme bereide unde bezaele. Vortmer vor de anderen vonfuntzwinzich hûndert marg sal der selve byschof deme selven greven unde sinen rechten erven setzen dat hus zûme Portzlar mit dem gogerichte mit allem dem, als is de greve hatte, dû is der byschof lest von eme loeste. Her zû sal her eme setzen daz gerichte zû Olfelen unde vort lûde unde alles daz gût, dat in den kirspel von Olfelen gelegen ist, dat sin ist[a]. Oûch sal her eme setzen dat gerichte von Wernen unde vort lûde unde alles dat gût, dat in dem kirspel von Werne gelegen ist, dat sin ist, unde sal der vorgenante byschof dem selven greven unde sinen rechten erven daz hus unde de gerichte mit den lûden unde mit allein dem gûde, dat hir vorgenant ist, lenen vor eyn ledig lehen zû ûrsasze, also bescheideliche, dat der selve byschof of sine nachkûmelinge of sine gestichte dat selve hus, die gerichte lûde unde gût, so wo is hir vorgenant ist, mogen losen alle iar ôp sunte Peters dach, de dar kûmet in der vasten umme vonfuntzwinzich hundert marg des vorgenanten geldes unde pagamentes. Ouch mach der greve van der Marke an dem vorgenanten hus verbowen vonfzich marg Suszager penninge nach rade unde orkunde der burglûde, die eme of sinen erven daz gestichte von Monstere beliggen sal, van se is losint. Vortmer sal der byschof de burglûde von den Portzlar dûn hulden den greven unde sinen rechten erven mit deme underscheide, als hir vor gescreven ist, unde welich burgman nicht hulden wolde, den mach der greve van den hus don varen. Unde so wanne der bischof disse vorgenanten stucke vorendet hat mit dem greven, so sûllen her unde alle die gevangen of beiden siden loez unde ledich sin, sie sin virwist oder unvirwist ane de gene, die geschattet waren, des neesten gûdensdages, die nû neest was vor sunte Remiges daghe unde er gelt vorbûrget hatten, da si nicht vor inkûmen mogten. Wer aver, dat der selve byschof van Monstere diese vorgenanten stucke nicht vor endede mit den greven, also alse hir vor gesprochen ist, von dessen daghe binnen virtzen tagen, so sal der bischof unde andere, die gevangenen alle von diesem taghe ûp den viertzenden dach zû Alzena weder in kûmen, also alse he unde sie ghesicheret hant unde gesworn. Vortmer so sal der greve von der Marke uns greven Alf von den Berghe antworden dein virbüntbreve, die sprechen zuschen Reynolde von Gelren unde eme. Na dem breve sulle wir dem greven von der Marke segen, dat wir eme sine eren bewarn. Vortmer umme dat gherichte von Sendenhorst sal der byschof tûn hern Thiderich van Volmestein, dat sin edeln man sine man unde sine dienstman wisint, dat recht si. Vortmer umme den crieg, die ist zuszen dem bischof von Monstere unde hern Bernharde van Dodorpe unde hern Bernharde dem Droszeten, sal er ielich kiesen zweine sûnman, die sûlen sie scheiden mit minne of mit rechte. Were dat sie des nicht kûnden getûn, so sal her Heydenrich der Wolf eyn overman sin, unde zû wilcher partye her vellet mit rechte, dat sal vort gan. Wolde aver her Heydenrich nicht eyn overman sin, so sûllen her Korf unde her Iohan Clot einen anderen overman setten, die de selven mach[t][b] have, die her Heydenrich de Wolf hatte zuszen den beiden partyen. Umme dat daz alle diese vorgenanten stucke, die der vorgenanten herren vront zuszen en gedegedinget hant unde der wir undir uns eyntrechtig worden sin, stede unde vaste gehalden werden vor eine

gantze sûne, so hebben wi unse ingesigele zû eine orkunde unde zû einer merer stedicheit an diesen brief ghehangen. Die ghegeven ist na Godes geburten dûsent drihundert iar unde in dem driuntzwinzigesten iare, des sûnnendages na sunte Martines taghe.

Gleichzeitige Abschrift, Perg., StAM, Msc. II 87 (Sammlung Kindlinger), Bl. 8; Abschrift des 14. Jahrh., Msc. I 1, S. 118, Nr. 24; Abschrift des 16. Jahrh., Msc. II 204 B (Sammlung Kindlinger), S. 48; Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 3, Nr. 106 und Druck: WUB VIII Nr. 1689; UB Lünen Nr. 149 (beide nach Msc. I 1).

[a]) Von „dat" bis „ist" über der Zeile eingefügt; [b]) in der Vorlage fehlend.
[1]) Nicht identifiziert; [2]) desgl.

2008

1323 November 17

Sifrid Faber, Bürger in Menden, verkauft an Helenburgis und Walburgis genannt von Bentvelde, Nonnen im Kloster Rumbeck, eine Rente von vier Schillingen aus ihrem Haus und Hausplatz in der Stadt Menden. Nach ihrem Tode soll die Rente an die Kämmerei des Klosters fallen.

Universis et singulis hoc scriptum visuris seu audituris innotescat, quod ego Sifridus Faber, in Mendene opidanus, cum consensu et expressa voluntate Gertrudis, mee uxoris legitime, et Gerhardi, mei filii, aliorumque meorum verorum heredum vendidi rite et rationabiliter annuos redditus quatuor solidorum denariorum Susati legalium pro pecunia mihi numerata et soluta Helenburgi et Walburgi dictis de Bentvelde, monialibus monasterii in Rumbike, singulis annis in festo beati Martini episcopi ex domo mea et area in oppido Mendene sita absque aliqua delatione longiore erogandos. Quos inquam redditus dicte moniales, videlicet He. et Wal., tollent temporibus vite earundem. Illis autem decedentibus dicti redditus vacabunt camere monasterii prenotati. Acta sunt hec in figura iudicii Mendene presentibus .. proconsulibus et .. consulibus[a], videlicet Theoderico de Holthusen et Hinrico dicto Suaf, proconsulibus tunc temporis Mendene, Thilemanno de Hûdtinchusen[b], Hinemanno in Foro, Gobelino dicto Sculdere, Gobelino, sculteto curtis Mendene, et Gerwino dicto Tackeman aliisque quam pluribus probis viris et fidedignis. In cuius rei testimonium sigillum opidanorum in Mendene ad petitionem utriusque partis presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, feria quinta, que est vigilia octave beati Martini hyemalis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Rumbeck, Siegel der Stadt Menden (am Rande stark beschädigt, WS 73,3) abhängend; Abschrift in Msc. I 208 Bl. 15v.

[a]) In der Vorlage „cosulibus"; [b]) korrigiert.

2009

1323 November 20 Hamm

Engelbert Graf von der Mark verspricht dem Bischof Ludwig von Münster, die an ihn im Zusammenhang mit der Gefangennahme des Bischofs verpfändete Burg Patzlar, das halbe Gogericht Ascheberg, sowie die Gerichte Olfen und Werne mit den darin befindlichen Leuten und dem Gute für 2500 Mark wieder herauszugeben bzw. einlösen zu lassen.

Wir Greve Engelbert van der Marke und Adolf, sin aldeste sone, don kondich allen den, die dessen keghenwordighen bref sien und hûren lesen, dat wir ghelovet han und gheloven in dessen breve in guden trû- wen deme ersomen heren bisscop Lodewighe van Munstere unde sinen stichte, dat wir oder unse erven dat hus to Porteslere mit dem gogherichte half to Asscheberghe, die gherichte to Olflon und in Wernen mit lûden und mit gude, also als sie uns vorsat sin, sûlen weder antworden sunder wiederrede und unvortrecket, wanne die vorbenomede bisscop Lodewich oder sin nakûmelinge oder sin stichte uns oder unsen erven vifundtwintichhundert marc Sûsatesger penninge, also nû ghenge und gheve sin, betalen unde reyden dat ghelt to betalene

alle iar up sante Peters dagh, de dar kůmet in der vastene, dar de vorbenomede bisscop uns dat hus und gherichte und gut vor ghesat hevet to lůsinge siner ghevangnisse. Ouch ne sůle wir oder unse erven nirrehande kost rekenen oder slan oder don up das hus to Porteslere und die vorbenomeden richte und gut sunder viftich marc des vorbenomeden gheldes, de wir vorbowen moghen an deme hus to Porteslere nach rade und nach kunscap der borchlude to Porteslere. Die sal uns oder unsen erven die bisscop oder sine nakůmelinghe oder sin stichte ghelden mit dem vorbenomeden ghelde. Des han wir to eynen orkunne und to eyner stedicheit dem vorbenomeden bisscope und sinen stichte dessen keghenwordighen bref ghegheven beseghelet mit unsen ingheseghelen und mit ingheseghele des edelen mannes greven Adolfes van dem Berghe. Und wir greve Adolf van dem Berghe bekennen, dat wir der bede des vorbenomeden greven Engelbertes van der Marke und Adolfs, sines sones, han[a] unse ingheseghel an dessen keghenwordigen bref ghehanghen. Desse bref is ghegheven tome Hamme nach unses heren Godes ghebord in deme driehunderdesten und dreundzwintighesten iare, des sonendaghes vor sante Cecilien daghe.

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster, Urk. III G Nr. 5, 1. Siegel ab, das des Junggrafen (domicelli) Adolf und Sekretsiegel des Grafen Adolf von Berg anhängend; Abschrift Kindlingers um 1800 Msc. II 3 Nr. 25; Druck: WUB VIII Nr. 1691.

[a]) Über der Zeile eingefügt.

2010

1323 November 25 Godesberg

Erzbischof Heinrich von Köln bestätigt dem Kloster Engelthal (conventus vallis sancti angeli), *das gewisse Güter von Äbtissin und Konvent in Drolshagen gekauft hat*[1], *die dem letzteren bewilligten Freiheiten. Datum 1323 November 25* (ipsa die beate Katerine virginis).

Wiedergabe nach Armin Tille, Übersicht über den Inhalt der kleineren Archive der Rheinprovinz, 1896, S. 168, Nr. 14 (Ausf., ehemals im Besitz des Eberhard von Claer auf Burg Vilich); Regest: REK IV Nr. 1426

[1]) Inseriert die Urkunde von 1294 März 11: Erzbischof Sifrid von Köln befreit die zum Kloster Drolshagen gehörenden Güter zu Urfeld *(Uorvere)* von allen Steuerlasten *(exactio, contributio)*. Diese Befreiung ist jedoch nicht auf etwaige spätere Erwerbungen auszudehnen (REK III Nr. 3409).

2011

1323 Dezember 3

Der für Heessen zuständige Archidiakon teilt dem stellvertretenden Pfarrer in Heessen, Johannes, mit, er habe dem Priester Hermann von Northolte, der ihm von Hermann de Constantia, Pfarrer in Heessen, präsentiert worden sei, die Kapelle des Hospitals bei Hamm, die Seelsorge sowie die Sorge für die Reliquien übertragen.

Archidiaconus in Hessen discreto viro Iohanni, viceplebano ibidem, salutem in Domino. Cum nos Hermannum van dem Northolte, sacerdotem, nobis per Iohannem de Constantia, plebanum in Hesne, presentatum ad capellam hospitalis iuxta Hammonen vacantem per mortem Ludolphi, quondam pastoris ibidem, investiverimus capella de eadem necnon curam animarum cum custodiis reliquiarum in suam animam commisimus, vobis mandamus, quatenus eundem Hermannum, cum requisiti fueritis, vel procuratorem suum suo nomine in possessionem corporalem eiusdem capelle personaliter inducatis cum solemnitatibus ad hoc debitis et consuetis, contradictores, si qui fuerint, auctoritate nostro per censuram ecclesiasticam compescendo, iniungentes etiam universis subditis eiusdem capelle et hospitalis, ut dicto Hermanno tamquam vero pastori suo in omnibus revereantur, obediant et intendant. Reddite litteras sigillatas. Datum anno Domini M° CCC° XXIII, sabbato proximo post Andree apostoli.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. II 12 (Sammlung Kindlinger) S. 194, auf S. 195 deutsche Übersetzung (diese gedruckt: WUB VIII Nr. 1695).

2012

1323 Dezember 5

Gerhard Stade, Everhard, Schulte in Arenbögel[1], und Rutger geloben dem Abt und dem Konvent zu Werden, den Scaphus genannten Hof dem Oberhof Arenbögel eingliedern zu wollen, bis zu Epiphanias aufzulassen und das Währschaftsversprechen abzulegen.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, Gerhardus de Stade, Euerhardus, sculthetus de Arenbogel, et Rutgerus salutem et cognoscere veritatem. Universitati vestre significamus tenore presencium publice protestando, quod nos promittimus et promisimus fide prestita corporali venerabilibus viris dominis .. abbati et .. conventui Werdinensi, quod nos mansum de Scaphus cum omnibus suis attinenciis, quocumque nomine censeantur, ordinabimus attinere curti de Arenbogel pleno iure ipsius curtis in perpetuum possidendum. Et de warandia et impetitione, renuntiatione et effestucatione debita facienda infra hinc et Epyphaniam Domini proximam nunc instantem eisdem domino .. abbati et .. conventui eadem fide satisfieri per nos promisimus et promittimus in hiis scriptis. In quo, si defectum forsitan paterentur, moniti coniunctim vel divisim Werdine intrabimus hospitium ad iacendum, quousque per nos dicta nostra promissio sit impleta. In cuius rei testimonium sigilla nostra presentibus litteris sunt appensa. Et ego Rutgerus, carens proprio sigillo, contentus sum sigillis Gerhardi de Stade et Euerhardi, scultheti de Arenbogel, predictorum. Datum in vigilia beati Nycolai anno Domini M° CCC° vigesimo tertio.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Werden, Urk. Nr. 148, Siegel des Gerhard (beschädigt) anhängend, das andere ab.

[1]) Im Kirchspiel (Oberhausen-) Osterfeld.

2013

1323 Dezember 5

Gerhard von Stade überweist seinen Scaphus genannten Hof an den Oberhof Arenbögel[1].

Universis Christi fidelibus presentes litteras inspecturis Gerhardus de Stade salutem et cognoscere veritatem. Universitati vestre significo tenore presentium publice protestando, quod ego cum consensu et voluntate Rutgeri et Conegundis, puerorum meorum, et heredum mansum meum, de Scaphus, cum agris, paschuis, pratis, nemoribus, terris arabilibus et cum aliis pertinentiis universis dedi et tradidi libere ad curtem de Arenbogel ad plenum ius ipsius curtis hereditarie et perpetuo attinendum, volens de eodem manso et de omnibus eius pertinenciis omni loco et tempore facere warandiam competentem et de qualibet impetitione, que in posterum emergi poterit, ipsam curtem seu eius dominium debite sublevare, renuntians una cum pueris meis predictis et heredibus de ipso manso et de omnibus suis pertinentiis simpliciter et de plano, nichil omnino iuris mihi vel pueris aut heredibus meis predictis in premisso manso vel suis attinentiis de cetero reservando. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus litteris est appensum. Datum in vigilia beati Nycolai, anno Domini M° CCC° vigesimo tertio.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Werden, Urk. Nr. 149, Siegel ab.

[1]) Im Kirchspiel (Oberhausen-) Osterfeld.

2014

1323 Dezember 13 Werl

Vor dem Rat zu Werl verkauft Ludwig genannt Lure, Bürger zu Werl, eine ererbte halbe Hufe zu Rythem[1] an Propst und Konvent zu Wedinghausen.

Nos .. proconsules et .. consules oppidi in Werle notum facimus universis presentia visuris et audituris et in hiis scriptis publice protestamur, quod constitutus coram nobis Lůdewicus dictus Lůre, coopidanus noster, ex consensu pleno et bona voluntate Elyzabeth, uxoris sue, Ludolphi et Theoderici, filiorum suorum, Dedradis, Gertrudis, Cunegundis, filiarum suarum, ac heredum suorum verorum omnium, sicut nomina tenent, dimidium mansum in Rythem iacentem hereditarie ad se devolutum, medietatem videlicet tam agrorum quam aree et pomerii eiusdem mansus solventem annuatim nomine census nobili domino .. comiti de Arnesberg duos solidos denariorum usualium in Cathedra sancti Petri; item domino Theoderico de Honrode, militi, seu suis heredibus quinque denarios in festo beati Iacobi apostoli pro redemptione decime, quod vulgariter dicitur tentlose, item .. vicepreposito Susatiensi unum pullum et sex crateras avene in festo Mychahelis, item iudici in Werle unum denarium, qui a vulgo tolpenninc appellatur, in natali beati Stephani prothomartiris et alterum dimidium ovum eidem in Pascha presentandum, pro certa summa pecunie sibi integraliter persoluta vendidit et assignavit religiosis personis .. preposito et conventui monasterii in Wedinchusen, accedente etiam consensu et licentia plenaria nobilis domini Wilhelmi comitis in Arnesberg eodem iure, quo ipse Lůdewicus ab eodem tenuit, perpetuo possidendam. In cuius rei firmum testimonium ad petitionem Lůdewici supradicti sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, in die beate Lucie virginis et martiris, presentibus Iohanne, plebano, Volquino, cappellano, sacerdotibus in Werle, et fratre Henemanno, Theoderico de Hŏlinchove, Iohanne Thome, tunc proconsulibus, Henrico Prosekese, Arnoldo Knŏpeke, Iohanne Punyr, Růtgero Passen, Hermanno Wishagen, Euerhardo Sterdhof, Henrico de Stene, Henrico Swinintholt, Iohanne Horsteman, Hermanno Melkesterman, tunc consulibus[a] in Werle, presentibus etiam Hermanno Tecken, Theoderico Crusen et Erenfrido Riddere, qui fideiusserunt pro warandia dictorum bonorum facienda, et Theoderico Wortele, oppidanis in Werle, viris fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 122, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend, Abschrift in Msc. VII 5737, Bl. 128v und Msc. I 209, Bl. 359.

[a]) Auf Rasur.
[1]) Wüstung nordöstlich von Werl.

2015

1323 Dezember 20

Lambert von Holtum verkauft für 25 Mark zwölf Morgen Landes in Holtum[1], die zum Oberhof Provesting[2] gehören, an die Äbtissin und den Konvent in Fröndenburg. Der Konvent hat jährlich zwei Schillinge an den Oberhof zu entrichten.

Universis presentes litteras inspecturis et audituris. Ego Lambertus de Holtheym, filius quondam Constantini, notum esse cupio, quod de consensu Aleydis, uxoris mee, Constantini, filii mei, ac Conradi, fratris mei, Sofie et Iutte, sororum mearum, ac aliorum heredum meorum vendidi duodecim iugera terre ex bonis meis sitis in Holtheym pertinentibus ad curtem Provestinck abbatisse ac conventui in Vrondeberghe pro viginti quinque marcis Sosatiensium denariorum michi persolutis[a] iure hereditario perpetue possidenda, ita ut singulis annis predictus conventus persolvet duos solidos usualis monete in die Ascensionis[b] ad bona mea, ex qua dicta iugera sunt vendita. Pro warandia autem fideiussores predicto conventui constitui, videlicet Fredericum de Provestinch ac Conradum de Steyne, qui quidem una mecum simul coniunctis manibus data fide promiserunt, si ego in dicta warandia insufficiens inventus fuero, quandocumque a conventu prenarrato moniti fuerint, opidum Werle intrabunt ad iacendum non a iacentia recessuri, donec sepedicto conventui fuerit satisfactum. Testes huius rei sunt Hermannus, cappellanus in Vrondeberghe, Ludolfus de Provestinch, Iohannes dictus Scolere, Lambertus dictus Mutere, Gerhardus dictus van me Sode, opidani in Werle, Lambertus de Camene ac Iohannes de Bilemarke ac alii quamplures fide digni. In huius rei testimonium rogavi Fredericum de Provestinch sigillum suum presentibus applicari. Et ego Fredericus, hereditarius scultetus ad preces Lamberti antedicti et de voluntate Ludolfi, fratris mei, sigillum meum presentibus in testimonium veritatis et firmitatis

duxi apponendum. Acta sunt hec in domo Iohannis dicti Scolere, opidani in Werle, in vigilia beati Thome apostoli anno Domini M° CCC° XXIII°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg, Urk. Nr. 107, Siegel ab; Rückvermerk (17. Jahrh.): ...12 Morgen Landes zu Holtumb.

[a]) In der Vorlage „persolutas"; [b]) drei Worte über der Zeile nachgetragen.
[1]) 4 km westlich von Werl; [2]) Oberhof Pröpsting in Hilbeck (Eigentum der Propstei in Essen) oder in Heeren bei Hilbeck (vergl. Preising, Hilbeck S. 33).

2016

1323 Dezember 20

Propst Wilhelm, Dechant Degenhard und das Kapitel des Stifts Meschede einigen sich in der Auseinandersetzung mit den Brüdern, den Knappen Friedrich und Gerhard von Mellrich, den Verwaltern bzw. Erbpächtern des Oberhofs Horn über die Pachtabgaben vom Oberhof und den abhängigen Unterhöfen. Nachdem bisher als Pacht jährlich abwechselnd 20 bzw. 21 Mark gezahlt und als Dienste die Weinfuhren geleistet werden mußten bzw. von den Inhabern der zum Oberhof gehörenden Hufen Korn- und Haferabgaben zu entrichten waren, bitten die Brüder um Ermäßigung, da der Oberhof und die Hufen durch Brand und Raub, durch das Abholzen der Bäume und das Abweiden der Äcker in schlechtem Zustand seien. Viele Hufen seien fast verlassen oder unbebaut. Nach Beratung in Beisein des Grafen Wilhelm von Arnsberg wird festgelegt, daß die Brüder als Erbpächter jährlich zwölf Mark zu entrichten haben. Von den Hufen werden 18 ausgewählt, die wie bisher dem Stift ihre Kornabgaben liefern müssen, und zwar zwei Hufen in Effeln[1], vier Hufen in Seringhausen[2], drei Hufen in Schallern[3], eine Hufe in Berglar[4], vier Hufen in Berenbrock[5], zwei Hufen in Holthusen[6], je eine Hufe in Klieve[7] und Robringhausen[8]. Die Nutzung der übrigen Höfe bleibt den beiden Brüdern überlassen, wobei sich das Stift das Eigentumsrecht vorbehält.

In nomine Domini amen. Universis presentes literas visuris et audituris in perpetuum. Wilhelmus, Dei gratia prepositus, Degenhardus, decanus, totumque capitulum ecclesie Meschedensis Coloniensis dyocesis salutem in eo, qui est omnium vera salus. Cum ea, que aguntur inter homines in tempore, ex facili subducat oblivio, nisi scripture testimonio fulciantur, eapropter, ne lapsu temporis infrascripti facti memoria evanescat, universitati vestre tenore presentium cupimus fore notum, quod alias exorta dissensione, lite sive causa inter nos et ecclesiam nostram predictam ex una parte et honestos famulos Fredericum et Gerhardum fratres de Melderike, villicos sive perpetuos emphitheotas curtis nostre in Hornen ex altera super annuis pensionibus et iuribus de ipsa curte in Hornen et mansis ad ipsam pertinentibus nobis et ecclesie nostre predicte conpetentibus, nobis quidem asserentibus, quod de dicta curte in Hornen villici, qui pro tempore fuerunt, singulis annis sub alternatione uno videlicet anno viginti marcas denariorum Sosati pro tempore legalium et alio anno viginti unam marcas eiusdem pagamenti preter alia iura et servitia, que more antiquo dicte ecclesie nostre wynwûr et winschare appellantur, mansionarii vero sive coloni tenentes seu colentes mansos ad ipsam curtim in Hornen spectantes de singulis mansis singuli singillatim pensiones in siligine et avena ab antiquo solvi consuetas nobis et ecclesie nostre predicte solvere tenebantur et sine contradictione qualibet hucusque persolverunt a tempore, cuius etiam in contrarium memoria non existit, dictis vero Frederico et Gerhardo contrarium asserentibus, sed tandem ob spem gratie ipsis prestande intentionem nostram confessi fuerunt discretorum forte instructionibus informati in argumentum defensionis sue cum instantia pretendentes, quod propter malum et periculosum statum terre dicti curtis et mansi, qui nunc incendiis et rapinis, nunc succisionibus arborum et lignorum, nunc vero depastura agrorum et variis destructionibus possessionum ad tante desolationis dispendia devenerunt, quod quidam ex ipsis mansis penitus sunt deserti, quidam iacent inculti et aliqui tanta sterilitate affecti, quod quasi modicus fructus provenit ex eisdem, propter quod dicti villici et mansionarii sine dispendio et gravi dampno de dictis curte et mansis solvere integraliter non sufficerent nec valerent pensiones prenarratas, non iuditium, sed pro aliquali diminutione annue pensionis predicte gracie amminiculum sibi gratiose inpar-

tiri postulantes. Nos igitur premissis non semel, immo pluries a dictis fratribus auditis certa die capitulari ad hoc statuta vocatisque omnibus evocandis, qui debuerunt, voluerunt et potuerunt commode interesse, et solicite investigatis super hiis investigandis et consideratis considerandis, quia ex relatu quam plurium fidedignorum et precipue quarundam personarum de gremio nostre ecclesie nostre existentium re[m][a] ita se habere invenimus, quemadmodum predicti Fredericus et Gerhardus nobis antea retulerunt, diligenti inter nos prehabito consilio, assumptis ad hoc nobili viro domino Wilhelmo comite in Arnsberg, advocato et defensore [nostre][b] ecclesie aliisque nonnullis sacerdotibus, clericis, militibus et famulis, eiusdem ecclesie nostre fidelibus, in diminutione pensionum annualium predictarum predictis villicis eorumque heredibus et successoribus inperpetuum gratiam facere volentes specialem, easdem pensiones de novo statuendo seu ordinando moderandas duximus in hunc modum, videlicet quod villici curtis nostre in Hornen predicte eorumque heredes et successores inperpetuum ipsam curtim cum universis suis pertinentiis ab ecclesia Meschedensi iure emphiteotico recipere et tenere debeant, prout antecessores eorum ipsam recipere et tenere consueverunt, et de ipsa curte nobis et ecclesie nostre predicte duodecim marcas denariorum Sosati pro tempore legalium duobus terminis in anno, videlicet sex marcas in festo beati Michahelis archangeli et sex marcas in festo beati Petri ad cathedram singulis annis solvere debeant sine contradictione qualibet expedite nomine et iure emphiteotice pensionis nec ultra huiusmodi pensionem iidem villici ad aliqua servitia nobis et ecclesie nostre inpendenda cogi debebunt aliqualiter vel artari. De mansis quoque decem et octo infrascriptis, quos ex universis mansis ad dictam curtim in Horne spectantibus preelegimus ad solvendum nobis et ecclesie nostre predicte annuas pensiones mansionarii seu coloni eorundem singuli de singulis huiusmodi mansis, quos tenuerunt vel coluerunt annuas pensiones in avena et siligine similiter nobis et ecclesie nostre predicte exnunc inantea singulis annis in festis beatorum Michahelis archangeli et Petri ad cathedram solvere debebunt, prout ab antiquo solvi consueverunt. Si vero mansionarii seu coloni huiusmodi seu aliquis vel aliqui ex eisdem ullo unquam tempore in solutione prefate pensionis negligentes, quod tamen absit, extiterint vel remissi, iidem villici ipsas pensiones nobis et ad usus nostros et ecclesie nostre bona fide per se vel per familiam suam extorquere debebunt, prout hoc fieri consuevit ab antiquo. Sunt autem isti decem et octo mansi, de quibus prefata annona pensionaria est solvenda, videlicet in villa Efflen duo mansi, item in Sewerdenchusen quatuor mansi, item in Scalleren tres mansi, quorum in presenti Gerhardus[c] unum possidet, Iohannes unum et Henricus unum, item in Berclare unus mansus, item in Berenbrûke quatuor mansi, quorum Bettekinus tenet duos et Marquardus duos, item in in Holthusen duo mansi, item in Cleyge unus mansus et in Robregthinhusen unus mansus. Ut autem villici predicte curtis in Horne exnunc inantea prefatas pensiones commodius et expeditius solvere valeant ad promovendum facta seu negotia nos et ecclesiam nostram quocumque tempore tangentia se magis benivolos exhibeant atque promptos, ipsis gratiose indulgemus, quod ipsi de reliquis mansis ad ipsam curtim pertinentibus fructus percipiant et in ipsis iure utilis dominii gaudeant ipsosque perpetuo possideant nomine ecclesie nostre et vice nostra, proprietate tamen et directo dominio apud nos et ecclesiam nostram perpetuo remanentibus integraliter sicut prius, ita quod dicti villici de prafata curte et pertinentiis eiusdem universis nichil ullo tempore umquam distrahere sive [aliena]re[d] debeant absque nostri certa scientia et expresso consensu [et][e] voluntate speciali, sed tamquam boni villici et fideles emphiteote ea ad titulum et honorem ecclesie nostre predicte integraliter tenere debeant et fideliter et conser[vare][f]. In quorum omnium et singulorum testimonium atque firmitatem [sigilla][g] nostra una cum sigillo nobilis viri domini Wilhelmi comitis de Arnsberg ad petitionem nostram appenso presentibus duximus apponenda. Nos[h] itaque Fredericus et Gerhardus, villici seu emphitiote predicti supradictam ordinationem in omnibus et singulis suis partibus pro nobis et heredibus et successoribus nostris universis inperpetuum approbantes ipsamque cum multiplici gratiarum actione acceptantes nos et heredes et successores nostros universos ad perpetuam ipsius observantiam bona fide firmiter obligamus, et renuntiantes expresse in hiis scriptis omnibus exceptionibus iuris et facti et doli mali et quod non possimus dicere aliter esse scriptum quam actum, ac quibusvis aliis defensionibus, que nobis vel successoribus nostris ullo umquam tempore, quod premissa minus observemus, possent quomodolibet suffragari, apponentes sigilla nostra presentibus in testimonium super eo, rogantes nichilominus nobilem dominum Wilhelmum comitem de Arnsberg, in cuius presentia et quo mediante premissa acta sunt et ordinata, necnon strennuos viros Theodericum de Meschede, Wilhardum de Holthusen, Fredericum de Sassendorpe, Gerhardum de Rûden et Brunstenum

dictum de Molendino, milites, Conradum dictum Hettertat, Godefridum de Rûden et Vollandum, famulos, castellanos in Rûden, ut ipsi una nobiscum presentes litteras sigillent in testimonium et ampliorem fidem omnium premissorum. Et nos Wilhelmus comes de Arnsberg predictus, quia premissa universa et singula in presentia nostra nobisque mediantibus et ad hoc bona fide cooperantibus sic acta sunt, prout sunt supra enarrata, ad petitionem prefatarum partium sigillum nostrum, [n]os vero milites et famuli castrenses in Ruden predicti, quia predicta sic scimus esse acta, prout sunt supra scripta, ad petitionem prefatorum Frederici et Gerhardi, famulorum, sigillum communitatis sive universitatis castrensium nostrorum in Rûden in testimonium premissorum et amplioris roboris firmitatem presentibus duximus apponenda. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo tertio, feria tertia post festum beate Lucie virginis.

Ausf., Perg., StAM, Stift Meschede, Urk. Nr. 52, Siegel des Propstes Wilhelm (beschädigt, WS 135,8), des Kapitels zu Meschede (WS 111,6), des Grafen Wilhelm von Arnsberg (WS 41,2), der Rüthener Burgmannschaft (nur unterer Teil, WS 80,3) anhängend, Siegel 5 und 6 ab; Abschriften des 18. Jahrh. in Msc. VII 5705, Msc. VII 5758, Bl. 164.

[a]) Loch im Pergament, [b–b]) desgl.; [h]) Platz für die Initiale ausgespart.
[1]) Südöstlich von Anröchte; [2]) südlich von Horn bzw. Schmerlecke; [3]) südwestlich von Horn; [4]) Gemeinde Bettinghausen; [5]) südöstlich von Horn; [6]) Wüstung bei Geseke; [7]) westlich von Anröchte; [8]) westlich von Anröchte bzw. östlich von Altengeseke.

2017

1323 Dezember 20

Propst Wilhelm und das Kapitel des Stifts Meschede vermindern den Meiern Friedrich und Gerhard von Mellrich die aus dem Hof zu Horn zu entrichtende Pacht von jährlich 20/21 Mark auf 12 Mark.

In den namen des Heren amen. Wylhelmus van der gnade Gots provest, Degenhart, deken, und dat ganse capitel der kerchin van Messchede des Colschen stichtes enbeiden alle den, dey dussen breff sein off horen lesen, eweliche heil in den ...[a] geven, dey dat is ein wair heil allir creaturen. Wante dey dinge, dey dar gedan werden, mank den luden in der tiit lichtliche vorgeten werden, ist, dat sey nicht behalden en werden, med getuchnisse der schrifften. Dar umme, op dat dese ergescreven puncte nicht vorgeten en werden, begere wy, kunt to sin den ganzen gemeynhet myt ynhalt dusser breve, wanne eyn twidrafft eder eyn kyff op erhaven was twischin uns und unsir vorgenantin kirchin van der eynen syden und twischin Frederich und Gerhart van Mellrich, gebrodere, [...]ge, villicos sive emfiteatos unses hoves tho Horne, van der anderen syden van den iar renten und rechten van den hoff tho Horne und van den andern woningen, dey dar to behoren, uns und unser vorgenantin kirchin vervallende und uns werlichen seggende, dat dey meier des hoves to Horne, dey in der tiid weren, alle iar schuldich sin op ein ver ander als des enen iars XX mark in der tiit der betalunge Soist geldes genge und geve und des anderen iars XXI mark des selven geldes, behalven ander rechter und vergelt, dey men van alder gewonte unsir vorgenantin kirchin plach to donde, dey heiten wynninge und winstiar. Aver dey besitter off woner des vorgenantin hoves tho Horne off der gude tho dem hove behorende, malk bysundern van yglichin hove besunderin rente in haveren, in roggen van aldes gewonlich tzo betalinde uns und unsir kirchin schuldich weren. Und sunder einge wederseggen hebben sey dat gutlichen wail betalet, als wy nicht anders en weten. Dair doch Gerhart und Frederich vorgenant gegen gesacht hebben, sunder to leisten up hoip der gnade, dey en van uns solde geven werden, ouch schon van eegenen und ander wyser kloger lude hebn sii willichlichin berait myt beiden, seggende in ein wedersprekinch erre beschirminghe, dat van vorgencklich boser stad der erden diis hoves und der woninge, dey darto behoren, dey nû leyder myd brande, roven, affhowinck der bome und des holtes und van undunghe des ackers und vorsturynge der woninghe komen sint to zo groter ellende und myscrostichet, dat somige van der woninge genslichen vorlaten sint, somighe legen ungebuwet, somige sint also unvruchtbar, dat dar also meer als nein off alto luttike vrucht van komet, also dat dey meir off besitter des vorgenantin hoves und gude dys nein macht en hadden, sunder grot vordreit und swaren schaden to betalen. Und baden dese vorgenante rente nicht van recht off van twangh,

sunder van deinst der gnaden genetlichin to vormynren. Dar van en hebbe wy nicht eyns, mer vaker all unsir broders vorhoirt up enen sunderlinge capitel dach, dey dar to gesat was, und hebn dar to geropen all, dey dar nutlichen und van recht solden walden und mochten bii sin, und heben klokelichin und sorchvaldelichin gemerket und gevraget alle puncten, dey men dar to vragen und merken solde, also dat wy bevonden hebn van underwysinge und sprekinge veler geloffsamer menne und sunderliche van somigen personen, dey dar weren van den schoit unsir kirchin. Al dese dink, also dey sin, alse uns dese vorgenantin Gerhart und Frederich tho voren vake gesacht hadden, und hebben vlitliken gesât under uns enen rait und hebn dar bii genomen den edelen man, hern Wylhelm greve van Arnsberg, beschirmer und voget unsir vorgenantin kirchin, und veel anderer preister, klerke, rittere unde knechte, dey dar truwe weren unsir kirchin und willin, den meyers, eren erven eder eren nakomelingen doyn ene gnade, dey ewelichen bliven sal, als eyn vormynneringe der vorgenantin iarrente in deser maneer: also dat dey meyer deses vorgenanten hâues tho Horn, oer erven off nakomelinge eweliche den hoff med alle erer thobehoir van der kirchin van Messchede entphan und halden sollin, als men leengud van recht entphangen und halden sal und als ere vorvadere den hoff dus lank entphangen und gehalden hebben, und sullin uns und unsir kirchin geven iarlix sunder eingerlegge wederseggen XII mark Soester geldes in der tiid der betalinge ginge und geve up twe terminen, als VI up sunte Michaelis des ersengels und VI mark up sunte Peters dach ad cathedram, und loven dese rente. [Und][b] en sullen dese vorgenantin meier nicht betwungen werden, tho geven vergelt uns off unsir kirchin med neyningerhande saken. Und wy hebben uterkoren, uns iarrenten uns betalt to werden und unsir kirchin von den XVIII haven, dey da horen in den vorgenantin hoff tho Horn. Aver dey besitter off bower deser gude sullin malk bysunder van sinen woningen betalen er rinten in roggen und in haveren, als dat sek eischet hir to bevoren, als uppe sunte Michaelis daghe und sunte Peters dach, als men dat van aldes plege tho betalen. Wert aver sache, dat dey besitter off bower deses vorgenantin hoves und gude, dar to behorende, in deser vorgenanten tiid der betalinge vorgetende were, dar God vor sii, so sullin dese vorgenantin meyers vormitz sich selven off med eren gesinde dat uitmanen. Dyt sint aver dey XVIII woninghe, da dese iarrente iitz tzu betalen is: to Efflen II woninghe, item Severinchusen IIII, in Schallern III, der nu tor tiid Gerd ein besittet, Iohan ein und Henrich ein, in Berchlar ein woninge, item in Berenbroke IIII woninge, der Betteken II hefft und Marquard II. to Holthusen II, to Cleve ein, to Roberinchusen ein. Op dat aver dese meier des hoves tho Horn sich williger und bereit bewysen to allin tiiden an allin saken, dey uns off unsir kirchin angain, und dese vorgenantin renten van den hove nutlicher und bequemlicher betalen, zo vorlenen und geven wy gnetlichin, dat sey dey vrucht entfain sullin van der anderen woninge, dey da horen to den hoṽe to Horn, und und vorvrawen sich in, den to bruken, des rechtes eyns nutten [und][c] herrlicheiden und dat ewelichen besitten van unse und unsir kirchin wegen, also dat dey rechte, herlicheit eweliche und gensliche by uns blive, als da voren, also dat dat dey vorgenantin meyer nimmer mer ichteswat vorkopen off voranderen sullin, ed en sii med unsir witschop to laten und med unsin sunderlighin willin, sunder sey sullin sey genslichen halden und truwelichin vorwaren als gude meyer und truwe emphiteote to eren unsir vorgenantin kirchin. In getuchnisse und vesticheit al deser puncten un iuwelichs bysundern hebn wii unse segele med segele des edelen mans, her Wylhelm greve to Arnsberg hir an gehangen. Und wii Gerhart und Frederich, vorgenante meyer des hoves tho Hoirn, loven dese vorgenantin puncte vor uns, all unse erven und nakomelinge ewelichin to haldene und entfangen dyt med groter danckberheit. Und wii, uns erven und unse nakomelinge loven dyt med guden geloven, stede und vast to haldene, und vorwilkoren med deser scrifft, dat wii nicht anders seggen off don en mogen, wer mid recht, myd arglist off myd werken, dan hir gescreven steit, dat uns, noch unse nakomelinge neyningerhande beschirmynge helpen en moge, wiii en halden dat hir gescreven steit. Und hangen unse segele an desen breff in eyn getuchnisse und bidden och den edelen mân, hern Wylhelm greve tzu Arnsberg, in wes gegenwordicheit dese dink al geschein sint, und des strengen mans Dideren van Messchede, Wylhart van Holthusen, Frederich van Sassendorp, Gerhart van Ruden, Brunsteyn van der Molen, ritters, Cord Hettertat, Godert und Vollant van Ruden, borchknecht tho Ruden, dat sey med uns besegelen desen breff in ein wair getuchnisse und merre gelove. Unde wii, Wylhelm greve tzu Arnsberg, want al dese puncte by unsir gegenwordicheit geschein sint, und wii hir med guden gelove to geholpen hebn, so hebbe wii van bede beide dese partie, as hir boven gescreven steid, unsir segel hir an gehangen. Unde wii ritter und borchknecht, want wii wol weten, dat al dese dink also sin, alse hir gescreven

is, zo hebbe wii to bede Freders und Gerhart dat segel der gemeynheit in Ruden in eyn getuchnisse unde merer vasticheit an desen breff gehangen. Gegeven in den iaren unsis Hern anno M° CCC° XXIII, des dinsgedages na sunte Lucien, der hilgen iuncvrawen.

Fehlerhafte Abschrift des 14. Jahrh. (Mitte), Papier, Diözesan A Paderborn, Eversberg (Dep.) Urk. Nr. 2, durch Hinterkleben von Papier notdürftig restauriert.

[a]) Hier offensichtlich etwas ausgelassen; [b]) sinngemäß zu ergänzen; [c]) desgl.

2018

1323 Dezember 21

Adolf genannt Vincke verkauft vor dem Rat in Dortmund dem Konvent in Elsey[1] für 29 Mark den Hof Gildehus[2] in Oespel[3].

Universis presentes litteras visuris et audituris innotescat, quod ego Adolfus dictus Vynke cum consensu et voluntate Mette, uxoris mee, necnon Iohannis et Elisabeth, liberorum, et heredum meorum omnium vendidi et resignavi cum eisdem .. conventui sanctimonialium in Else mansum dictum Gyldehus in Tospele situm cum omnibus utiltatibus et attinenciis tam in frondibus quam cespitibus, prout in sitibus suis iacent, hereditarie possidendum pro viginti novem marcis bonorum denariorum michi traditis et solutis. Qui mansus super truncum Tremonie tres obulos solvet annuatim. Pro recta et debita warandia constitui fideiussores Franconem de Horle, Hugonem de Hoynctorpe et Adolfum dictum Vinke, nepotem meum, qui mecum promiserunt et fideiusserunt tali forma, si in warandia aliquid deficeret, Tremoniam mecum intrabunt ad iacendum, non inde recessuri, donec prefato conventui plenaria facta fuerit warandia. Actum et resignatum coram consilio Tremoniensi, presentibus Henrico de Wickede, Hermanno de Redinchusen, Iohanne Lakensnidere, Henrico Rege, Thil. de Bodelswincge, Hermanno de Berghem, Gobelino Quant, Thiderico de Sunthem, et pluribus aliis fidedignis. In cuius rei testimonium, quia proprio sigillo carui, sigilla honorabilium virorum et dominorum Theoderici de Lethene iunioris, Gerardi de Wittene, militum, et Hermanni de Redinchusen, civis Tremoniensis, ad preces meas et dicti conventus presentibus literis sunt appensa. Et nos Th., Gerardus et Hermannus predicti ad preces utriusque partis, ut dictum est, sigilla nostra recognoscimus presentibus appendisse, sub quibus sigillis nos heredes et fideiussores ac testes supradicti premissa omnia ratificantes approbamus. Datum Thome apostoli anno Domini M° CCC° XX° tercio.

Ausf., Perg., StAM, St. Katharinen Dortmund, Urk. Nr. 62, nur das mittlere Siegel, das des Ritters Gerard de Wittene (WS 201,2, Bild: drei senkrechte Rauten) noch anhängend; Rückvermerk (18. Jahrh.): ... in nomine unbekant; *Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 574, S. 252; Regest: Dortmunder UB I Nr. 410, S. 289.*

[1]) Im Jahre 1414 verkaufte das Kloster Elsey sein Gut zu Oespel an St. Katharinen (St. Katharinen Dortmund, Urk. Nr. 210); [2]) St. Katharinen hatte in Oespel den Hof Tillmann/Telman; [3]) bei Lütgendortmund.

2019

1323 (1324) Dezember 26[1]

Dietrich Graf in Limburg überläßt dem Kloster Kentrop das Eigentumsrecht an einer Leddeync genannten Hufe im Kirchspiel Boenen[2] und erhält dafür den neu angelegten Hof zur Capellen[3].

Universis et singulis hanc literam inspecturis et audituris nos Thy. nobilis comes in Lymborgh notum facimus tenore presentium publice protestando, quod cum consensu et mera voluntate domicelli Euerhardi, nostri filii, famuli, nec non omnium nostrorum verorum heredum donavimus et per presentes donamus claustro dicto Keyncdorp sito extra muros Hammonenses proprietatem cuiusdam mansi dicti Leddeync, positi in parrochya Boyne. Pro quo quidem manso iam tacto nos .. comes et .. nostri heredes prelibati recepimus in verum

concambium novam domum tur Cappellen nominatam. In cuius rei evidens testimonium et firmum robur nos .. comes pretaxatus sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M° CCC° XXIIII°, in die Stephani prothomartiris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Kentrop Urk. Nr. 34, Siegel ab; Rückvermerk (16. Jahrh.): item Ledach VIII marcas, dyt hevet Habbas tho Bonen; *Regest: UB Limburg-Styrum (II,1) Nr. 264, S. 143.*

[1]) Aufgrund des Jahresbeginns zu Weihnachten nach unserer Zeitrechnung das Jahr 1323; [2]) das Kloster Kentrop besaß bis zum Ende des Alten Reichs den Hof Habbes in Boenen-Weetfeld; [3]) Capelle im Kirchspiel bzw. nördlich von Werne, dort der Hof Schulte Capelle; vergl. die Urkunde von 1324 März 16 (derselbe Inhalt, zusätzlich Nennung der Kinder als Erben).

2020

1323[1] Dezember 27

Vor dem Rat der Stadt Werl verkauft Herbort op dem Felde dem Propst und Konvent in Wedinghausen zwei Äcker, von denen der eine einen Morgen umfaßt und bei Basthausen[2] liegt und Berbom genannt wird, und der andere fünf Scheffelsaat umfaßt und zwischen den Äckern des Klosters in Papenrode liegt.

Nos .. proconsules et .. consules oppidi in Werle omnibus presentium inspectoribus et auditoribus notum facimus publice protestantes, quod coram nobis constitutus Herbordus Opdemuelde ex pleno consensu Arnoldi et .. uxoris eiusdem ac Winandi, fratrum suorum, et omnium heredum suorum vendidit et assignavit[a] religiosis personis .. preposito et conventui ecclesie in Wedinchusen pro certa summa pecunie sibi numerata, tradita et integraliter persoluta agros duos, unum videlicet iuger unum continentem iuxta Basthusen, Berebom vulgariter dictum, iacentem et alterum quinque scepel seminis capientem inter agros ecclesie prefate in Papenrode iacentem libere et absolute perpetuo possidendos. In cuius rei firmum testimonium ad petitionem Herbordi supradicti sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum et actum anno Domini M° CCC° vicesimo tertio in natali Iohannis apostoli et ewangeliste, presentibus Iohanne, plebano in Werle, et fratre Henemanno, Theoderico de Hȳlinchove, Iohanne Thome, qui fideiussit etiam pro warandia in dictis agris debite facienda, tunc temporis proconsulibus, Henrico Prosekese, Arnoldo Knȗppeke, Iohanne Punyr, Rutgero Passen, Hermanno Wishagen, Euerhardo Sterthof, Henrico de Stene, Iohanne de Horst, Henrico Swinintholt, Hermanno Melkesterman, tunc consulibus in Werle, et Arnoldo, fratre Herbordi predicti, prenarrato, utrisque existentibus oppidanis ibidem, viris fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 123, Siegel ab, Rückvermerk (15. Jahrh., in roter Tinte): rectores altarium in Susato habent ex agris istis in die beati Iacobi apostoli duos denarios pro decima, que vulgariter dicitur tentlose; *Abschrift in Msc. VII 5797, Bl. 125v.*

[a]) Auf Rasur.
[1]) Der Kölner Jahresbeginn zu Weihnachten wurde offensichtlich nicht beachtet, wie das Bürgermeisterpaar zeigt, so daß die Urkunde nicht nach unserer Rechnung in das Jahr 1322 zurückzuversetzen ist; [2]) Wüstung bei Werl.

2021

[1324][1]

Ratsherren und Schöffen zu Osnabrück erklären den Ratsherren zu Dortmund, sie seien bereit, zur Beilegung ihrer Auseinandersetzung mit Konrad von Lindenhorst beizutragen. Sie hätten sich auch deswegen an die Stadt Münster gewandt, um eine Zusammenkunft an einem geeigneten Ort vorzunehmen. Zusammen mit dieser solle auch Dortmund die Stadt Soest zur Teilnahme veranlassen.

Viris prudentibus ac honestis amicis suis consulibus Tremoniensibus consules et scabini civitatis Osnaburgensis sinceritatem fidei et amoris. Causam ex parte Conradi de Lindenhorst volumus libenter prosequi

et promovere et eam, cum se facultas obtulerit, effectui demandare, vestram innocentiam pretendendo, ut scripsistis. Modo scietis, quod hiis diebus scripsimus amicis nostris Monasteriensibus, ut ipsi apud vos et amicos nostros Sûsatienses efficerent et ordinarent, ut civitates in aliquo loco competenti ac accessibili convenirent. Id scribimus vobis rogantes affectuose, quatinus apud dictos amicos nostros Suosacienses procuretis, ut studiosa diligencia ad hoc promoveant et laborent, ut conventus fiat, ubi nuncii civitatum comode accedere possint ad tractandum et colloquium habendum super communi utilitate et necessitate ipsarum civitatum, quod speramus multum expedire. Utimur secreto nostro.

Gleichzeitige Abschrift, Stadt A Dortmund, Perg., Siegel ab; Druck: Dortmunder UB. Erg. Bd. Nr. 586, S. 259; Hans. UB II Nr. 730, S. 332.

[1]) Die undatierte Urkunde ist der Schrift nach dem ersten Drittel des 14. Jahrh. zuzuweisen. Das Dortmunder UB ordnet sie dem Jahre 1324 zu aufgrund des Streites mit Konrad von Lindenhorst um die Aufteilung der Grafschaft Dortmund. Das Hans. UB sieht dazu wohl zu Unrecht keinen zwingenden Grund.

2022

[1324]

Heinrich genannt Gyr, Bürgermeister in Arnsberg, und sämtliche Bürger erklären, sie seien verpflichtet, am Tage von St. Walburgis[1] und am Tage von St. Michael[2] zum Unterhalt der Kapelle in ihrer Stadt an den Propst und den Konvent zu Wedinghausen jährlich eine Mark zu entrichten.

Universis presentes literas visuris seu audituris nos Henricus dictus Gyr, proconsul in Arnberg, ac tota universitas ibidem notum facimus, quod nos hiis terminis infra scriptis, scilicet in die beate Walburgis et in die beati Mychaelis in dote cappelle oppidi nostri dare debemus et tenemur singulis annis unam marcam denariorum legalium in Arnsberg religiosis viris .. preposito .. et conventui ecclesie in Wedinchusen, quousque eisdem redditus unius marce bonorum denariorum in certis redditibus emamus et faciemus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum.

Undatiertes Transfix an der Urkunde von 1323 August 1329, Kloster Wedinghausen Urk. Nr. 121

[1]) 1. Mai; [2]) 29. September.

2023

1324

Der Bürgermeister und die Ratsherren zu Eversberg schenken dem Priester Walther einen am Fuße des Hülsenberges[1] gelegenen Acker, den der Priester zur Wiese machen soll. Vom Heuertrag hat er für Ornamente und die Beleuchtung der Kirche zu Eversberg jährlich 18 Pfennige zu entrichten. Nach seinem Tode soll die Hälfte des Ertrags für den genannten Zweck bestimmt sein. Die andere Hälfte soll an den oder die vom Priester bestimmten Erben fallen.

Nos Wilhelmus de Ostwigh, proconsul, Heynemannus de Ertteldal, Henneke Tighihenhosen, Albertus Wigele, Waltherus de Berlare, Theodericus Scodeman, pistor, Widekindus, filius Borgardi, ac Albertus, consules totaque universitas opidanorum in Eruersberg tenore presentium publice recognoscimus et protestamur, quod omne ius, quod habemus seu habere dinoscimur ex iure vel gratia vel consuetudine in agro sito in pede montis, qui vocabatur Hulseberg, damus et donamus integraliter Walthero sacerdoti, ita ut faciat pratum de eodem hereditarie sibi et suis heredibus possidendum absque omni nostro et nostrorum successorum inpedimento, ita videlicet, quecumque gramina eiusdem prati metit et introducit, ad ornamenta et luminaria ecclesie in Euersberg det singulis annis in festo beati Martini redditus XVIII denariorum legalium apud nos. Mortuo autem antedicto Walthero sacerdote dimidietas dicti prati perpetue ad ornamenta et luminaria ecclesie in Eruersberg pertinebit. Alia vero dimidietas pertinebit suis heredibus seu heredi, quibuscumque vel cuicumque ipse Waltherus assignaverit vel dederit dimidietatem iam dicti prati in vita vel in morte. Renunciamus etiam

omnibus exceptionibus et contradictionibus iuris canonici et civilis, que nobis coniunctim seu divisim contra omnia premissa vel aliquod premissorum aliqualiter poterunt suffragari. In cuius rei testimonium presentes literas sigillo opidi nostri fecimus communiri. Datum anno Domini M° C°C°C° vicesimo quarto, in crastino Divisiorum apostolorum.

Ausf., Perg., Pfarr A Eversberg, Dep. im Erzbistumsarchiv Paderborn, Urk. Nr. 3, Siegel ab; Rückvermerk: Donatio über etliche lantz am Luttken Hulsberg*; dreifache Abschrift in Aktenband I.*

[1]) Südlich von Eversberg.

2024

[1324–1325]

Bürgschaften in Dortmund.

Pro litera patente Henrici Ibonis fideiusserunt Alvinus de Herreke, Ar. de Linne, H. Cleppinc iunior et G. de Echove.

Pro litera patente sororum de Tospele fideiusserunt Ar. Suderman, Io. Longus et Hildebrandus de Wickede.

Eintragungen im 1945 vernichteten Bürgerbuch, Stadt A Dortmund (liber civium), *Wiedergabe nach dem Druck: Dortmunder UB I Nr. 425, S. 295.*

2025

1324

Albert und Gerard von Gelinhusen verkaufen der Äbtissin und dem Konvent in Gevelsberg eine Rente von zwei Schillingen aus zweien ihrer Höfe zu Gehling[1] *und überlassen dem Kloster auch das Eigentumsrecht an den Gütern.*

Universis presens scriptum visuris vel audituris nos Albertus et Gerardus de Gelinhusen cupimus esse notum, quod de pleno consensu et voluntate uxorum nostrarum legitimarum et omnium heredum nostrorum vendidimus venerabilibus dominabus abbatisse et conventui in Gyuelberg perpetuo duos solidos legalium denariorum ex bonis nostris, scilicet duabus domibus in Gelinchusen in die sancti Kuniberti sine dilacione vel contradictione aliqua annuo persolvendos. Insuper proprietatem dictorum bonorum nostrorum in honorem Dei et beate virginis Marie prefatis dominabus abbatisse et conventui in Gyuelberg contulimus et tradidimus iure hereditario habendam et tenendam sub earum protectione et receptione nos et nostros heredes pacifice possidendo. Quicumque autem post obitum utrorumque nostrorum antedicta bona possessuri sunt, suscipiet ea ad tres manus a sepedictis dominabus abbatissa et conventu in Gyuelberg duos solidos legalium et bonorum denariorum ipso conventui pro emergenciis et occidenciis daturi. Et hoc sciendum, quod de uno quoque sepedicto bono suscipiendo non minus quam duo solidi dabuntur. In cuius rei testimonium sigilla honestorum virorum domini Arnoldi de Vûrde et Theoderici de Asebich ad peticionem nostram sunt appensa. Huic facto interfuerunt dominus Arnoldus de Vûrde, Thiele de Wier, Gobele de Mans, Arnoldus dictus Meyncop, Albertus Scotto, Thylemannus, Gobele, fratres nostri, Lodewicus, famulus noster, et alii plures fide digni. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quarto.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Gevelsberg, Urk. Nr. 31, Siegel des von Voerde (beschädigt, Bild: im Dreipaß geteilter Schild, oben zwei Halbmonden, unten Ring mit drei Blättern) anhängend, das 2. Siegel ab; Abschrift des 16. Jahrh., in Msc. VII 6106 Nr. 54; Regest: Aders, Archiv Gevelsberg (Wittener Jahrbuch 66, 1968), Nr. 70, S. 26.

[1]) Gehling in der Gemeinde Haspe (?).

2026

1324

Die Markengenossen vollziehen mit der Äbtissin und dem Konvent zu Gevelsberg einen Tausch. Sie überlassen dem Kloster ein bei diesem gelegenes Waldstück gegenüber dem Beginenhaus. Sie erhalten dafür ein Waldstück beim Losiepen. Die Markengenossen dürfen in dem Waldstück beim Losiepen Holz schlagen und Kohlen brennen. Das nachwachsende Holz gehört mit dem Grund dem Kloster und den Markengenossen gemeinsam. Letztere erhalten vom Kloster fünf Mark. Durch das beim Kloster liegende Waldstück soll ein Triftweg für das Vieh führen.

Universis has presentes literas visuris vel audituris nos Greta, relicta quondam Menrici de Curia, Euerhardus de Konningburch et Bruno, filius eius, Conradus van der Brugen, Tilmannus de Hildrinchusen, Helwigis de Ponte, Lodewicus de Mylinchuyssen, coheredes nemoris, vulgariter dicti marckgenoten, notum facimus, quod nos communi consensu ac unanimi voluntate iusto permutationis titulo dedimus hereditarie religiosis dominabus Demudi, abbatisse, et conventui sanctimonialium in Gyuelsberch particulam quandam nemoris sitam prope claustrum in Geuelsberch, ex opposito videlicet domus begginarum, omnibus coheredibus communem, recipientes ab eisdem pro dicta particula nemoris quandam aliam particulam nemoris, sitam prope Losypen, dictis abbatisse et conventui attinentem, ita tamen, quod ligna pro nunc in dicta particula nemoris prope Losypen existentia nos coheredes predicti secabimus et carbones de dictis lignis faciemus nostre libito voluntatis. Sed ligna, que recreverint, cum fundo ipsorum lignorum communia erunt tam dictis abbatisse et conventui quam nobis. Pro huiusmodi permutatione dederunt nobis abbatissa et conventus predicte quinque marcas monete Susatiensis, quas nobis numeratas et deliberatas, traditas et assignatas ab eisdem recognoscimus per presentes. Et est condicionatum inter nos et ipsam abbatissam et conventum predictas, quod per dictam particulam nemoris sitam prope claustrum, que ex nunc in antea, ut predicitur, cedet hereditarie [abbatisse][a] et conventui memoratis, erit communis via pro pecudibus et pecoribus pellendis et pascendis, omni dolo et fraude et cuiuslibet iuris vel facti auxilio exclusis penitus in premissis. In cuius rei testimonium rogavimus honorabiles viros dominum Constantinum, decanum in Swelme, et Theodericum de Asbeck, ut sigilla sua presentibus ducerent apponenda. Et nos C., decanus, et Theodericus ad petitionem dictorum coheredum sigilla nostra presentibus apposuimus in testimonium omnium premissorum. Actum presentibus Tilmanno dem Loer, Gobele de Lynderinchuyssen, fratribus in Gyuelberch, Euerhardo de Konningsburch et Brunone, filio eius, Conrado et Helwigi de Ponte, Tilmanno de Hildrinchussen, Lozen de Mylinchuyssen, Gozwino van der Huuen, Euerhardo et Winando van der Bruggen et aliis quam pluribus fide dignis. Datum anno Domini M° CCC vicesimo quarto.

Abschrift vom Anfang des 16. Jahrh., StAM, Msc. VII 6106 Nr. 9, S. 12; Überschrift: Hirna volget eyne veranderinghe sonniger holte tuschen dem convent und den marckgenoten.

[a]) In der Vorlage fehlend, aber sinngemäß zu ergänzen.

2027

1324

Arnold und Thilemann, die Söhne des Johannes genannt von Möllenkotten[1]*, des Sohnes des + Nikolaus Möllenkotten, leisten zugunsten des Klosters Gevelsberg auf ein Waldstück beim Loysipen Verzicht, das ihr Vater dem Konvent verkauft hat.*

Universis tam posteris quam presentibus, ad quos presens scriptum pervenerit, nos Arnoldus et Thilemannus, filii et heredes Iohannis dicti de[a] Mûlenkoten, filii Nycholai quondam de Mûlenkoten, cupimus esse notum, quod libero arbitrio et bona voluntate nostra ac omnium heredum nostrorum resignavimus et resignamus in hiis scriptis ecclesie et conventui in Gyuelberg omne ius, quod hactenus habuimus in quadam particula nemoris sita prope Loysipen, quam dictus conventus in Gyuelberg a predicto patre nostro[b] pro summa pecunie sibi data, numerata et assignata comparavit, ita sane, quod nos nec[c] nostri heredes modum invenie-

mus neque aliqualiter attemptabimus de ulla impeticione in prefato nemore umquam faciendo. Ut autem hec premissa in perpetuum rata permaneant et firma, presens scriptum eidem conventui tradidimus ac petivimus honestum virum Theodericum de Swirte dictum Zobbo, ut sigillum suum presentibus appendere dignaretur in testimonium omnium premissorum. Et ego Theodericus dictus Zobbo ad peticionem dictorum Ar. et Th. sigillum meum presentibus duxi appendendum in robur et testimonium omnium premissorum. Acta sunt hec presentibus Hinrico, Alberno, Gobelino fratribus in Gyuelberg, Euerhardo de Kuningesborg ac Brunone, filio eius, Conrado de Ponte, Loysen de Milinchusen, Thylemanno de Loy, Adolfo de Heymbich et aliis pluribus fide dignis. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quarto.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Gevelsberg, Urk. Nr. 32, Siegel des Dietrich Sobbe an weißen Hanffäden (Schildform, Bild: drei 2:1 gestellte Blätter) anhängend; Rückvermerk (15. Jahrh.): Loisipen; *Regest; Aders, Archiv Gevelsberg Nr. 68, S. 25.*

[a]) Wort „de" über der Zeile nachgetragen; [b]) desgl. „nostro"; [c]) desgl. „nec".
[1]) In Nechstebreck bei Langerfeld bei Schwelm oder Möllenkotten in der Bauerschaft Schwelm.

2028

1324

Die Äbtissin Demodis und der Konvent zu Gevelsberg vereinbaren mit den Beerbten oder Markengenossen einen Tauschvertrag. Das Kloster überläßt ihnen den Losypen genannten Wald und erhält dafür das beim Kloster gelegene Gehölz, wobei dort die Markengenossen ihr Weiderecht behalten.

Nos soror Demodis, abbatissa, totusque conventus monasterii in Gyuelberg universis presens scriptum visuris et audituris salutem in Domino sempiternam. Noverit vestra discretio, quod propter causam concordie et maioris commodi nos ex una parte et coheredes nemorum, qui marcgenoten nuncupantur, ex altera quandam conventionem cum quibusdam nostris nemoribus ordinavimus titulo permutationis seu concambii, interveniente videlicet, quod dicti coheredes nemorum, qui vulgariter marcgenoten nuncupantur, nemus dictum Losypen quondam nostrum existens pro sua hereditate libere et solute perpetuo possidebunt. Nos vero nemus quondam eorundem coheredum dictorum marcgenoten iuxta nostrum cenobium situm pro nostra hereditate possidebimus perpetuo eodem iure econverso, excepto quod predicti nemorum coheredes dicti marcgenoten pecora sua in pascuis graminum nostri nemoris pascere poterint, contradictione nostra qualibet non obstante. Huic facto interfuerunt Euerhardus van den Konicgbergh, Conradus de Ponte, The(lemannus) van Hilderichûsen, sepedicti nemorum coheredes, qui margenoten nuncupantur, Telemannus dictus Allutor, tamen et alii fide digni. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° XXIIII°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Gevelsberg, Urk. Nr. 33, Siegel ab; Rückvermerk (15. Jahrh.): van den marckengenoten eyn overdrach*; Regest: Aders, Archiv Gevelsberg Nr. 67, S. 25.*

2029

1324

Notiz über den Verkauf von vier Meierhöfen zu Anröchte durch Goswin von Mellrich an Heinrich von Ense.

Ist ein kauffbrieff, darin weylandt Goswann von Meldrick weylandt Heinrichen von Ensen vier meyer hoffe zu Anrocht gelegen erblich verkaufft, des datum 1324, und ist woll alhie zu mercken, daß der zeit das hauß Anrocht noch bey denen von Ensen nit gewesen, viel weniger bey dem ertzstifft Collen[1].

Verzeichnis der Originalbriefe, StAM, Reichskammergericht E Nr. 420.

[1]) Prozeß um 1550 vor dem Reichskammergericht der von Ense gegen den Kölner Erzbischof und den Landdrost um den Besitz des Schlosses Anröchte und um Güter im Gogericht Erwitte.

2030

1324

Gosman von Mellrich verkauft Gert von Ense sein Gut in der Helle, auf dem Krevet sitzt, Ensmans Gut, das Posman bebaut, der Studen Gut, das Grüter bebaut, und das Gut, das an Lippelt Keiggers versetzt ist, gelegen zu Anröchte[1].

Ick Goesman[a] van Meldrick bekenne openbare unde do kunth allen luden, den dussen breff seet unde hort lesen, dat ick met gantzen wyllen unde vulbort Elsken, mynes elicken wyves, unde myt wyllen allen unsen rechten erven vorkofft hebbe unde vorkope yn dussem breve vor eynen steden fasten koepf erfflicken unde ummermer tho besitten unde tho behalden myn gudt, gelegen in der Helle, dar uppe sittet dey Kreuet, unde Ensmans guedt, dat Posman buwet, unde der Studen guedt, dat dey Gruter buwet, unde dat guedt, dat Lippelt Keiggers versath ys vor eyne sume geldes, dat tho Anrechte gelegen ys na uthwysinghe eynes breves, dey syne vorolderen darupp van den mynen gegeven ys, so wo dey vorgescrevenen guder gelegenn synt, in holte, yn velde und water, yn weide unde myt aller slacht unde thobehorynge, Gert von Ense un Pernetten, syner elickenn huesfrouwen, unde alle er rechten erven unde anerven. Unde ick Goesman von Meldrick bekene yn dussen oppen besegelden breve, dat Gert van Ense all sulcke gudere mach tho sick losen, hee edder syn erven, wat der vorpfandet is, des ick Goesman von Meldrick also bekenne vor mich unde alle myne nakomelyngen unde mynen rechten erven all dusse vorgescrevenen artickel unde puncte, dey dusse breff ynholt und utwyset, dey love ick Goesman yn guden truwen stede unde vast to holden sunder all argelist, unde wat dusen breff krencken odder hynderen mach sunder eynighe wedderwerynge geistliches edder wertlickes rechten. In oerkunde dusser vorgescrevenen puncte so hebbe ik, Goesman vorgescreven, myn yngesegel vor my unde Elschen, myn elike wyff, vor uns unde unse rechten erven tho tughe der warheit neden an dussen breff gehangen, unde hebbe vort gebeden Helmich Luderwalt unde Gerth von Meldrick, dat sey tho merer kuntscopp er ingesegell mit den meinen an dussen breff gehangen, des ick Helmich unde Gerth bekenen, dat wy ume bede wyllen Goesman van Meldrick unse ingesegelle to kuntschopf unde tho tuge myt synen ingesegel nedden ahn dussen breff gehangen, anno Domini M° CCC° XXIIII.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Reichskammergericht E Nr. 420 Bd. 2, Bl. 88, angeblich Ausf., im A des Hauses von Papen zu Antfeld.

[a]) Aus „Goeswin" verbessert.
[1]) Zum Prozeß vor dem Reichskammergericht zwischen dem Kurfürsten von Köln und Adrian von Ense im 16. Jahrh.

2031

1324 Januar 1

Erteilung eines Ablasses durch den Weihbischof Hermann Belonvilonensis für das neue Kloster Annenborn.

1324 in festo Circumcisionis Domini ertheilet Hermannus Belonvilonensis ecclesie episcopus und Ertzbischofs zu Coln Henrici vicarius in pontificalibus dem monasterio noviter fundato de fonte S. Annae ordinis S. Augustini (to sunte Annen bornen) ablaß, wen auff gewissen Festtagen und Sonntage die leute solche kirche besuchen und zu erhaltung des münster etwas verehren würden.

Regest des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar von St. Walburgis Soest) Bl. 121 der 1. Zählung.

2032

1324 Januar 2

Nevelung von Hardenberg entläßt Johannes und Alheydis aus seiner Ministerialität.

Nos Neuelungus de Hardenberg universis presencia audituris notum esse volumus, quod nos de consensu Rixe, nostre consanguinee, ac omnium heredum nostrorum Iohannem et Ailheydim, nostros ministe-

riales, damus quitos et solutos ab huiusmodi iure ministeriali, quod nos ad ipsos habuimus, dantes eos ad liberum arbitrium suum, ita quod se ad qualemcumque condicionem iuris ipsis convenientem se divertere possint. Presentes fuerunt Theodericus de Benttampe et Theodericus dictus Hemmen et alii quam plures fide digni. In cuius rei testimonium presentem litteram sigillo nostro fecimus roborari. Actum et datum anno Domini MCCC^{mo} vicesimo quarto, in crastino Circumcisionis Domini.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 A (Kopiar der Grafen von Arnsberg) Bl. 26v; Abschrift in Msc. VI 109 B, Bl. 35v; Abschrift aus der 2. Hälfte des 14. Jahrh., A von Brencken, Nr. III 64; Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii VII Bl. 56.

2033

1324 Januar 2

Bischof Bernhard von Paderborn schenkt dem Kloster Benninghausen eine Hufe zu Söbberinghof[1]*, die zu seinem Amt Erwitte gehört.*

Nos Bernhardus Dei gratia Paderbornensis ecclesie episcopus ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod religiosis in Christo nobis dilectis .. abbatisse et .. conventui sanctimonialium monasterii in Benekinchosen tradidimus et assignavimus et in hiis scriptis donamus mansum unum in Soberinchosen ad officium nostrum in Eruethe pertinentem cum suum honere ad tempora vite nostre libere absque difficultate possidendum et tollendum, iuribus autem liberi comitis nostri in premissis sibi dumtaxat reservatis. In huius donationis testimonium presens scriptum nostro sigillo minori duximus subarrandum. Datum anno Domini M° CCC° XXIIII°, in crastino Circumcisionis eiusdem.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen, Urk. Nr. 153, Sekretsiegel des Bischofs (gut erhalten, WS 64,19) abhängend; Abschrift des 16. Jahrh. in Msc. VII 5724, Bl. 19; Druck: WUB IX Nr. 2382.

[1]) Gemeinde Erwitte.

2034

1324 Januar 2

Godefried genannt von Rikenberg trägt dem Grafen Dietrich von Limburg das Eigentumsrecht an dem neuen Hof zu der Capellen[1] *auf, erhält den Hof als Lehen und wird damit wie seine Erben Vasall des Grafen.*

Universis presentes litteras visuris ac audituris nos Godefridus dictus der Rikenberghe[a] notum facimus tenore presentium publice protestando, quod proprietatem nove domus dicte thu de Capellen de maturo et pleno consensu omnium nostrorum heredum et amicorum nobili viro domino Theoderico comiti de Lymborch et suis veris heredibus cum proprietate utilitatum et attinentium dicte domus thu der Capellen dedimus et resignavimus cum nostra libera voluntate, et ratione infeodacionis sepedicte nove domus thu der Capellen, cum qua infeudavit nos predictus dominus Theodericus comes de Lymborch, nos et nostri heredes erimus vasalli ipsius domini Theoderici et suorum heredum, servantes ipsi et suis heredibus iuris fidelitatem more proborum et fidelium vasallorum. In cuius rei testimonium et maiorem certitudinem nostrum sigillum apposuimus huic scripto. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quarto, in crastino Circumcisionis Domini nostri Iesu Christi.

Abschrift des 16. Jahrh., Fürstlich Bentheim-Tecklenburgisches A Rheda, Limburger Lehnskopiar, Bl. 15v; Überschrift: Item dat Nyehus to den Capellen myt alle syner toebehoringe; *Regest: Limburg-Styrum II 1, Nr. 265.*

[a]) Ein irrtümlich hinter dem „k" geschriebenes „n" gestrichen.

[1]) Capelle östlich von Nordkirchen (vergl. Schwieters, Östl. Lüdinghausen, S. 90). In Limburg-Styrum II 4, S. 121, Nr. 54 wird der Hof zur Capellen als Lehen in der Grafschaft Mark angesehen: „Haus zur Kapelle gelegen vor den Mauern Hamms und vom Kloster Kentrop eingetauscht". Dabei wohl fälschlich die als Lagebezeichnung zum Kloster Kentrop gehörende Angabe „vor den Mauern der Stadt Hamm" auf den Hof bezogen. Vom Kloster Kentrop wurde im Jahre 1324 ebenfalls das Eigentumsrecht am neuen Hof zur Capellen im Tausch dem Grafen von Limburg überlassen (Limburg-Styrum II 1 Nr. 264 und 266). Der neue Hof zu Capellen ist nicht zu verwechseln mit dem Hof in Capelle, dessen Eigentum 1328 Mai 6 Ludolf und Godfried Rikenberg, Vater und Sohn, mit dem Patronatsrecht über die Kapelle und dem Beifang an das Kloster Cappenberg verkaufen (Schloß A Cappenberg).

2035

1324 Januar 2

Dietrich Graf von Limburg belehnt seinen Vasallen Wilhelm Dobbe mit der Kirche zu Wellinghofen, wobei das Besetzungsrecht zwischen dem Grafen und seinen Erben und Dobbe und seinen Erben abwechseln soll.

Universis et singulis praesentem literam visuris et audituris nos Theodericus comes de Limberg notum facimus praesentibus protestando, quod de pleno consensu omnium nostrorum heredum Wilhelmum dictum Dobbe, nostrum vasallum, cum ecclesia in Wellinghoffen infeudavimus, ita tamen, quod ius patronatus iam dictae ecclesiae in Wellinghoffen ad nos et nostros heredes et ad Wilhelmum Dobbe et suos heredes pertinere, tali scilicet conditione adiecta, quod, cum eadem ecclesia per mortem seu resignationem alicuius presbiteri eiusque ecclesiae in Wellinghoffen vacaverit, quod nos comes de Limberg et nostri heredes saepedictam ecclesiam conferemus pro uno termino, Wilhelmus Dobbe et sui heredes eandem, cum secundo vacaverit, conferre poterunt quibuscumque. Predictus vero Wilhelmus Dobbe et sui heredes nobis et nostris heredibus servabunt iuris fidelitatem more proborum et fidelium vasallorum. Ut igitur praemissa rata et firma permaneant, nos Theodericus comes de Limberg supradictus nostrum sigillum huic literae apposuimus in testimonium eorundem. Datum anno Domini M CCC vicesimo quarto, in crastino Circumcisionis Domini nostri Iesu Christi.

Abschrift des 17. Jahrh., StAM, A von Romberg, Akten Nr. 3293, auf derselben Seite deutsche Übertragung (darin „presbiteri" *mit* „verwiesers" *wiedergegeben).*

2036

1324 Januar 6

Wihelm von Uffeln genannt Vlecke verkauft für 13 Mark dem Propst und dem Konvent in Wedinghausen drei Morgen Ackerlandes, gelegen zwischen dem Dorf Uffeln und dem Dorf Rithem bei der Munekebrede bzw. an der unteren Mühle zu Uffeln[1]. Dabei lassen seine Kinder Lubbert und Aleydis das Land auf[2].

Ego Wilhelmus de Vflen dictus Vlecke notum facio universis presentia visuris et audituris et in hiis scriptis publice recognosco, quod ego ex consensu et expressa voluntate Engelen, uxoris mee secundarie, Lûbberti, Iohannis, filiorum meorum, Cristine et Aleydis, filiarum mearum, ac omnium heredum meorum, sicut nomina tenent, iuste venditionis titulo vendidi et assignavi religiosis personis .. preposito et conventui monasterii in Wedinchusen pro tredecim marcis legalium ac bonorum denariorum michi traditis et integraliter persolutis tria iugera agrorum, quorum duo sunt tangentia quosdam campos, qui vulgo dicuntur Mûnekebrede, iacentia inter villam Vflen et Rythem, tertium autem situm in inferiori parte molendini Vflen cum omni proprietate et iure, prout michi attinebant, perpetuo et irrevocabiliter possidenda. In cuius rei firmum testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Et quia hec acta sunt presentibus .. proconsulibus ac .. consulibus Werlensibus infrascriptis, coram quibus Lûbbertus et Aleydis, liberi mei predicti, iugera dicta voluntarie et perpetualiter resignaverunt, nam et Iohannes et Cristina, pueri et heredes mei prefati, coram dominis Godefrido, plebano in Vesche, et Lûtberto milite de Dusentscure ac aliis famulis, castrensibus in Bilstene, prout in literis suis patentibus iamdicti protestantur, modo simili eadem resignarunt. Ad maioris veritatis firmitatem sigillo oppidi in Werle has literas petivi communire. Quod nos .. proconsules et .. consules in Werle, quia hiis actis presentes aderamus, ad petitionem Wilhelmi supradicti duximus presentibus

appendenum. Acta sunt hec in Epiphania Domini anno incarnationis eiusdem M° CCC° vicesimo quarto, presentibus Wilhelmo et Theoderico fratribus dictis de Vflen, viris bone nationis, Theoderico de Holinchoven et Iohanne Thome, tunc proconsulibus, Henrico Prosekese, Arnoldo Knoppeken, Euerhardo Sterthof, Iohanne Punir, Hermanno Wishagen, Hermanno Melkesterman, Henrico de Stenen, Iohanne de Horst, Rutgero Passen, Henrico Scûleres, tunc consulibus in Werle, viris fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 125, 1. Siegel ab, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend; Abschrift in Msc. VII 5737, Bl. 44.

[1]) Vergl. die nachfolgende Urkunde und dortigen Anmerkungen; [2]) am demselben Tag erfolgt die Auflassung in Bilstein seitens seiner Kinder Wilhelm und Christina.

2037

1324 Januar 6 Bilstein

Vor dem Priester Gottfried, Pfarrer in Kirchveischede, dem Ritter Lutbert de Dusentschur, Hunold von Ole, Lutbert de Dusentschur dem Jüngeren und Erenfried von Holdinghausen, Knappe und Burgmann zu Bilstein, leisten Wilhelm von Uffeln und seine Kinder Johannes und Christina auf drei Morgen Ackerlandes Verzicht, die Wilhelm an das Kloster Wedinghausen verkauft hat. Von diesem Land liegen zwei Morgen zwischen dem Dorf Uffeln[1] und dem Dorf Rithem[2] und berühren die Kämpe, die Monikenbrede heißen. Der dritte Morgen liegt beim unteren Teil der Mühle von Uffeln.

Nos Godefridus, sacerdos, plebanus in Vesche, Lutbertus miles de Dusentscure, Hunoldus de Ole, Lutbertus iunior de Dusentscure et Erenfridus de Holdighusen, famulus, castrensis in Bilstene, tenore presencium lucide protestamur, quod constituti coram nobis Wilhelmus de Vflen, Iohannes et Cristina, pueri et heredes eiusdem, voluntarie et perpetualiter resignarunt tria iugera agrorum prius ad hereditatem ipsorum spectantia. Quorum duo sunt tangentia quosdam campos, qui in vulgo dicuntur Monikebrede, sita inter villam Vflen et villam Rithem, tertium autem situm in inferiori parte molendini Vflen. Que pater predictorum puerorum, Wilhelmus antedictus, vendidit iusto venditionis tytulo ecclesie et conventui in Wedighûsen perpetue et irrevocabiliter possidenda. Et quia nos quidam supradicti huius rei testes propriis sigillis caruimus, sigillum domini Godefridi prenominati apponi petivimus huic scripto in testimonium predictorum. Datum et actum in Bilstene in Epyphanie Domini anno eiusdem incarnationis M° CCC° vicesimo IIII°.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 124, Siegel des Pfarrers Godfried (Bild Brustbild eines Bischofs mit Mitra, einen Stab in der linken Hand haltend [Servatius ?], darunter knieende Figur) abhängend; Abschrift in Msc. VII 5737, Bl. 151v.

[1]) (West-) Uffeln, westlich von Werl, aber auch Ost- Uffeln, siehe auch Mehler, Werl, S. 525; [2]) Wüstung östlich von Werl; [3]) vergl. Mönchsbreite in Schlückingen, südwestlich von Werl (Schoppmann, Flurnamen Soest II; S. 171, Nr. 20.

2038

1324 Januar 7 Dortmund

Die Ritter Borghart von Elverfeldt und Konrad von Durnen verkaufen dem Dortmunder Bürger Statius von Greverode das Eigentumsrecht bzw. die Lehnsherrschaft von 8 1/2 Morgen Landes aus dem Gut Ophus bei Brünninghausen.

Allen den, de dessen bref set ande huoret lesen, si dat cundich, dat ic her Borghart van Eluervelde, en ridder, mit vulbort ande mit willen Conrades, mines sûnes, and aller unser rechten erven and ic her Conrat van den Dûrnen, en ridder, mit vulbort ande mit willen mines broder Euerardes and aller unser rechten erven hebbet vercoft and opgelaten Stacio van Greuerode, enen bûrgere to Dorpmunde ande sinen rechten erven den egendom enre lenware, den wi hadden in negedehalver morgen landes des gudes tom Ophus, dat belegen is bi Brûninchusen, dat Werneres kyndere van Brûninchusen van uns to lene hadden, umbe bescheden gelt, dat uns

gegeven ande betalet is, vor en dorslacht egen ewelike ande umber mer to besittene. Des welle wii deme selven Stacies ande sinen erven rechte warschap don, war des en not is. Dit is geschen to Dorpmunde, dar waren mit uns over Euert de Vmberadene, Thidericus Nortkerken, Iohan de richter van Herbedde, Henrich van Erenbertinchouen, Conrat Cleppinc, Herman, sin brůder, Cristian ande Cesarius bruodere van Henxtenberge, Iohan Lakensnidere, Symon van Nusse and ander gůder lůde genoch. In orcunde and in stedechet desser sake hebbe wii twe vorsegeden riddere unse ingesegele an desen bref gevoget, under weleken ingesegelen wii Conrat ande Euert and ander erven boven geseget bekennet ande haldet stede alle desse sake. Dit is geschriven in sante Renoldes dage, do men schref van Godes gebort dusent drehundert ande verandtwintech iar.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Clarenberg, Urk. Nr. 6, Siegel des Burghard (Abbildung in Elverfelder UB, Siegeltafel III Nr. 11, WS 197,20) und des Konrad (von Didinchoven alias von Durnen, Wappenbild: Schild mit sechs Schrägbalken); Rückvermerk (16. Jahrh.): Item dat gut tho Aphussen leget by Brunynchus, hort yn Mellynckhus lant*; Druck: UB Clarenberg Nr. 6; UB Elverfeldt Nr. 479 (mit Datum: Januar 12); Regest: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 576.*

2039

1324 Januar 8

Hermann verkauft aus seinem Haus und der Hausstätte in Menden an Äbtissin und Konvent in Fröndenberg eine Rente von vier Schillingen.

Universis ac singulis hoc scriptum visuris seu audituris innotescat, quod ego Hermannus cum consensu et bona voluntate Alheydis, mee legitime uxoris, necnon puerorum meorum, videlicet Alveradis et Alheydis, et aliorum verorum heredum meorum sufficientique deliberatione prehabita vendidi rite ac favorabiliter ex domo mea et area sua iuxta ripam prope domum Hinrici dicti Bose pensionem quatuor solidorum denariorum Mendene currentium .. abbatisse in Vrendeberge et conventui eiusdem pro certa pecunie summa michi ab eisdem numerata, tradita et soluta singulis annis omni contradictione postposita in Petri [ad cathedram ...][a] nostri dictam pensionem perpetue persolvendo. Acta sunt hec[b] Mendene [presentibus][c] Theoderico de Holthusen et Hinrico dicto Suaf, proconsulibus, Conrado dicto Zeltere, [...][d] Schekele, Gerhardo, Gobelino et Andrea, filiis[e] Lefhardi, Gobelino dicto [...]ueknecht[f] et Lefhardo, filio Conradi Zeltere predicti, aliisque quam pluribus probis et fidedignis. In cuius rei testimonium sigillum opidanorum in Mendene ad petitionem utriusque partis presentibus est appensum. Et nos .. proconsules et .. consules sigillum opidi nostri ad petitionem partium predictarum presentibus apposuimus huic scripto. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quarto, dominica die post Epiphaniam eiusdem.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg, Urk. Nr. 108, Siegel ab; Rückvermerk (17. Jahrh.): diese 4 s haben tempore contractus gedan so viel als 1 gg.

[a]) Textverlust durch Bräunung bzw. Loch im Pergament; [b]) folgt durchstrichen „coram"; [c]) Loch im Pergament; [d]) desgl.; [e]) dahinter gestrichen „orum"; [f]) Loch im Pergament.

2040

1324 Januar 13

Der Knappe Bertold von Holthusen versetzt für 18 Mark dem Soester Bürger Hermann von Lon auf sechs Jahre, beginnend mit dem nächsten Fest von St. Jacobi[1], den Zehnten zu Westereiden[2] und stellt Bürgen[3].

Universis presentem literam visuris et audituris ego Bertoldus de Holthusen, famulus, notum facio protestando me de uxoris mee, filii mei Iohannis ac omnium liberorum et heredum meorum consensu et bona voluntate decem et octo marcas denariorum Sosati usualium recepisse et pro eisdem legitime vendidisse discreto viro Hermanno de Lon, civi Sosatiensi, et suis legitimis heredibus decimam meam in Westeren Eden

cum suis attinentiis, fructibus et obventionibus quibuscumque a festo beati Iacobi nunc proxime affuturo ad sex annos continue subsequentes. Quibus elapsis ad me et heredes meos statim redibit libera, quita et soluta. Et pro recta warandia de huiusmodi decima facienda dictis emptoribus durantibus sex annis antefatis dominus Conradus de Brochusen, miles, Iohannes de Rodenberg, famulus, fideiussores mei in hac parte, et ego in solidum promisimus fide data, super quo moniti Sosatum intrabimus iacentiam debitam extra domos nostras proprias facturi nec inde recessuri, donec dicti Hermanno et heredibus suis fuerit satisfactum. Ceterum ego Bertoldus predictus promitto eisdem modo predicto pro eo, ut, si unus fideiussorum meorum predictorum decesserit durante tempore huiusmodi warandie, alium eque ydoneum infra quindenam postea in locum substituam decedentis. Super quo monitus similem iacentiam priori faciam, donec faciam, ut est premissum. Insuper est condictum, quod, si sepedictus Hermannus et heredes sui dictam decimam suis annis alteri vendiderint, eodem modo et iure, quo eandem habere dinoscuntur, hoc ego et heredes mei per omnia gratum et ratum debebimus observare, iure nostra nobis salvo. In quorum omnium testimonium sigillum mei Bertoldi prefati una cum sigillo domini Conradi pretacti presentibus est appensum, quod ego Conradus, miles iam dictus, recognosco fore verum. Testes huius rei sunt Henricus de Honporten, Gerhardus de Allen, Iohannes Edelkint, Thidericus de Bremis, Thidemannus Gothe, Seghefridus Aurifaber, Albertus Niger et Iohannes dictus Pape. Datum anno Domini M° CCC^{mo} XX^{mo} quarto, in octava Epyphanie Domini nostri.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 250, Siegel des von Holthusen (WS 214,15) und des Konrad von Brochusen (Typar ähnlich wie WS 190,4, Bild: Schild belegt mit einem mit 5 Rosen besetztem Reif) anhängend.

[1]) 25. Juli; [2]) etwa 12 km südöstlich von Erwitte; [3]) vergl. Urkunde von 1325 Dezember 16.

2041

1324 Januar 15

Der Ritter Johannes genannt Kloot, Lubert von Northove und Johannes von Wyselderen, Amtsleute des Grafen von der Mark, der Herr Dietrich von Volmerstein[1], sowie die Ritter Gotfried Volenspit, Rutger von Galen und Konrad von Herborne, Burgmannen in Mark, der Richter Everhard von Borg und die Hammer Bürger Heinrich Aurifaber, Hermann Everardi und Tydericus Kreling quittieren namens des Grafen von der Mark den Empfang von 600 Mark weniger sechs Schillingen als Abschlag auf die 1000 Mark, die Bischof Ludwig von Münster am Tag nach Epiphanias zahlen mußte[2].

Nos Iohannes dictus Kloot, miles, Lubertus de Northoue, Iohannes de Wyselderen, officiati domini comitis de Marka, dominus Tydericus de Volmestene, Gotfridus Volenspiit, Rutgherus de Galen, Conradus de Herborne, milites, castellani in Marke, Euerardus de Borgh, iudex, Hinricus Aurifaber, Hermannus Euerardi et Tydericus Krelyng, oppidani in Hammone, recognoscimus in hiis scriptis, quod venerabilis dominus dominus Ludwicus episcopus Monasteriensis die dominica post octavas Epyphanie Domini nobis ad manus domini nostri comitis predicti persolvit et pagavit sexcentas marcas denariorum, sex solidis minus, videlicet de primis mille marcis, quas idem dominus episcopus ipsi domino nostro comiti in crastino Eypiphanie Domini transacto persolvisse debuisset integraliter et pagasse. De hiis vero sexcentis marcis sex solidis minus prefatum dominum episcopum et suos in hac parte fideiussores nomine domini nostri comitis predicti quitos dimisimus ac dimittimus per omnia et solutos. In cuius evidentiam et testimonium sigillum nostri Iohannis dicti Kloot, militis, officiati antedicti, quo et nos alii officiati, .. castellani et .. oppidani contenti sumus, presentibus est appensum. Datum die dominica proxima post octavas Epyphaniam Domini, anno eiusdem M° tricentesimo vicesimo quarto.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. I 1 (Großes Kopiar des Domkapitels), S. 151, Nr. 38; Überschrift: Quitantia per dominum comitem Markensem*; Druck (Auszug): WUB VIII Nr. 1712; Regest: UB Volmerstein Nr. 313.*

[1]) Wahrscheinlich der Domherr in Paderborn; [2]) Zahlung des Lösegeldes für die Entlassung aus der Gefangenschaft.

2042

1324 Januar 16 Delbrück

Cunegundis, die Witwe des Ritters Friedrich von Hörde, und ihre Söhne Themo und Bernhard einigen sich in ihrem Streit mit dem Bischof Bernhard und dem Domkapitel zu Paderborn, daß sie das Amt bzw. die Villikation Mönninghausen[1] von diesen als Pfand für 800 Mark innehaben sollen. Einer Einlösung werden sie sich gegebenenfalls nicht widersetzen.

Nos Cunegundis, relicta quondam Friderici de Horde, militis, ac Thymmo et Bernardus, eorum filii, recognoscimus et presentibus protestamur, quod, cum questio seu controversia inter nos ex una et reverendum dominum dominum Bernardum, episcopum, prepositum, decanum et capitulum ecclesie Paderbornensis parte ex altera super officio suo seu villicatione in Monninghusen verteretur, placitavimus et concordavimus mediantibus nobilibus viris, dominis Simone, domino Lippiensi, Hermanno, Ludolpho, burggraviis in Strombergh, et Alberone Post, milite, amicabilibus compositoribus, dictis vulgariter sonlûde, inter nos specialiter pro utraque parte deputatis et electis, cum dictis domino episcopo, preposito, decano et capitulo in hunc modum, videlicet quod dictum officium seu villicationem in Monninchusen cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, quod vel quam ab eisdem dominis episcopo, preposito, decano et capitulo tenemus, pro octingentis marcis denariorum in Monasterio et Sosato legalium titulo pignoris obligatum seu obligatam quandocumque, quocumque anno dicti domini episcopus seu successores seu prepositus, decanus et capitulum intra beatorum Martini et Petri ad cathedram subsequentia festa dumtaxat dictum officium seu villicationem redimere decreverint, pro summa predicta octingentarum marcarum denariorum predictorum reddere et restituere tenebimur liberum et solutum, liberam et solutam quibuslibet oppositionibus, dilationibus seu impetitionibus ex contradictionibus quorumlibet retroiectis. Cumque nobis seu alteri nostrorum dictam redemptionem per unius mensis spatium preintimaverint seu suo nomine preintimare fecerint, ipsum terminum solutionis in Lippia respicere et pecuniam nostram huiusmodi ibidem recipere erimus obligati, renunciantes exnunc oppositionibus, defensionibus, literis et instrumentis quibuscumque ac universis iuris tam canonici quam civilis beneficiis, que contra formam presentis litere aut aliquem articulum in ea contentum nobis et heredibus nostris possunt de iure vel de facto aliqualiter suffragari. In quorum omnium firmitatem nos Cunegundis ac Thymmo sigilla nostra et ego Bernardus sigillum domini Erenfridi de Bredenole, militis, avunculi mei, pro me, quia proprio sigillo careo, presentibus duximus apponenda. Nos etiam Simon dominus Lippiensis, Hermannus, Ludolphus burggravii in Strombergh ac Albero[a] Post, miles, compositores et zone predicte pronunciatores, in testimonium premissorum, que per nos acta et pronunciata sunt, ad requisitionem ambarum partium presens scriptum nostris sigillis duximus muniendum. Actum et datum in Delbrugge anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, in die beati Marcelli pape et martyris.

Beglaubigung durch Engelbert Wippermann, Notar und Kleriker der Paderborner Diözese.

Abschrift des 17. Jahrh., A von Asseburg zur Hinnenburg, Abt. Störmede, Urk. Nr. 66 (mit Vermerk: nach einer alten Abschrift im Lehnsarchiv zu Arnsberg); Regest: StAM, Msc. VI 233; Druck Schaten, Annales Paderb. Bd. II, S. 186; WUB IX Nr. 2393, S. 1153; Regest: Fahne, Bocholtz, III, S. 84; WUB VIII Nr. 1713, Lipp. Regesten II Nr. 690.

[a]) In der Vorlage „Albertus".
[1]) Etwa 8 km östlich von Lippstadt.

2043

1324 Januar 22

Heidenreich, Propst von St. Severin in Köln, unterstellt die Ministerialin des Stifts Engeldrudis, die Frau des Nikolaus von Holthusen, und ihre Kinder, die weit vom Stift in Köln, aber nah beim Kloster Oelinghausen

wohnen, für seine Lebenszeit dem Schutz des Rutger von Moylich, Mönch zu Cappenberg und Propst zu Oelinghausen, wobei die Rechte des Stifts über diese Ministerialen unangetastet bleiben sollen.

Universis presentes literas visuris nos Heydenricus Dei gratia prepositus ecclesie sancti Seuerini Coloniensis notum facimus, quod de discreti viri domini Rutgeri dicti Moyelich, monachi Cappenbergensis, prepositi in Olinchusen, honestate et providentia specialiter confidentes homines nostros ministeriales Engeldrudem, uxorem Nycolai de Holthusen, Deytwardum, Henricum, Ludwardum et alios ad presens liberos eorundem, quia longe a nobis et iuxta monasterium in Oylinchusen morantur, custodie et protectioni, ut eos in iure suo et ecclesie nostre conservet et tueatur, diebus nostris comittimus per presentes, nolentes tamen per hoc nobis aut successoribus nostris in iure dictorum hominum deperire, dantes has nostras literas in testimonium super eo. Datum anno Domini M° CCC vicesimo quarto, crastino beate Agnetis virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 251, Siegel des Propstes von St. Severin (Bild: St. Severin mit Palmzweig und Buch) abhängend; Rückvermerk (17. Jahrh.): nil est*; Abschrift des 14. Jahrh., Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348, S. 252); Abschrift in StAM, Msc. VII 5727, Bl. 145; Druck: SUB II Nr. 603, S. 197; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 264.*

2044

1324 Januar 25

Der Knappe Heinrich genannt Schnidewint verkauft für vier Mark und sechs Schillinge dem Soester Bürger Arnold Scotten einen Kotten in Ostönnen.

Ego Henricus dictus Snydewint, famulus, notum facio singulis ac universis presentibus ac futuris, quod de consensu et bona voluntate Cristine, uxoris mee, necnon Henrici, Theoderici et Bertradis, puerorum meorum, ac omnium heredum meorum receptis quatuor marcis et sex solidis denariorum Susati usualium et bonorum vendidi rationabiliter pro eisdem discreto viro Arnoldo Scotten, oppidano Sosatiensi, et suis legitimis heredibus casam meam cum eius area sitam in Osthůnen cum suis attinenciis iure propriorum bonorum perpetuo iure hereditario possidendam et habendam. Et in huius rei testimonium pro me et heredibus meis predictis, ex quo sigillo proprio careo, sigillum Conradi de Meninchusen, famuli, presentibus est appensum, quod sub sigilli mei appensione ego Conradus iam dictus testor esse verum. Testes huius rei sunt Conradus predictus, Hermannus de Curia, Henricus de Bremis, Iohannes de Heruordia et Iohannes de Thunen ac ceteri fide digni. Datum anno Domini M° CCC^{mo} XX^{mo} quarto, in Conversione beati Pauli apostoli.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Paradies, Urk. Nr. 78, Siegel ab; Rückvermerk (16. Jahrh.): Ostönnen.

2045

1324 Januar 28

Gottfried, der Sohn des Edelherrn Gottfried von Rüdenberg verkauft für 22 Mark dem Soester Bürger Lubert von Swedinchusen seine Mühle Stockei[1] *bei Bergstraße, die verschiedene Abgaben erbringt. Die Mühle kann in den nächsten vier Jahren wieder eingelöst werden. Geschieht das nicht, erhält die Frau des Verkäufers, Gertrud, einmalig weitere zwei Mark.*

Notum sit omnibus et singulis presentem literam visuris et audituris, quod ego Godfridus, filius viri nobilis domini Godefridi de Rudenberg, de Gertrudis, uxoris mee, ac omnium heredum meorum consensu et bona voluntate receptis viginti et duabus marcis denariorum Sosati usualium et bonorum vendidi rationabiliter pro eisdem discreto viro Luberto dicto de Swedinchůsen, opidano in Suosato, ac suis veris heredibus molendinum meum dictum Stoceys möle, situm apud Berstrate, quod solvet annis singulis in festo Mychaelis

decem et octo modios siliginis, decem et octo modios brasii, duos porcos quatuor solidos valentes, duas ancas et quatuor pullos iure hereditario perpetuo possidendum. Et tamen michi et heredibus meis salvo, quod infra quatuor annos in festo beati Petri ad cathedram nunc proxime affuturo currere incipientes et singulis illis semper infra quindenam ante et quindenam post festum beati Petri iam dictum, redditibus dicti molendini persolutis, possimus ipsum molendinum reemere pro summa denariorum prenotata, conditione aliqua non obstante. Quod si neglexerimus, extunc de cetero accessum reemptionis non habebimus in hac parte, contractu predicto hereditario permansuro. Et tunc iidem Lubertus et heredes sui dabunt uxori mee ac suis heredibus duas marcas denariorum predictorum illa tantum vice. Pro recta vero warandia de dicto molendino facienda promisit mecum Arnoldus Lappe, famulus, in solidum fide data. Super qua moniti statim Sosatum intrabimus ad iacendum, inde non exituri, donec facta fuerit warandia prelibata. Insuper est condictum, quod, si currentibus quatuor annis predictis Lubertum et heredes suos pretactos defectum pati contigerit in redditibus prenominatis molendini prius dicti, illum villicus curtis mee in Berstrate, qui pro tempore fuerit, de redditibus ipsius curtis, quocienscumque evenerit, penitus restaurabit, hoc adiecto, quod, si iam dictis annis durantibus ipsum molendinum per incendium vel aliud infortunium destrueretur, hoc dampnum non in Lubertum prelibatum et suos heredes, sed in me et heredes meos penitus redundabit. In quorum omnium testimonium sigillum patris mei prenarrati una cum meo sigillo presentibus est appensum. Quod nos Godfridus dominus de Rudeberg predictus recognoscimus fore verum. Testes huius rei sunt Conradus de Meninchusen, Iohannes et Henricus dicti de Alen, Iohannes de Thunne, Wulfhardus de Ebdeschinc, Wernherus dictus Vrigenole, Iohannes Wostehof, Iohannes Lubeke ac ceteri fide digni. Datum anno Domini M° CCC^{mo} XX^{mo} quarto, in octava beate Agnetis virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 126, 1. Siegel stark zerbrochen (zur Zeit in Restaurierung, WS 27,7), 2. des jüngeren Gottfried (WS 27,8) anhängend; Abschrift in Msc. VII 5737, Bl. 77v.

[1]) Der häufiger vorkommende Name „Stockei" ist, so weit es sich übersehen läßt, bei Bergstraße nicht belegt. Zum südlich von Oberbergstraße (4 km nordöstlich von Werl) vorhandenen Mühlenbach und der Luigs-Mühle vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest II, S. 160, Nr. 25 bis Nr. 28.

2046

1324 Februar 2

Der Ritter Werner von Brakele und die Brüder Johannes und Werner von Asseburg vergleichen sich auf Intervention des Abts zu Hardehausen, Jakob, in ihrem Streit mit den Bürgern zu Soest. Bis zum kommenden Fest von St. Petri Stuhlfeier[1] sollen die Bürger und ihr Besitz von ihnen nichts zu befürchten haben. Insbesondere sollen diejenigen, die zu Stalpe[2] am Sontag Exsurge[3] zusammenkommen werden, um über den Frieden zu verhandeln, sicher sein.

Universis Christi fidelibus presentes literas visuris Wernherus de Brakele, miles, Iohannes et Wernherus germani de Asseborch salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod in causa dissensionis, que inter cives Sosatienses ex una et nos vertitur ex altera, ad instantiam honorabilis et religiosi viri domini Iacobi abbatis de Hersvedehusen treugas hinc inde ordinari fecimus infrascriptas, videlicet quod dicti [..]^{a} cives et omnia eis pertinentia ubilibet constituta a nobis et ab omnibus nostris amicis propter [...]s facere et dimittere volentibus usque ad festum Cathedre sancti Petri nunc proxime affuturum securi erunt nec sibi aliquid mali debent de nobis medio tempore quomodolibet suspicari, maxime autem omnes et singuli, qui cum dictis .. civibus venerint ad placitandum nobiscum et loco, qui Stalpe dicitur, die dominica, qua cantatur Exsurge. Quare quem diem et locum ipsis pro [impetranda] pace et concordia presentibus assignamus, eandem securitatem per omnia [...] et habebunt. In robur igitur et evidens testimonium omnium premissorum presentes literas conscribi fecimus et sub sigillis mei Wernheri de Brakele, militis, quo nos alii contentamur, nec non strenui militis Frederici de Brenken, dapiferi reverendi domini domini Bernhardi, Paderbornensis episcopi, eisdem .. civibus dedimus firmiter communitas. Nos quoque Fredericus de Brenken prefatus rogati a predic-

tis, videlicet Wernhero de Brakele, milite, et fratribus de Asseborch memoratis .. civibus et suis omnem securitatem superius expressam inviolabiliter observandam in hiis scriptis promittimus sigillum nostrum presentibus apponendo. Datum in die Purificationis beate Marie anno Domini M° CC°C° XXIIII°.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk. A Nr. 2774, Siegel ab; Druck: Asseburger UB Nr. 882; Regest: WUB IX Nr. 2404.

a) Schrift teilweise abgeblättert.
1) 22. Februar; 2) Wüstung bei Geseke; 3) 19. Februar.

2047

1324 Februar 5

Wulfhard gen. Eppinc, Bürger zu Soest, verkauft für 40 Mark der Elisabeth, Schwester des + Dietrich Creden, und ihren beiden Söhnen Dietrich und Everhard eine Kornrente von vier Malt aus Ackerland in der Größe von 18 Morgen, die mit einem Vronschuld genannten Zins belastet sind, zu Werdinghausen[1]. Der Verkäufer behält für sechs Jahre ein Rückkaufsrecht. Für die Bezahlung der Rente bürgen die Soester Bürger Hermann von Gesike und Heinrich von Alen.

Ego Wulfhardus dictus Eppinc, opidanus Sosatiensis, notum facio presentibus et futuris, quod ego de consensu et bona voluntate omnium heredum meorum recepi quadraginta marcas denariorum Sosati usualium et bonorum, vendens rationabiliter pro eisdem Elyzabet, sorori quondam Theoderici Creden ac duobus eius filiis Theoderico et Euerhardo et eorum legitimis successoribus ex decem et octo iugeribus meis terre aratorie sitis apud Werdinchůsen solventibus pensionem, que vocatur vronschult apud vulgus, quatuor moltorum siliginis et ordei equipartim perpetuam pensionem annis singulis dandam in festo beati Martini hyemalis et presentandam in domum dicte Elyzabet sub annona competente, eo tamen michi et heredibus meis salvo, quod infra sex annos, qui currere incipient in festo beati Martini nunc proxime affuturo, et in quolibet illorum sex annorum pensione persoluta possumus semper infra quindenam post festum Martini sepedictum dictam pensionem totam pro quadraginta marcis aut pro medietate pro viginti marcis denariorum predictorum reemere, conditione aliqua non obstante. Quod si neglexerimus, extunc facultas reemendi dictam pensionem nobis est subtracta, contractu prelibato hereditario permanenti. Ceterum pro recta warandia de prenotata pensione facienda promiserunt in solidum ad preces meas Hermannus de Gesike et Henricus de Alen, opidani Sŏsatienses. In quorum omnium testimonium sigillo meo appenso presentibus apposito etiam ad preces meas ac Elyzabet et filiorum suorum prefatorum sigilla Hermanni de Gesike et Henrici de Alen pretactorum huic scripto sunt appensa, quod nos Hermannus et Henricus iam fati sub testimonio nostrorum sigillorum recognoscimus totum esse verum. Datum anno Domini M° CCC^{mo} XX^{mo} quarto, ipso die beate Agathe virginis ac martiris.

Ausf., Perg., A des Altertumsvereins Paderborn (Dep. in der Akademischen Bibliothek Paderborn), Siegel ab; Rückvermerk: Kortlincksen; *Regest: Bernhard Stolte, Das Archiv des Vereins für Geschichte und Altertumskunde Westfalens, Abteilung Paderborn, Teil II, Unterabteilung III Urkunden, Paderborn 1905, S. 148, und Ulrike Stöwer, Das Archiv des Vereins für Geschichte und Altertumskunde Westfalens, Abteilung Paderborn, Urkunden (INA, Neue Folge 14), 1994, Nr. 71, S. 67.*

1) Wahrscheinlich die ehemalige Siedlung Wehringsen nördlich der Stadt Soest in der Walburgerfeldmark, in Verbindung zum ehemaligen Haupthof Hinderking (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I, S. 320, Nr. 272).

2048

1324 Februar 12 Sundern

Der Ritter Dietrich von Heldene überläßt dem Grafen Wilhelm von Arnsberg seine Güter in Adorpe[1] in jenem Arm der Linnepe, der nach Grevenstein ausgerichtet ist, und erhält dafür im Tausch die Güter in Meinkenbracht auf der anderen Seite der Linnepe und die dortigen Güter des Hunold von Mathmecke.

Universis, ad quorum noticiam litere presentes pervenerint, ego Theodericus miles de Heldene notum facio ac presentibus publice protestor, quod ego de consensu pleno ac voluntate bona domini Herbordi militis, filii mei primogeniti, Hermanni ceterorumque heredum meorum, sicut nomina sortiuntur, et plane illorum, quorum consensus ad hoc existat requirendus, matura ac diligenti prehabita deliberatione dedi ac in hiis scriptis do nobili viro domino Wilhelmo comiti de Arnsberg ac suis heredibus omnia bona mea, que habeo in Adorpe ab illa parte Lynnipe, que est versus Grevensteyne, cum universis agris, cum et incultis, pratis, pascuis, silvis et plane cum universis obventionibus, appenditiis et iuribus eorundem iure hereditario perpetuo possidenda, recipiens ab eis nomine concambii universa bona eorum, que habent in Menekenbracht ab alia parte Lynnipe et bona Hunoldi de Matenbeke ibidem sita, que comparaverunt cum universis eorum appenditiis ac iuribus hereditarie perpetuo possidenda. In cuius rei testimonium sigillum meum pro me ac meis heredibus presentibus est appensum. Nos vero Herbordus, miles, et Hermannus, fratres prenominati, hec omnia et singula, ad que consensus noster specialiter accessit, ratihabentes, recognoscimus esse vera sub sigillo ipsius domini Theoderici, patris nostri supradicti. Presentes erant dominus Henricus, pastor ecclesie in Hoilthusen[2], Henricus dictus Pape de Bynole, Gerwinus de Hellevelde, Volpertus dictus Schade, Theodericus de Afflen, Albertus, iudex in Sunderen, Iohannes, proconsul in Greuensteyne, Meynhardus de Menekenbracht, Henricus, notarius in Arnsberg, et alii fidedigni. Datum et actum in Sunderen anno Domini M CCC^{mo} vicesimo quarto, pridie idus Februarii.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 A (Kopiar der Grafen von Arnsberg), Bl. 7; Abschrift des 15. Jahrh. Msc. VI 109 B, Bl. 11 und 57v.

[1]) Wüstung an einem Nebenarm der Linnepe, die sich bei Linneperhütte vom Hauptarm in Richtung nach Grevenstein trennt; nach den Lageangaben kann Arpe nicht gemeint sein; [2]) wohl Wenholthausen.

2049

1324 Februar 13

Der Ritter Franko von Schnellenberg überläßt dem Grafen Wilhelm von Arnsberg seinen Eigenhörigen Dietmar von Mathmecke und erhält dafür im Tausch den Gerhard genannt Vogel.

Ego Francko miles de Snellenberg notum facio per presentes, quo ego dedi ac in hiis scriptis do Dytmarum de Matenbeke mihi proprietatis iure attinentem nobili viro domino Wilhelmo comiti de Arnsberg, recipiens ab eo nomine concambii Gerardum dictum Vogel, qui ei iure simili attinebat .. harum nostrarum testimonio litterarum datarum sub sigillo nostro presentibus appenso, anno Domini MCCC^{mo} vicesimo quarto, idus Februarii.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 A (Kopiar der Grafen von Arnsberg) Bl. 32v.

2050

1324 Februar 14

Der Knappe Lambert von Mulhusen, Amtmann des Oberhofs Brockhausen[1], überläßt den zu seinem Oberhof gehörenden Eigenhörigen Hermann genannt Kerkhof[2] von Stentrop[3] der Äbtissin und dem Konvent zu Fröndenberg zu Wachszinsigenrecht, zu dem dessen Sohn Hermann ihnen angehörte. Dafür erhält er diesen Sohn Hermann, der nun als Eigenhöriger zum Oberhof gehören soll.

Universis presentes literas visuris et audituris innotescat, quod ego Lambertus de Mülhusen, famulus, .. officiatus curtis in Brochusen, Hermannunm dictum Kerichof de Steninchtorpe pertinentem ad eandem curtem resignavi et resigno per presentes domine .. abbatisse et .. conventui in Vrendeberg in ius cereocensuali, quo Hermannus, filius eiusdem, ipsis .. abbatisse et .. conventui pertinebat, recipiens autem loco dicti

Hermanni de Steyninchtorpe Hermannum, filium suum prenotatum, iusto et vero tytulo concambii de consensu et communi voluntate dictorum .. abbatisse et .. conventus ad ius supradicte curtis pertinendum, quo .. pater suus predictus quondam dinoscebatur pertinere, presentibus vero hec acta sunt Bernardo de Hergotinchusen, Bernardo, villico in Brûchusen, Bernardo et Arnoldo de Hûdinchusen, Hermanno dicto Hessel et Iohanne dicto Geyseman. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus duxi apponendum. Datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} vicesimo quarto, ipso die beati Valentini martiris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg, Urk. Nr. 109, Siegel ab.

[1]) Von den vielen den Namen Brockhausen bzw. Bruchhausen tragenden Orten kommt wohl der Essener Oberhof Brockhausen (heute Stadt Unna) in Betracht, da der erste Zeuge Hergotinchusen = Hertinghausen (im Süden der Stadt Unna) darauf hinweist; [2]) der Name Kerkhoff erscheint in Bausenhagen (vergl. Timm, Kataster S. 87, Nr. 1593); [3]) Stentrop, Gemeinde Bausenhagen, nordöstlich von Fröndenberg.

2051

1324 Februar 16

Randolf Hake, Burgmann in Mark, schenkt für sein Seelenheil, das seiner Eltern und Kinder dem Kloster Kentrop einen Zins von 12 Pfennigen aus seinem Haus in Hamm, gelegen bei dem der Dominikaner. Der Zins soll der Verbesserung der Beleuchtung bzw. für eine Kerze dienen, die beim Herumtragen der Reliquien brennen soll.

Universis presentia visuris seu audituris ego Randolfus Hake, castrensis in Marka, cupio fore notum publice protestando, quod de consensu uxoris mee legitime nomine Gertrudis ac omnium heredum meorum, videlicet Lamberti, Godefridi, Iohannis, Palmanie, Lucie, et coheredum meorum ad hoc plene expresso donavi claustro in Keyntorpe redditus duodecim denariorum usualium in Hammone ex domo mea sita ibidem iuxta domum Predicatorum quovis anno in festo Michaelis archangeli ob salutem anime mee et parentum meorum necnon superius expressorum perpetue possidendos et habendos. Quos quidem denarios ad meliorationem candele, que circumportatur cum reliquiis domine nostre in claustro predicto assignavi. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus duxi apponendum. Datum anno Domini M° C°C°C° XXIIII°, feria quinta post Valentini martiris.

Ausf., Perg., A des Herzogs von Croy, Dülmen (Abteilung Merfeld: Schonebeck und Rorup), Siegel des Ausstellers anhängend; Abschrift Kindlingers vor 1800, Msc. II 49, Bl. 45v (mit Siegelzeichnung); Regest: INA Coesfeld, Beiband, S. 371, Nr. 3.

2052

1324 Februar 24

Der Ritter Bernhard Wulf tauscht mit dem Knappen Johannes von Nehem Eigenhörige. Er gibt die älteste Tochter des Heinrich genannt Duvereye und erhält Elrich, den Sohn des genannt Spicmann. Wenn die Tochter vor ihrer Verlobung stirbt, darf sich Johannes von Nehem an ihrer Stelle eine ihrer Schwestern auswählen, die dann ihr Vater verheiraten oder verloben soll.

Nos Bernardus Wulph, miles, .. universis, ad quos presentes litere pervenerint, recognoscimus in hiis scriptis, quod tytulo permutationis contuli et assignavi honorabili famulo Iohanni de Nehem filiam Henrici dicti Duuerye seniorem pro Elryco, filio .. dicti Spicman, tali conditione, quod, si contingeret eam ante eius desponsationem viam carnis ingredi universe, pro tunc pater dicte filie predictus unam de residuis eius filiabus, quam predictus Iohannes de Nehem eligeret, deberet ita amicabiliter et favorose maritare seu desponsare, sicuti nobis pertinere dinosceretur, et hoc in locum filie senioris predicte et ad pertinentiam Iohannis de

Nehem supradicti. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° XX° quarto, in vigilia Mathie apostoli.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 252, Siegel des Ritters (am Rande abgebrochen, Bild: aufgerichteter nach rechts gewendeter gekrönter Löwe mit doppeltem Schwanz) anhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 265.

2053

1324 Februar 25

Statutarrecht der Stadt Werl.

Anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo quarto, in die Mathie apostoli:

(1) Weret alzo, dat eyn man vor richte stunde ande solde eyn ordel delen, delet he dat nicht reychte, he zal des anderen daghes wider komen unde vor wedden dat ordel vor ver scillinghe unn delen eyn recht ordel.

(2) Weret, dat hyr gheste quemen eynes vrededaghes, scloghen ze sich, ze en dorften nicht mer wedden, dan vor ver scillinghe deme richtere unde der stat ere reycht.

(3) Weret alzo, dat eyn man bi er iuncvrowe ghevangen worde, de unbesproken were, der zal he ghiven teyn marc, eder nemen ze to echte, unde weret alzo, dat de vrent den man droteghen wolden mit der iuncvrowen, ze zolden de twe halden zes weken. Unn wolde he zich nicht van der iuncvrowen worken, ze zolden ze untscluten unde halden ene vor eynen vangenen man unn ghiven eme eynen biker waters unn eyn hellinchwort brodes.

(4) Weret alzo, dat de borghere eynen zot wolden laten graven in der stat, war ze wolden, des zolden ze weldich sin.

(5) Alle der self walt, de binnen der stat lighet, dar mach de stat mide don, wat en nutte unn evene komet opper stades beste.

(6) Wer eyn dem anderen af eret, dar zolen de borghere bi gan, unn weret alzo, dat er wilich widerstuvich were, dat he ver scillinghe weddede dem richtere. Noch teme zolen de borgere dat sceden.

(7) Eyn, de dem anderen warscap lovet, de zal eme halden sine iar ut, he en mogh es ener over gan mit guden luden, dat he wat ut ghezat hebbe.

(8) Weret alzo, dat eyn man kwikg in sime korne eder in sime hus eder in sime garden, unde scloghe he dat, dar en were he dem richtere ninen broke af sculdich, mer deme ghenne, des dat kwykg sin were.

(9) Och eft eyn man vore over enes anderes mannes lant, dar en were he deme richtere ninen broke af sculdich, mer deme ghenne, des dat lant zin were, ghulde unn reycht.

(10) Weret alzo, dat eyn vrowe sturve, de ere erve up borde, deme zolde men laten stan dat bedde, alzo it ston des daghes, do ze starf. Dar horet to eyn hant dwele unn eyn cussin oppe sime stol.

(11) Is it alzo, dat eyn man den anderen vor volghet mit dem richte, he zal ene penden mit deme boden, als eyn reycht is. Dar ne hevet de richtere nicht an deme pande.

(12) Weret alzo, dat eyn man sine kindere van eme scapen hedde, neme he eyn wif, de mochte he erven mit sime hus eder mit sime gude.

(13) Weret alzo, dat eyn wif over ene nothtoch clagede unn ne kunde ninen tuchg vullen varen, des mochte eyn man af komen mit siner vorderen hant[a].

(14) Weret also, dat eyn man sin kint berede, sturve dat binnen iare unn daghe, deme solde men dat gut half wider ghiven sunder erven.

(15) Weert also, dat dre brodere eder vere in user stat weren, sturve de eyne unde lete dochter kindere achter unde de brodere vorsceden weren under tuschen mit arme gude, de dochter kindere solden en erven unn nicht de brodere.

(16) Weret alzo, dat eyn use borgere de borghescap upsigede unde weych vore, sin gut in user stat mochte men nicht vredelos leggen.

(17) Weret alzo, dat eyn ungelucke sce in user stat van eme usen borgeren, eder en unse borgere nicht en weren, alzo dat he sin lif vorbroken hedde, sin gut, dat achter lete, solden sin erven behalden, et en were alzo, dat men nine erven en wiste, dat gut solde de stat halden under iar unde dach. Quemen dan nine erven, so solde de richtere dat gut upboren.

(18) Weret alzo, dat welich man in user stat were, de unse borgere were, de sin gut nicht en vor scote, mit deme gude mach de stat don, dat he nyn vor scuth, wat se wellet.

(19) Weret alzo, dat eyn man unse borgere wolde werden, he were wolboren ader nicht, de dal don, dat andere unse borgere to reychte dot in unser stath. Anders sulen wy numende unse borgere scap doyn.

(20) Weret alzo, dat wilich man, he were pape ofte leyge, guth eder gulde in unser stath kofte, de sal don van deme gude, alse andere unse borgere van dem arme. We des nicht en dede, den bref sal de stath nicht bezighelen.

(21) Weret alzo, wan men den rath sette, dat wilich man sich ut sette, mit borgheremesterscap eder borgherscap, den sule wi nummer vor borghere mer holden, eder he en sal dat mit nime ghelde vorbeteren.

(22) Weret alzo, dath men eynen rath zetten wolde, als eyn plege zide is, den zolen de ghilde setten, de ghine, de richte lude sin, twe van den selteren unn twe van den beckeren unde twe van den buuluden unde twe van den kopluden. Dusse achte vorbenomeden sal men vorboden des ersten gudensdages in der vasten. De zolen den rath setten des eyrsten sunnendaghes in der vasten na eren eden, als de stades reycht is. Were wilich under den achten, de des nicht doyn eyn wolden, de sal der stah beteren mit er mark, unde de sal men legen an de stath.

(23) Vortmer weret alzo, dat eyn man ader eyn vrowe, de unse borgere weren, in unser stat sturven, ere gherade eder herwede, dat zolde dat neyste lif, ze weren broder eder sustere, de unse borghere weren in unser stat, like deylen.

(24) Vortmer wer dat sake, dat eyn dem anderen scult gheve vor rychte eder vor den borgheren eder vor den zeystinen bude, dey eyn eyt, so eyn solde de andere, vort den ghinen vor eyme anderen rechte umme dey sake nicht mehr sculdeghen.

(25) Vortmer eyne wuste were, wilich man sprich, dat hey dar ynne sytte unn inghe werth sy, dat mot hey da bringen myt gherychte unn myt tweyn biderven man. Vortmer wer de were bezeyten, so ineychte hey dat to bringen myt gherichte alleyne.

(26) Wilich man wyn nyder lyght in unser stat, wan dey wyn reyde is, so sal dey stat des meychtigh wesen, wan zey wilt, dat dey ghine den win opstecke, unn des stades kneyghtden zulen zey zenden an dat wynvayt, des sal dey winman en bi dem kneyghte senden ene kunne quarte. Wu zey dan den win zettet, also sal dey wynman den win gheven. War dey winman disse boyt breke, also dicke alse schen, also dicke breket hey eyne mark.

(27) Weret alzo, dat eyn richtere satet worde, dey sal na dem daghe eyn recht richtere syn und richten dem armen alzo dem ryken und wel unse stad by guder alder wonede laten, alze dat van heren tho heren gehat is, und welle des umme neynegherleye nut willen laten, dar dey erde dreghen mach.

(28) Och ne sal der richtere neyne inwerynghe doyn, dan in erflyke gude. Dar horen eme aff twelff pennynghe.

(29) Vortmer wert alzo, dat dey vronelude eynen peynden wel, dar bort dem van veyr pennynghe, as hey pande levert.

(30) Och ne sal dey richtere neyne gulde eder pacht besegelen uyt husen in unser stat, buten luden geystelich efte wertelich.

(31) Weret alzo, dat dat gerichte geheyschet wurde van geysteliken richteren eynghen borgere tor absollucion to dranghen, ne boret dem richtere nycht aff, wynte hey dat doyt van geborde unn range der geystelyken richtere unn officiale.

(32) Item dyt is der smale tol, den unse gnedighe her bort offte syn amptman. Item van van enen stucke wyns IIII denarios, item van enem perde verkofft wert IIII denarios, item van enem rynde vorkofft wert II denarios, item van enem swine eyn hellinck, item van enem schape, lamme unn kalve 1 verninck, item van enem kluwede wullen enen verninck, item van enem kouffele enen hellinck, item van enem wagen umme kopenschap, dey vorkopert IIII denarios, item van ener karen umme kopescap II denarios, item van enem kremer enen hellinck, item welker kremer synen kram fort, II denarios, item van den schomekere enen hellinck.

Rotes Buch (Werler Statutarrecht), Stadt A Werl (vergl. INA Stadt Werl, 2. Band Akten, NF 3, S. 21), Druck: SUB II Nr. 604, S. 198.

[a]) Von hier ab Einträge von späterer Hand bis zum 15. Jahrh., im Gegensatz zu den ersten Blättern Papier.

2054

1324 Februar 27 Köln

König Ludwig teilt dem Grafen Adolf von Berg mit, die Bürger von Dortmund hätten sich bei ihm beschwert, daß sie von Konrad Stecke, Konrad genannt Lindenhorst und Wennemar von Dortmund mit Dienstforderungen, Raub und Brand vielfach bedrängt würden, da sie glaubten, Rechte wegen des + Grafen Konrad von Dortmund in der Grafschaft Dortmund zu besitzen. Der König trägt dem Grafen von Berg auf, den Fall zu untersuchen und zu entscheiden. Gegebenenfalls soll er den Grafen von der Mark hinzuziehen.

Ludowicus Dei gratia Romanorum rex semper augustus nobili viro comiti de Monte, fideli suo dilecto, gratiam suam et omne bonum. Conquesti sunt nobis fideles nostri dilecti .. cives Tremonienses, quod strennui viri Conradus dictus Stekke, Conradus dictus Lindenhorst et Wennemarus de Tremonia ac eorum quilibet, asserens sibi ius in comitatu Tremoniensi et rebus ac iuribus per quondam Cvnradum comitem de Tortmůnde relictis ad eundem comitatum spectantibus pertinere, que tamen nunc nobis et sacro imperio vacare dinoscuntur, petit sibi exhiberi, solvi et reddi obsequia, census, bona et iura pertinencia ad comitatum supradictum, et pro eisdem dictos cives incommodis, laboribus, rapinis et incendiis multiplicibus afficit et molestat. Quo circa volentes ipsis civibus consulere et nobis ac ipsi sacro imperio, cuius in hac parte negocium agitur, providere, circumspectioni tue auctoritate presencium committimus et nichilominus iniungimus districtissime et mandamus, quatenus dicto Conrado et aliis prenotatis evocatis ipsos super premissis audias et iura eorum intelligas et inquiras ac diligenter examines et, prout inveneris, salvo tamen iure nostro et imperii ac civitatis Tremoniensis predicte pronuncies, diffinias et sentencies inter eos, et si quem ex eis ius habere in premissis sufficienter inveneris, illum tua execucione in iure suo potestate nostra manuteneas et defendas, reliquis duobus perpetuum silencium imponendo et a quibuslibet, si quas inferrent, postea ipsis civibus infestationibus conpescendo. Quod si forte pro nullo ipsorum ius facere inveneris, inposito omnibus ipsis silencio a quibuslibet molestiis dictis civibus ammodo inferendis eos coherteas et conpescas invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio nobilis viri comitis de Marchia et aliorum nostrorum fidelium vicinorum. Quidquid autem feceris in premissis mox tuis litteris nobis rescribere non obmittas. Presentes quoque registro nostro ad habendam predictorum memoriam de

verbo ad verbum fecimus annotari. Datum in Colonia IIII° kalendas Marcii anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto, regni vero nostri anno decimo.

Ausf., Perg., HStAD, Berg, Urk. Nr. 113, großes Thronsiegel anhängend; Druck: Lacomblet, UB III Nr. 200; Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 577, S. 253; Regest: Dortmunder UB I Nr. 412.

2055

1324 März 4 Köln

König Ludwig teilt dem Bischof von Münster und den Bürgern zu Lübeck und Deventer mit, die Bürger zu Dortmund hätten sich beklagt, daß entgegen den ihnen von Kaisern und Königen gewährten Privilegien von ihren Personen und Waren Wegegelder und Zölle erhoben würden. Der König fordert die Adressaten auf, dies künftig zu unterlassen.

Ludowicus Dei gracia Romanorum rex semper augustus venerabili episcopo Monasteriensi et prudentibus viris, consulibus et universis civibus Lubycensibus et in Deventir, suis et imperii fidelibus dilectis, graciam suam et omne bonum. Quamvis prudentes viri cives Tremonienses, speciales nostri dilecti, a pedagiis et theloniis de personis, rebus et mercibus suis quibuscumque ubique locorum, ubi transierint, persolvendis Romanorum imperatorum et regum concessionibus et privilegiis sint exempti, vos tamen, ut eorum onquestione cognovimus, ab eis rebus et mercibus ipsorum contra indulta privilegiorum huiusmodi predicta thelonea extorquetis, non absque eorum iniuria et nostra offensa vestreque salutis, qui alienum et indebitum recipitis, detrimento. Cum vero, quemadmodum vos vultis vestra servari, sic etiam teneamur aliis sua privilegia conservare, vos communiter et divisim attente requirimus et monemus vobis precise nichilominus inhibendo, ne de cetero a predictis civibus premissa thelonea exigatis vel exigi faciatis, suis eos uti et gaudere privilegiis permittentes, alioquin, si contrarium intellexerimus, ipsis in iusticia non deerimus per iuris et facti remedia oportuna. Datum in Colonia IIII° nonas Marcii, regni nostri anno decimo.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 188, vom großen Thronsiegel nur Reste erhalten; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 578, S. 255; Hans. UB II Nr. 415.

2056

1324 März 5

Herbord Vogt von Heyen überläßt dem Grafen Wilhelm von Arnsberg seinen Eigenhörigen Konrad, den Sohn des Dietrich von Adorpe, und erhält dafür im Tausch den Gobelin von Nieder-Bamenohl.

Universis presentes litteras visuris seu audituris ego Herbordus Advocatus de Heyen notum facio ac presentibus publice protestor, quod ego de consensu pleno ac voluntate bona omnium heredum meorum, sicut nomina sorciuntur, dedi ac in hiis scriptis do nobili viro domino Wilhelmo de Arnsberg et suis heredibus Conradum, filium Theoderici de Adorpe, michi proprietatis iure attinentem, recipiens ab eis nomine concambii Gobelinum de Bawenole inferiore, qui eis iure simili attinebat ...[a] harum mearum testimonio litterarum datarum sub sigillo domini Franckonis militis de Snellenberg presentibus ad preces meas appenso, quia proprio careo. Et ego Francko miles de Snellenberg, quia hec omnia predicta mihi bene sunt nota et scio esse vera, ad preces ipsius Herbordi sigillum meum duxi presentibus appendendum. Datum anno Domini MCCC^{mo} vicesimo quarto, feria secunda post dominicam Invocavit.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 A (Kopiar der Grafen von Arnsberg), Bl. 33; Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii Bd. VII Bl. 63v-75v.

[a]) Lücke im Text.

2057

1324 März 11

Degenhard, Dechant des Stifts Meschede, überträgt mit Zustimmung des Propstes Wilhelm und des Kapitels dem Briloner Bürger Godefried, Sohn des + Gerebert genannt von der Mühlen, die auch schon von seinem Vater besessene Mühle[1] zu Lederike[2] bei Brilon und eine dabeiliegende Hufe in Erbpacht für eine Pacht von 18 Schillingen.

Nos Degenhardus, decanus ecclesie Meschedensis, universis presentia visuris et audituris publice protestamur, quod molendinum quoddam in Ledrike prope Brilon situm cum manso adiacente, quod nos hereditario iure contingit, de expresso consensu honorabilium virorum, dominorum Wilhelmi, prepositi, et totius capituli ecclesie nostre Meschedensis predicte, a qua dictum molendinum cum manso predicto dependet iure pheodali, Godefrido, filio quondam Gereberti dicti de Molendino, oppidano in Brilon, et suis veris heredibus pro pensione decem et octo solidorum denariorum apud Meschede dativorum quolibet anno in festo beati Martini hyemalis nobis et nostro, qui pro tempore in dictis molendino et manso fuerit, successori[a] apud Meschede presentandorum, sicut pater suus predictus et ipse dictum molendinum cum manso predicto a progenitoribus[b] nostris tenuerunt, prout hoc in litteris super hoc confectis sigillo honorabilis domine Agnetis, quondam abbatisse Meschedensis, sigillatis contineri vidimus, iure emphiteotico in hiis scriptis assignamus et a dictis nostris progenitoribus assignatum recognoscimus perpetuo possidendum, ita videlicet, quod quamdiu dictus Godefridus et sui heredes dictam pensionem de dictis molendino et manso persolvere voluerint et potuerint, nec per nos nec nostrum in dictis molendino et manso successorem nec per ecclesiam nostram Meschedensem vel eius .. prepositum, qui pro tempore fuerit, a sepefatis molendino et manso possint vel debeant aliqualiter ammoveri. In quorum omnium testimonium et roboris firmitatem presentem litteram super hiis confectam sigillo nostro proprio una cum sigillis honorabilium virorum, dominorum Wilhelmi, prepositi, et .. capituli ecclesie nostre Meschedensis ad petitionem nostram in signum ipsorum consensus presentibus appensis fecimus communiri. Quod nos Wilhelmus, prepositus, et .. capitulum ecclesie Meschedensis predicti recognoscimus esse verum. Actum et datum presentibus viris discretis Iacobo, plebano in Brilon, Tylemanno, cappellano suo, Lamberto, vicario ecclesie Meschedensis, sacerdotibus, Henrico Wesceli, proconsule, Hermanno Nolthardi, Iohanne de Ratelinchusen, Herbordo de Wolfete, Conrado de Stella, Goswino Sanderi, Detmaro Sanderi, Gerhardo de Asselen, Hermanno de Vrankenbergh, Henrico de Woldene, Wichmanno tho den Eken, Tylemanno Bureman, consulibus in Brilon, et aliis quam pluribus fide dignis anno Domini M° CCC° vicesimo quarto, dominica, qua cantatur Reminiscere.

Ausf., Perg., StAM, Stift Meschede, Urk. Nr. 53, die ersten beiden Siegel ab, an 3. Stelle Siegel des Dechants (Bild: St. Walburgis, in der Rechten den Palmzweig, in der Linken den Ölzweig, darunter der betende Siegler); beiliegend Abschrift des 16. Jahrh.; Abschrift bzw. Auszug des 17. Jahrh. in Meschede, Akten Nr. 11 (Wolf, Meschede Nr. 11, S. 435, in Nr. 11a Bezeichnung der Mühle: „Schemmeren"); Abschrift in Msc. VII 5705; Druck: SUB II Nr. 606; Regest: Wolf, Meschede Nr. 53, S. 37.

[a]) Die Wortstellung bzw. Sperrung mißglückt; [b]) nicht die Vorfahren (progenitores), sondern die Vorgänger (antecessores).
[1]) Eine der beiden oberen Aamühlen, die der im 16. Jahrh. der Besitzer des Schemmhofes innehatte; [2]) Wüstung in der Gemarkung bzw. westlich von Brilon.

2058

1324 März 12

Gerhard von Schalke, Sohn des + Cesarius von Schalke, erklärt, er habe von seiner Mutter fünf Mark erhalten, um dafür eine Rente von vier Schillingen für eine von den Kanonikern des Stifts Essen zu haltende Memorie für die Mutter und den + Vater zu kaufen. Diese Rente habe er aus seinem Kotten im Loh und aus einem anderen Kotten angewiesen, wobei er sich einen Wiederkauf vorbehalten habe.

Universis presentes literas visuris vel audituris innotescat, quod ego Gerhardus de Scadeliche, filius quondam Cesarii de Scadeliche, quinque marcas Susaciensium denariorum pro quatuor solidorum redditibus comparandis a matre mea recepi pro memoria patris mei ac matris mee per canonicos ecclesie Assindensis annis singulis peragenda. Pro quibus quidem quinque marcis .. canonicis ecclesie Assindensis predictis quatuor solidos de casa in me Lo, quam inhabitat Iohannes de Hillen et Druda, uxor eius, et de alia casa, quam nunc inhabitant Berthramus et Luche, uxor eius, que bona mea sunt et .. heredum meorum, assignavi et obligavi singulis annis in perpetuum persolvendos pro dicta memoria peragenda, hac tamen adiecta condicione, quod, quandocumque ego vel .. heredum quicumque bona predicta reemere decreverit, ipsam cum quinque marcis Susaciensium denariorum reemere potest a .. canonicis memoratis. Pro quibus tamen quinque marcis quatuor solidorum redditus predicti .. canonici comparabunt vel de suis redditibus assignabunt pro dictorum parentum meorum anniversariis peragendis. Ad confirmationem autem mei facti predicti et ad evidenciam presentes literas sigillo domini Henrici dicti Dukere, militis, mei consanguinei, petivi sigillari. Et ego predictus Henricus Dukere, miles, ad peticionem predicti Gerhardi de Scadeliche, mei consanguinei, presentes literas sigilli mei munimine confirmavi. Presentes fuerunt dominus Adolphus, pastor ecclesie in Gylstenkirken, Wernerus de Appeldorbeke, iudex Assindensis, Rutgerus, scultetus de Vehus, Henricus et Albertus dicti de Scadeliche, Albertus de Bunna, Gotfridus, famulus domini Henrici Dukere, et multi de canonicis ecclesie Assindensis et alii quam plures fide digni. Datum anno Domini M° CCC^{mo} vicesimo quarto, in die beati Gregorii pape.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen, Urk. Nr. 313, Siegel des Dücker anhängend.

2059

1324 März 16

Dietrich Graf zu Limburg überläßt dem Kloster Kentrop das Eigentumsrecht an einer Leddaghinc genannten Hufe im Kirchspiel Boenen und erhält dafür den neu errichteten Hof thor Kapellen.

Universis presentes litteras inspecturis et audituris nos Theodericus nobilis comes in Lymbürch notum facimus tenore presentium publice protestando, quod cum consensu et mera voluntate Euerhardi, Theoderici, Henrici, Crathonis, nostrorum filiorum, necnon Agnetis, Iutten, Elysabeth, Ermegardis, Iohanne et Alheydis, filiarum nostrarum, nostrorum verorum heredum, donavimus et per presentes donamus claustro dicto Keyinctorp sito extra muros Hammonenses proprietatem cuiusdam mansi dicti Leddaghinc positi in parrochia Boynen. Pro quo quidem manso iam tacto nos .. comes et nostri veri heredes prelibati recepimus in verum concambium novam domum thor Kapellen nominatam. In cuius rei evidens testimonium et firmum robur nos .. comes pretaxatus sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M° CCC^{mo} vicesimo quarto, feria sexta proxima ante dominicam, qua cantatur Oculi mei.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Kentrop, Urk. Nr. 35, Siegel ab; Rückvermerk (15. Jahrh.): Ledynck, dat Habbas under hefft im kerspel van Bonen*; Abschrift Kindlingers von 1800, StAM, Msc. II 49, Bl. 123v.*

Zweitausfertigung mit anderem Datum 1324 Dez. 26 (in die Stephani prothomar(t)iris) *mit folgenden Abweichungen: „cum consensu et mera voluntate domicelli Euerhardi, nostri filii, famuli, necnon omnium verorum heredum" ferner „Keyncdorp" und „Boyne".*

2060

1324 März 21

Propst Heinrich, Prior Alexander und der Konvent zu Wedinghausen bekunden, die Jungfrau Mechthild genannt van der Klusen in Werl habe für ihr Seelenheil und das ihrer Eltern zwei Morgen Ackerlandes im

Dorf Rithem[1] bei der Hackedebreyde aus der Hufe des + Luren für Wedinghausen gekauft, wobei sie sich auf Lebenszeit die Nutzung bzw. eine Kornrente aus diesem Land vorbehält. Dafür wird sie in die Fraternität von Wedinghausen aufgenommen.

Nos Henricus divina providentia prepositus, Alexander, prior, totusque conventus fratrum ac canonicorum ecclesie in Wedinchusen notum facimus universis presentia visuris et audituris in hiis scriptis publice recognoscimus, quod Mechteldis puella in Werle dicta de inclusorio Dei inspirante gratia pro remedio anime sue et parentum suorum duo iugera agrorum in superiori parte ville Rythem iuxta agros, qui vulgariter dicuntur Hackedebreyde, iacentia ex mansu quondam dicti Lûren conparavit ecclesie nostre predicte perpetuo possidenda, tali tamen pacto interveniente, quod quicumque pro tempore fuerit conservator horrei seu granarii nostri in Werle dicta iugera excolet seu ad voluntatem eiusdem puelle exponet excolenda pro certa annua pensione, que singulis annis dicte puelle tantum tempore, quo advivet, persolventur aut saltem dictus noster officialis duo maldra siliginis et ordei equalis mensure in festo beati Martini hyemalis annuatim eidem ministrabit ad terminum vite sue memoratum. Et hoc erit in arbitrio ipsius puelle, quod unum et hiis duobis elegerit sibi faciendum. Ad quod et singula premissa, prout dicta sunt, firmiter observanda nos obligavimus et obligamus per presentes sigillis nostris roboratas, puelle insuper prefate favore speciali, quam ad ecclesiam nostram supradictam seu ad personas ipsius habere dinoscitur, vicissitudinem, quam possumus, respondentes, damus eidem fraternitatem et participium omnium bonorum, que cottidie in ecclesia nostra in missis, vigiliis, ieiuniis et in orationibus et aliis piis exercitiis, que Dominus per nos dignabitur operari, addicientes ex gratia speciali, quod, cum dies obitus ipsius nobis innotuerit, sub testimonio harum literarum memoriam ipsius, sicut pro talibus apud nos fieri consuetum est, sollempniter peragemus. Datum et actum anno Domini M° CCC° vicesimo quarto, feria quarta ante dominicam, qua cantatur Letare.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 127, Siegel ab; Abschrift in Msc. VII 5737, Bl. 150.

[1]) Wüstung nordöstlich von Werl: nach Schoppmann (Flurnamen Soest II, S. 158, Nr. 22) lag in Niederbergstraße ein großer Hof Rithem „Im Redum", angeblich abzuleiten von Regum domus und in Verbindung gebracht mit Haus Köningen.

2061

1324 März 21 Avignon

Papst Johannes XXII. fordert den Bischof von Osnabrück, den Dechanten des Stifts (St. Patrokli) in Soest und den Cantor des Stifts zu Fritzlar auf, den Grafen Engelbert von der Mark und Reinald, den erstgeborenen Sohn des Grafen von Geldern, zu veranlassen, die eingenommenen Besitzungen des Bischofs von Münster herauszugeben und den Bischof Ludwig aus der Gefangenschaft zu entlassen.

[Iohannes XXII] episcopo Osnaburgensi et decano Susaciensis ac cantori Fritzlariensis ecclesiarum Coloniensis et Maguntinensis diocesium:

Dilecti filii .. decanus et capitulum ecclesie Monasteriensis nuper per eorum litteras ... intimarunt, quod his diebus Engelbertus comes de Marka et Reynoldus, .. comitis de Gelrensis primogenitus, Coloniensis diocesis, vasalli Monasterienses ecclesie, contra eandem ecclesiam, eorum matrem et dominam, cum pluribus aliis eorum in hac parte complicibus conspirantes ac iniquas collegationes et federa inientes bona eiusdem ecclesie diripiunt et subvertunt, castra, opida et munitiones ipsius nequiter ausu sacrilego occupando. Idemque comes de Marka in illud genus sacrilegii ... dicitur prorupisse, quod ... Ludovicum, episcopum Monasteriensem, una cum quatuor canonicis eiusdem ecclesie cepit et tam diu tenuit diris vinculis captivatos, donec pro liberacione sua promitteret quandam solvere pecunie quantitatem, et quod de premissis querimoniam non deponeret, iuramentum ac fideiussorum cautionem fuit prestare coactus. Dictusque comes ... bona eiusdem ecclesie invasit et invadit continue eadem temere occupando. Quare prefati decanus et capitulum nobis humiliter supplicarunt. ... Nos autem ... discretioni vestre ... mandamus, quatinus ..., si vobis ... de occupatione bonorum eiusdem ecclesie et captivatione ac detentione episcopi et canonicorum predictorum constiterit ita esse, dictum comi-

tem, quod huiusmodi iuramentum relaxet ac quicquid ab ipso episcopo occasione dicte captivitatis extorsit, restituat fideiussoresque ... absolvat, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compellatis ac iure iurando relaxato predicto dictis fideiussoribus absolutis dictum comitem de Marcha et quoscumque alios, quos in captione et detencione predictis culpabiles repereritis et propter hoc excommunicacionis sentenciam latam a canone incurisse, publice diebus dominicis et festivis per singulas cathedrales ... excommunicatos nunciare curetis, ... donec super hiis congrue satisfecerint et cum litteris vestris res, veritatem er processum huiusmodi continentibus ad sedem venerint Apostolicam absolvendi ... Datum Auinioni XII kalendas Aprilis, anno octavo.

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 660, S. 309 (nach Reg. 77 Bl. 50 Nr. 1153); Riezler, Vatikanische Akten Nr. 353, S. 174.

2062

1324 März 21 Avignon

Papst Johannes XXII. trägt dem Bischof von Osnabrück, dem Dechanten des Stifts (St. Patrokli) Soest und dem Cantor zu Fritzlar, die er zu Konservatoren und Richter für den Bischof, den Dechanten und das Domkapitel zu Münster bestellt hat, auf, nicht zuzulassen, daß diese in ihren Gütern und Rechten von irgendjemandem beeinträchtigt werden.

Iohannes XXII episcopo Osnaburgensi et decano Susaciensis ac cantori Fritzlariensis Coloniensis et Maguntinensis diocesium ecclesiarum, quos deputat conservatores et iudices episcopo, decano et capitulo Monasteriensi, mandat, quatinus hiis efficacis defensionis presidio assistentes non permittant, eosdem super bonis et iuribus suis ab occupatoribus, detentoribus, molestatoribus et iniuriatoribus, cuiuscumque sint status vel condicionis, indebite molestari.

Militanti ecclesie licet immeriti. Datum Auinioni XII kalendas Aprilis, anno octavo.

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 661, S. 310 (nach Reg. 77 Bl. 8 Nr. 1022), Riezler, Vatikanische Akten Nr. 352, 174.

2063

1324 März 24

Im Streit zwischen Gerhard genannt Scule und seinen Söhnen Johann und Otto mit der Äbtissin und dem Konvent zu Sterkrade um die Güter in Vosnacken im Kirchspiel Herne[1] verzichtet Gerhard auf alle Ansprüche.

Universis Christi fidelibus, quibus presens scriptum exhibitum fuerit, salutem in Domino et rei geste cognoscere. Noscant igitur universi, quod, cum diu inter nos, videlicet Gerhardum dictum Scuele, Iohannem et Ottonem, filios nostros legitimos, ex parte una et abbatissam et conventum de Starkerode ex altera[a] parte controversia verteretur super quibusdam bonis dictis Vosnake sitis in parrochia Hernene[b], tandem viris discretis[c] mediantibus, scilicet Gerhardo milite dicto Bitter, tunc tempore officiato, et Brunsteyno famulo de Vlenbroke, in quorum presentia actum est et quos elegimus et statuimus dicte controversie arbitros nostros, promittentes in eorum manus firma fide, quod ab omni impetitione, qua dictum .. conventum inpetivimus super bonis predictis, cessabimus et penitus cessamus, ita sane et perfecte, quod nichil iuris in predictis bonis poterimus de cetero vindicare, renuntiantes omni iuri et actioni, que nobis contra premissa in aliquo poterunt suffragari nobis vel heredibus nostris in bonis sepedictis. Testes huius rei sunt dominus Gerhardus dictus Bitter, Wescelus famulus de Kamme, Lonius, filius ipsius, Brunsteynus de Vlenbroke, Euerhardus de Bewinchusen, Iohannes de Breckerens[velde][d], Lubertus dictus Dukere, Euerhart de Heringgen, Wilhelmus, plebanus de Sterkerode et Iohannes, plebanus in Lipperamistorp, et alii quam plures. Ne etiam in posterum hoc factum

nullius maliciose infringat calumpnia, nos Gerhardus miles dictus Bitter ad rogatum parcium utrarumque sigillum nostrum presentibus duximus in testimonium omnium premissorum apponendum. Datum anno Domini M° CCC° XXIV, dominica, qua cantatur Iudica me Domine.

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Sterkrade, Urk. 20, Siegel ab.

[a]) Zwei Worte über der Zeile eingefügt; [b]) Wort über der Zeile; [c]) auf Rasur; [c]) unsichere Lesung.
[1]) Nordöstlich von Herne in der Bauerschaft Börnig, zugehörig aber dem Kirchspiel Castrop.

2064

1324 März 26

Der Propst Bernhard und der Konvent der Nonnen in Cappel überlassen dem Abt Florin und dem Konvent [in Liesborn][1] einen halben Morgen beim Oberhof Hollenhorst[2] und erhalten dafür einen zum Oberhof Hollenhorst gehörenden Garten zu Bobinghausen.

Ut eorum, que fiunt, haberi possit memoria, scripti ac testium accipiunt munimenta. Noverint igitur universi presentium inspectores ac auditores, quod nos .. Bernhardus Dei gratia prepositus totusque conventus sanctimonialium ecclesie Cappellensis dedimus titulo permutationis religiosis viris domino Florino, abbati, totique conventui dimidium iugerum[a] situm iuxta curiam Holenhorst versus partem orientalem vie attingentem quendam campum dictum Watercamp et loco eius ortum situm[b] in Bobinchusen iuxta domum Hermanni pertinentem[c] ad curiam in Holenhorst predictam recepimus ab eisdem. Ut autem hec permutatio rata et inconvulsa permaneat, presens scriptum sigilli nostri inpressione fecimus communiri. Datum anno Domini M° CCC° XXIIII°, feria secunda post Letare, presentibus Conrado, plebano in Lysbern, Hermanno, camerario ecclesie predicte, Bernhardo, cappellano domini abbatis, Henrico et Arnoldo, conversis ibidem.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Liesborn, Urk. Nr. 130, Siegel des Propstes zu Cappel (Bild: Krönung Mariens) abhängend, Abschrift in Msc. I 99, Bl. 24 und 79v; I 101 Bl. 247v, Msc. I 102 S. 269; Druck: UB Liesborn Nr.162; Regest: WUB VIII Nr. 1737.

[a]) In der Vorlage „iugerem"; [b]) von anderer Hand über der Zeile Auflösung der Abkürzung; [c]) eigentlich „pertinens", da eher auf „ortum" als auf „domum" bezogen.
[1]) Sinngemäß zu ergänzen (Name des Klosters fehlt im Text); [2]) in der Bauerschaft Hentrup im südwestlichen Teil des Kirchspiels Liesborn bzw. 2 km südlich des Ortskerns.

2065

1324 April 1 vor Rheda

Der Ritter Otto von Senden, Konrad von Vernholte, Adolf von Saffenberg und Crevet von Welde, Knappen und Burgmannen zu Rheda, sowie Albrandus, Vogt und Amtmann zu Rheda, schlichten einen Streit zwischen der Äbtissin und dem Konvent zu Welver auf der einen Seite und Dietrich genannt Dirkin, seiner Mutter, seiner Brüder und Friedrich Sundach auf der anderen Seite um den Eigenhörigen des Klosters, Johannes Heselere, und dessen Frau, die Güter und den Oberhof des Dirkin bewohnten. Dieser verzichtet nun darauf, das Kloster künftig wegen dieser Eigenhörigen zu bedrängen.

Universis presencia inspecturis Otto de Senden, miles, Conradus de Vernholte, Adolphus de Saffenberg et Creuet de Welde, famuli et castellani in Reide, necnon Alebrandus, advocatus et officiatus castri predicti, salutem cum noticia veritatis. Noveritis, quod, cum quedam materia dissensionis verteretur inter religiosas personas, videlicet dominam .. abbatissam et .. conventum de Weluere ex una et inter Theodericum dictum Deirkin, matrem ipsius et fratres ac Vredericum Sûndach ex altera super eo, quod quidam de mancipiis dicte ecclesie nomine Iohannes Heselere et Margareta, eius uxor, bona et curiam ipsorum inhabitassent et eis quedam dampna fecissent in dictis bonis et intulissent. Tandem per modum amicabilis composicionis per nos, Ottonem de Senden, Conradum de Vernholte, Adolphum de Saffenberg et Albrandum, advocatum castri de

Reide, predictos extiterit ordinatum, quod dictus Th. de Dirkin extunc in antea pro se et suis adiutoribus renunciavit et renunciat in hiis scriptis omni inpeticioni et actioni, si quas contra dictam ecclesiam et dominam .. abbtissam et eius .. conventum necnon contra Iohannem et Margaretam predictos usque ad presens tempus habere videbantur sive habere possent in futurum, fraude et dolo penitus exclusis. In cuius rei testimonium sigillum mei Ottonis de Senden, militis predicti, presentibus in robur et firmitatem premissorum est appensum. Et nos Conradus de Vernholte, Adolphus de Saffenberg et Albrandus, advocatus, predicti rogavimus dominum Ottonem prefatum, ut pro testimonio premissorum suum sigillum apponeret huic scripto. Acta sunt hec ante castrum Reide[a] in presencia omnium castellanorum castri antedicti. Datum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} XXIIII°, in dominica, qua cantatur Iudica.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver, Urk. Nr. 174, Siegel des Otto von Senden (Bild: schrägrechter Turnierkragen von vier Lätzen; beschädigt) und des Dirkin (anderes Typar als WS 202,1, Bild: zwei durch einen Balken getrennte Felder mit oben drei, unten 2:1 Rosen) anhängend.

[a]) Dahinter ein durch Unterpunktieren getilgtes „in" und folgende Radierung.

2066

1324 April 1

Der Ritter Ernst von Mengede und der Knappe Ernst genannt Speke erklären, sie hielten Johann von Mengede nicht für den Richter in Mengede. Sie erlaubten ihm keine Beschlagnahmen und gestatteten ihm auch nicht, ihr Gesinde (familia quotidiana) *vor sein Gericht zu ziehen.*

Regest einer nicht mehr vorhandenen Urkunde im Findbuch des Bestandes Stadt A Dortmund 310 A (Bodelschwingh-Bodelschwingh, Dep.).

2067

1324 April 1

Der Ritter Ernst von Mengede, seine Frau Elisabeth, und seine Kinder Ernst, Catharina, Alheydis, Elysabeth, Gertrudis, Agnes und Guda verkaufen an Ernst genannt Speke zu Dortmund vor dem Ritter Th. von Lymborch ihre Hälfte des Gerichts zu Mengede, das ein Limburgisches Lehen ist. Außerdem verkaufen sie vor Conrad, Burggraf zu Rechede, als dem Lehnsherrn auf dem Kirchhof zu Mengede den Rudinchhoff[1] *mit allen Zehnten. Siegelzeugen: Johann von Mengede, der Bruder Ernsts, Johan Morrian, sein Schwager, Wilhelm von Overhusen, Giselbert Speke und Hermann von Holthusen.*

Regest Borgmanns von einer verlorenen Urkunde, Stadt A Dortmund, 310 A (Bodelschwingh-Bodelschwingh, Dep.), ehemals Nr. 155; Abschrift Nr. 721; identisch mit der Urkunde 1324 April 5.

[1]) Nach Borgmann: Schulte Rödding.

2068

1324 April 2

Wilhelm Graf von Arnsberg stimmt dem Vertrag zwischen dem Werler Bürger Ludwig und dem Kloster Wedinghausen über Güter zu Rithem[1] *zu, behält sich aber seine Rechte vor.*

Nos Wilhelmus comes de Arnsberg universis, ad quos litere presentes pervenerint, cognoscere veritatem. Contractus bonorum nostrum pensionalium, quem honorabilis vir dominus Henricus prepositus et .. conventus ecclesie in Wedinchusen fecit erga Ludewicum, opidanum in Werle, que inquam bona sita sunt in Rithem, de nostra et heredum nostrorum plena prodiit voluntate, salvo tamen nobis et ipsis heredibus nostris per omnia iure nostro nobis in bonis huiusmodi competente, harum nostrarum testimonio literarum datarum sub sigillo nostro maiori presentibus appenso, anno Domini M° CCC° vicesimo quarto, quarto nonas Aprilis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 128, Siegel ab; Abschrift: Msc. VII 5737, Bl. 129v; Regest: Msc. VII 5705 (in der Datierung fehlerhaft).

[1]) Wüstung nordöstlich von Werl.

2069

1324 April 3 Avignon

Papst Johannes XXII. wendet sich an den Grafen Engelbert von der Mark: Der Bischof von Münster habe ihm für die Freilassung aus dem Kerker eine gewisse Summe versprochen. Nach Erlangung der Freiheit falle ihm die Entrichtung der Summe schwer. Der Papst bittet den Grafen, den Bischof wegen der Zahlung nicht zu bedrängen.

[Iohannes XXII.] nobili viro Engilberto comiti de Marka: Habet assertio nobis facta domestice, quod ... Monasteriensis episcopus non voluntate libera, que non erat, sed pro libertate, quam pridem a tuo, quo detinebatur carcere naturaliter affectebat, tibi seu aliis tuo nomine infra certum terminum se promisit quantitatem pecunie soluturum. Et quia idem episcopus solucionem dicte pecunie, quam pretendebat tunc liberacionis sue necessitas sibi esse gratuitam, fore sibi nunc libero extimat onerosam, nobilitatem tuam rogamus et hortamur attente, quatinus ... prefatum episcopum non vexes propterea vel molestes. ... Datum Auinioni III nonas Aprilis anno octavo.

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 667 (Reg 112, Teil II Bl. 67, Nr. 862); Riezler, Vatikanische Akten Nr. 357, S. 175.

2070

1324 April 4

Der Knappe Bruno genannt Enghere verkauft den Brüdern Wulfhard und Johannes genannt Edelkint seine Eigenhörigen, die Witwe Tebelen und ihre Kinder Tebelen und Dytmar, zu Thunen[1].

Notum sit omnibus et singulis presentia visuris et audituris, quod ego Bruno dictus de Enghere, famulus, de consensu omnium heredum meorum pro certa pecunie summa michi tradita et soluta vendidi rationabiliter discretis viris Wulfhardo et Iohanni fratribus dictis Edelkint et eorum legitimis successoribus homines meos, videlicet Tebelen, viduam, necnon Tebelen et Dytmarum, eius pueros, in Thûnen ad presens commorantes, qui michi iure servili astricti fuerant, perpetuo possidendos et habendos iure supradicto. Et in huius rei testimonium, proprio carens sigillo, feci presentem litteram sigillis domini Henrici de Bynole, militis, et Heynemanni Vorstenberg, famuli, roborari, quod nos sigillatores iam dicti recognoscimus fore verum. Testes huius rei sunt Iohannes de Honzele, Hermannus dictus Kaltouen, Conradus Eppinc, Heynricus Ortolanus, Euerhardus Bokeman et alii fide digni. Datum anno Domini M° CCC^{mo} XX^{mo} quarto, feria quarta ante festum Palmarum.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Urk. Nr. 113a, Siegel des von Binolen (beschädigt, vergl. WS 196,11), abhängend, das 2. Siegel ab; Druck: SUB II Nr. 607.

[1]) Ost- oder Westönnen oder Ostünnen.

2071

1324 April 6

Erenfried Foye weist seiner Schwester Jutta, indem er die schon zu seines Vaters Zeiten geführten Verhandlungen über die Teilung der Güter beendet, eine Kornrente von vier Molt aus seinen Gütern zu Süd-Kamen zu, außerdem zehn Holzanteile in der Lercher[1] *Mark und einen weiteren Holzanteil sowie eine am 8. September auf dem Kirchhof zu Kamen zu entrichtende Rente von 5 1/2 Schillingen. Nach dem Tode der Schwester fallen die Renten an den Bruder.*

Ick Erenvredus Foye do kundich allen, de dessen bref seint ofte horet lesen, dat min suster Iutte unde ich mit rade unde mit vûlbort unser vrende sint verscheden sint an unseme gude, dat ghedeghedinghet wart by unses vader tyden unde nu is verendet, also dat ich Erenvred hebbe bewyset Iutten, miner suster, veyr molt kornes, dre molt rogghen unde gersten half unde half unde eyn molt haveren ute minen alinghen gude to Sutkamene alle iar uptoborene efte so vile landes aldar, dat se dyt korne alle iar to sunte Mertines misse muge von nemen. Vortmer so sal se hebben teyn scare holtes in der Lerkere marke unde eyne utscare to aller slachte nut. Vortmer so sal se alle iar to unser Vrowendaghe der Letheren upboren sestehalven schillinch uppere deme kerchove to Kamene. Wan se aver nycht levth ne is, so sal de vorghenomde rente mi unde minen erven ledich werden. In en orkunde desser rede so heb ich unde wii beyde dessen bref don besyghelen mit der stades inghesygele to Kamene. Hir waren over unde an Gerlach von Summeren, Hunold von Bredenbeke, Dyderich Rinch unde guder lude genoch. Vortmer wii, her Walrauen von Heringen, en riddere, Alf von der Reke, Lodewich von Dudinc, Hunold von Bredenbeke, Nol de borghermestere, Iohan Clawûsinc, Bernhard Dredekinc unde wii anderen ratman to Kamen hebbet dessen breyf besyghelet mit unser stades ynghesyghele dûr bede beyder parthie. Desse breyf wart gegeven unde dyt gescach des vrydages vor Palmen na Godes bûrt dusent iar drehundert iar in dem verundetwynthegsten iare.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Clarenberg, Urk. Nr. 7; Hälfte des Siegels der Stadt Kamen (WS 73,6) anhängend; Druck: UB Clarenberg Nr. 7; Regest: UB Volmerstein Nr. 315.

[1]) Nordöstlich von Kamen, ehemals Gemeinde Pelkum.

2072

1324 April 15

Die Ratsherren und Schöffen der Stadt Dortmund bitten den Fürsten Witzlaw (IV.) von Rügen, die auf dem in der Nähe von Rügen gestrandeten Schiff befindlichen 43 in Flandern gekaufte Stücke Tuch, die ihrem Mitbürger Arnold von Ergste gehören, an Bertram Sudermann dem Älteren und Johannes von Curne, denen sie anvertraut waren, auszuliefern.

Illustri ac magnifico viro domino Wizlao, Ruyanorum principi, consules et scabini Tremonienses sue promptitudinis obsequium semper indefessum. Nobilitati vestre presentibus declaramus coram vobis esse racionabiliter protestatum, quod Arnoldus de Ergeste, civis noster, habuit in navi nuper in terminis vestris submersa seu confracta quadraginta tres pannos, quorum X sunt Ypres, quatuor mixti, tres boreleken et X Dornenses cum XVI Poperensibus emptos sibi in Flandria et in dicta navi depositos ad deferendum suo sub eventu. Qui panni tunc sui fuerunt et adhuc sunt nec alicuius alterius, et idem Arnoldus tunc et nunc noster fuit et est concivis. Super quibus omnibus ad nos habere debetis respectum firmum et securum. Propter quod nobilitati vestre presentibus supplicamus, quatenus efficere dignemini, quod predicti [panni][a] Bertrammo Suderman seniori et Iohanni de Curne, civibus nostris, quibus commissi fuerant, ad usum civis nostri supradicti libere presententur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est affixum. Datum in festo Pasche anno Domini MCCCXXIIII.

Ausf., Perg., Rats A Stralsund; Siegelrest anhängend; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 579, S. 255; Fabricius, Urkunden zur Geschichte des Fürstentums Rügen IV Nr. 641; Hans. UB II Nr. 417, S. 177; Regest: Dortmunder UB I Nr. 417.

[a]) Im Text fehlend.

2073

1324 April 18

Vor Dietrich, Propst der Nonnen in Lippstadt, Heinrich, Kämmerer und Pfarrer von St. Nicolai, sowie Johannes genannt Wrede, Richter der Stadt Lippstadt, verkauft Greta genannt Wechterinc, Bürgerin zu Lipp-

stadt, aus dem von ihr bewohnten Haus und der Hausstätte der Christina von Soneren, Nonne in Lippstadt, und dem dortigen Konvent eine Rente von zwei Schillingen. Christina soll die Rente zu ihren Lebzeiten genießen. Nach ihrem Tode fällt sie an den Konvent.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Theodericus, prepositus sanctimonialium in Lippia, Henricus, camerarius, plebanus sancti Nycolai, necnon Iohannes dictus Wrede, tunc temporis iudex eiusdem opidi, notum facimus et publice protestamur, quod constitutus coram nobis Greta dicta Wechterinc, opidana Lippensis, redditus duorum solidorum denariorum Lippie legalium et bonorum pro pecunia numerata, tradita integraliter et soluta iuste emptionis titulo vendidit cum pleno consensu et voluntate omnium heredum suorum, quocumque nuncupentur nomine, Cristine de Soneren, moniali in Lippia, totique conventui ibidem ex domo sua et area, quam ad presens inhabitat, cum omni iure suo, prout situata est, dandos et tollendos hereditarie et perpetue duobus terminis equepartim, videlicet quovis festo Pasche unum solidum et quovis festo Michaelis unum. Quos quidem redditus ipsa Cristina quoad vixerit tollere et eisdem utifrui debebit. Qua defuncta .. priorissa, quecumque pro tempore fuerit, et .. conventus Lippensis tollent et percipient redditus prenotatos ad distribuendum et ministrandum singulis dominabus et puellis earum, cuilibet in prompto suam partem. In cuius rei testimonium nos Theodericus, prepositus, et .. camerarius necnon Iohannes Wrede supradicti sigilla nostra ad instantes preces partium utrobique presentibus duximus apponenda. Datum et actum presentibus domino Alberto, capellano ecclesie claustralis, Iohanne dicto Vullebuch[a], Henrico dicto Reymar, Henrico dicto Meynkinc, Hermanno dicto Bischop, Hermanno dicto Harman et Hermanno, filio eiusdem, pro testimonio ad hoc rogatis et vocatis, anno Domini M° CCC° XXIIII°, feria quarta in ebdomada paschali.

Ausf., Perg., StAM, Stift Lippstadt, Urk. Nr. 61, Siegel des Propstes (Bild: Maria mit dem Kinde, in der Rechten eine Blume, verehrt von dem darunter befindlichen Propst) und des Kämmerers (Brustbild eines Heiligen) anhängend, das dritte Siegel ab; Regest: Lipp. Regesten II Nr. 692.

a) „V" aus „W" radiert.

2074

1324 April 19 Dortmund

Vor dem Ritter Dietrich von Limburg leistet der Ritter Ernst von Mengede auf die Hälfte des Gerichts zu Mengede, die er vom Ritter Dietrich zu Lehen trägt, Verzicht zugunsten des Ernst genannt Speke und bittet den Lehnsherrn, den Speke damit zu belehnen. Bei dessen Belehnung weist Dietrich von Limburg zugleich der Frau des Speke, Elisabeth, die Leibzucht an dem Gericht zu.

Nos Theodericus miles de Lymbûrg notum fieri volumus universis presentes litteras visuris et audituris publice protestantes, quod constituti coram nobis feria quinta post festum Palmarum Tremonie honestus vir Ernestus de Mencgede, miles, Elisabeth, uxor eius, Ernestus, Katharina, Alheydis, Elisabeth, Gertrudis, Agnes et Guda, liberi et heredes eorundem, cum consensu et voluntate unanimi resignaverunt et supraportaverunt honesto viro Ernesto dicto Speke et suis heredibus medietatem districtus et iudicii in Mencgede cum suis utilitatibus, iuribus et attinentiis quibuscumque, prout a nobis in feodo tenuerunt, petentes, ut dictum Ernestum cum dicto iudicio infeodaremus. Nos igitur precibus eorum inclinati dictam iudicii medietatem prefato Ernesto in libero feodo porreximus hereditarie et perpetue possidendam et in eodem iudicio uxori sue Elisabeth porreximus usufructum, quod liftucht vulgariter appellatur. Actum presentibus honestis viris Th. de Vorste, milite, Th. de Bergibinc, Alberto de Koninegesberge, Hermanno dicto Speke, Eng. de Lymborg, Iohannes Vridach parvo, Hermanno de Lindenhorst, Th. de Appelderbeke, Iohanne sub Gradu et Th., filio suo, ad premissa vocatis in testimonium et rogatis. In cuius rei evidenciam sigillum nostrum apponi iussimus huic scripto. Datum feria supradicta, anno Domini M° CCC° XX° quarto.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Bestand 310 A (von Bodelschwingh-Bodelschwingh, (Dep.)), Urk. Nr. 677, Siegel ab.

2075

1324 April 19 Langley

König Eduard II. nimmt auf ein Jahr den deutschen Kaufmann Hildebrand Sudermann[1]*, seine Leute und Diener für den Verkehr in England in Geleit und befreit sie von der Haftpflicht für fremde Vergehen oder Schulden, bei denen Hildebrand nicht Hauptschuldner oder Bürge ist, sofern sie gesetzmäßigen Handel treiben und die gewohnten schuldigen Abgaben* (custumas debitas et usitatas) *entrichten.*

Wiedergabe nach Kunze, Hansekten aus England Nr. 75, S. 57 (Public Record Office, London, Pat. R. 17 Edw. II, p. 2 M.19).

[1]) Aus Dortmund.

2076

1324 April 19 Langley

Desgl. den deutschen Kaufmann Ludekin de Longe.

Desgl. den deutschen Kaufleute Frowin und Heinrich von Ispelingrode und Arnald Wasmode.

Kunze, Hanseakten (wie vor).

2077

1324 April 22

Henemann, Komtur des Johanniterordens der Häuser in Wiesenfeld[1] *und Warburg, erklärt, seine Kommende sei verpflichtet, dem Stift Geseke für die von diesem ihr überlassenen sieben Hufen zu Rhoden*[2] *gewisse Renten zu St. Juliane*[3] *zu entrichten*

Universis presentes literas visuris et audituris nos Henemannus, commendator domorum in Widentuelde et in Wartberg ordinis sancti Iohannis Iherosolimitarum, et fratres eiusdem domus in Wartberg notum esse cupimus tenore presentium publice protestantes, quod nos exnunc et in perpetuum solvere tenebimur venerabilibus dominabus abbatisse et conventui secularis ecclesie in Ghesike de septem mansis sitis in Rothem nobis ab eisdem dominabus concessis annuam et perpetuam pensionem, scilicet triginta modia et quinque scepel siliginis Ghesekensis mensure et novem solidos denariorum in Gheseke legalium preter tres denarios in die Iuliane virginis singulis [annis][a] in dictarum dominarum granario omni occasione postposita et semota. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem nos commendator predictus prefatis dominabus has literas dedimus sigilli nostri munimine roboratas. Datum in die dominica, qua cantatur Quasi modo geniti, anno Domini M° CCC° vicesimo quarto.

Abschrift des 15. Jahrh., StAM, Msc. VII 5725 (Kopiar des Stifts Geseke) Bl. 49 und Bl. 53; Überschrift: Litera super redditibus Wartburgensibus de septem mansis in Rothem sitis.

[a]) Sinngemäß auf Bl. 49 zu ergänzen, wie auf Bl. 53 stehend.
[1]) Südlich von Frankenberg; [2]) westlich von Diemelstadt; [3]) Februar 16.

2078

1324 April 22

Der Ritter Dietrich von Volmerstein verkauft dem Heinrich Lorinck zwei Hufen zu Heidfeld[1]*, wobei er dessen Frau Alheid hinsichtlich der Lehnsherrschaft die Leibzucht an den beiden Hufen gewährt.*

Wii Dider(ic) van Volmest(ene), ritter, erkennet vor uns und al unse erven, dat wii hebt vorkofft und vorkopet overmittes dussen openen breyve unsen vrunden Hynr(ic) Lorynck, Alheyde, syner husfrowen und

eren erven twe unse hoeve to Heiduelde, belegen mit velde, acker, kempen, weyden, torve unde twige unde mit alle syner tobehoringe eyns waren steden vasten kopes vor eyne summe geldes, de uns und unsen vrunden wol betalt is, erffliken und eweliken to besitten. Ock hebbe wy gelovet und gegont den vorg(enanten) Henr(ic) und syner husfrowen dusse II hove betalt der lenwar eyne milde lifftuch in de selve hove und solt en rechte warschop doen dusses vorg(emelten) kopes. Hiir enboven bekenne wy und unse erven den vorg(enanten) Henr(ic), sine husfrouwen und ere erven van beyden [siden][a] kunnen man off vrowen in lenwar beholden alleyne sunder yeniger gevinge syns gudes, offte id van em geeschet worde. To orkunde der bevestinge und warheit dusses vorg(escrevenen) hebbe wy unse ingesegele mit Henr(ic) borchgreve segel to Stromberge, unser suster [man][b], und Dider(ic) de Vorste, ritter, ingesegelen an dussen breiff gehangen. Und wy Henric borchgreve to Stromberch und Dider(ic) de Vorste, ritter, vorg(enan)t hebt dit myt unsen willen und vulbort mede gegunnt unsen frunden Dider(ic) van Volmest(ene), dar umme hebbe wy to orkunde unse ingesegel an dussen breff gehangen to warheit aller vorg(enanten) punte. Gegeven, do men schreff M° dryhundert verendetwintich, achte daghe na Paschen.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. VI 132 (betitelt als Lehnregister), Bl. 13.

[a]) Sinngemäß zu ergänzen; [b]) desgl.
[1]) Im Kirchspiel Heessen (vergl. Anmerkungen zur nachfolgenden Urkunde).

2079

1324 April 22

Dietrich von Volmerstein[1] verkauft dem Heinrich genannt Lorinck zwei Hufen in Heidfeld[2]

Theodericus de Volmestein universis, ad quos presentes litere pervenerint, salutem cum notitia veritatis. Quod nos pro nobis et pro heredibus nostris singulis ad hec debite requirendis vendidimus amicis nostris Henrico dicto Lorinck, Alheydi, uxoris eius, et eorum veris heredibus duos mansos nostros in Heytvelde cum colonis, agris, pratis, pascuis, cespitibus, frondibus et cum suis pertinentiis universis titulo rite venditionis pro pecunia nobis et amicis nostris persoluta hereditarie et perpetue possidendos. Contulimus etiam dicto Henrico dictos mansos soluto pheodo uxorique eius predicte largum usufructum in eisdem, volentes eisdem premisse venditionis servare debitam warandiam, recognoscentes preterea, quod nos et heredes nostri dictum Henricum et suos heredes utriusque generis masculos seu femellas inpheodare tenemur, dumtaxat absque ulla rerum suarum donatione, si requiruntur. In cuius rei testimonium et robur premissorum sigillum nostrum una cum sigillis Henrici borghravii in Stromberghe, sororii, et Theoderici de Vorste, militis, presentibus est appensum. Nos vero Henricus Borghravius in Stromberghe et Theodericus de Vorste, milites predicti, ad preces dilecti nostri Theoderici de Volmesten sigilla nostra in testimonium et veritatem omnium premissorum, cum nobis premissa constiterint ac de nostro consensu processerint, his literis apposuimus. Datum anno Domini M° C°C°C° X°X° quarto, octava Pasche.

Abschrift des 18. Jahrh., bzw. um 1800 von der Hand Kindlingers; StAM, Msc. II 29, Bl. 100 und 252v der zweiten Zählung (an letzterer Stelle mit mittelniederdeutscher Übertragung); Druck bzw. Regest: UB Volmerstein Nr. 316; WUB VIII Nr. 1751; Kindlinger, Volmerstein II, S. 74.

[1]) In der deutschen Übertragung mit dem Zusatz „Ritter"; [2]) im Kirchspiel Heessen, vergl. die Eintragungen in den Volmersteiner Lehnsregistern II (um 1313): Item Henricus Lorinch duos mansus in Hetvelde iuxta Hamme (UB Volmerstein S. 435, Nr. 131; III (1361): Hermann de Monyk, opidanus in Hammone, est impheodatus cum duobus mansis in Hetvelde iuxta Hammonem in parrochia Hesne (UB Volmerstein S. 444 Nr. 31).

2080

1324 April 23 Soest

Dietrich genannt von Baglo, Komtur des Deutschen Hauses zu Münster und Provinzial für Westfalen, vermietet dem Kleriker Otbert von Palsole auf Lebenszeit für einen Zins von sechs Schillingen ein Haus mit der Hausstätte in Sassendorf, die ehemals einem gewissen Crumme gehörten.

Frater Theodericus dictus de Baglo, commendator domus Theutonice in Monasterio, provincialis per terram Westfalie, .. universis presentia visuris et audituris notum esse cupimus publice protestando, quod nos Otberto de Palsole, clerico, domum nostram cum area sitam in villa Zassendarpe, quam quidam dictus Crumme nomine nostro quandoque possedit, locavimus et concedimus per presentes, quoadusque ipse supervixerit, pro sex solidorum Sosati legalium et bonorum annua pensione danda nobis et solvenda ex eadem infra quindenam post festum Pasche continue instantem, salvo tamen eidem Otberto omni iure ordinis nostri iuxta consuetudinem domus nostre in Monasterio predicte, adiectis huiusmodi condicionibus infrascriptis, ita videlicet, quod, si prefatus Otbertus statum suum ecclesiasticum monochando aut secus alternando immutaverit, dicta domus cum area ad manum nostram pristinam libere revertetur. Item si dictam domum nostram incendi aut conburi aliquatenus contigerit, quod absit, ac prefatus Otbertus quoquomodo de lignis aut tedis seu aliis rebus exustis se intromittere presumpserit, extunc ultroneus in prescripto[a] termino nobis dabit annuam pensionem. Insuper quandocumque eundem Otbertum huiusmodi pensionis nobis dande annuatim de supradicta domo nostra teduerit aut si eadem carere voluerit, hoc nobis ad spatium dimidii anni indicaturus antea nuntiabit. Preterea est condictum, ut, si idem Otbertus in eadem solutione dicte annue pensionis termino prescripto negligens repertus fuerit aut remissus, extunc quasi expers ulterioris possessionis dicte domus nichil iuris penitus habeat amplius in eadem. Testes huius rei facte erant presentes Conradus de Meyninchusen, miles, Hermannus dictus Kubic, magister consulum pro tempore in Sosato, Marquardus dictus van dem Lo, Syfridus dictus van der Wost, Arnoldus dictus Schriuere, Bertoldus de Herborne, oppidani Sosatienses, et alii quam plures fidedigni. Et in huius rei testimonium nos Conradus de Meninchusen, miles, Hermannus dictus Kubic, testes predicti, quia predictis interfuimus et audivimus sigilla nostra presentibus propter hoc duximus appendenda ad peticionem partium[b] predictarum. Datum et actum in Sosato, feria secunda post octavas Pasche, que tunc erat dies beati Georgii martyris, anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo quarto.

Ausf., Perg., StAM, Kommende Mülheim, Urk. Nr. 5, Siegel ab; Druck: Hennes, Codex diplomaticus S. 367, Nr. 427; Regest: WUB VIII Nr. 1753.

[a]) Die Worte „in prescripto" irrtümlich wiederholt; [b]) über dem „p" ein irrtümlich gesetzter Kürzungsstrich ausradiert.

2081

1324 April 28

Conrad, Burggraf von Rechede, bekundet, Ritter Ernst von Mengede und seine Erben hätten an Ernst Speke den von ihm lehnrührigen Rudinchoff samt Eigenhörigen und allem Zubehör verkauft; unter den Zeugen: Ernst de Spelemenninc[1].

Regest Borgmanns von einer nicht mehr vorhandenen Urkunde: Stadt A Dortmund 310 A (Bodelschwingh-Bodelschwingh, Dep.).

[1]) Vergl. Urkunde 1324 April 1 bzw. April 5.

2082

1324 Mai Avignon

Erzbischof Andreas von Bar[1] *und weitere 11 (Weih)bischöfe gewähren dem Kloster Glindfeld und der mit ihm verknüpften Kirche von St. Peter in Medebach einen Ablaß.*

Universis Christi fidelibus, ad quos praesentes literae pervenerint, nos miseratione divina Andreas, archiepiscopus Antibarensis, Guillelmus Soltanensis[a], Venutus Catacensis, Franciscus Firmanus, Franciscus Perusinus, Guillelmus Sagonensis, Thomas Gerapotensis, Johannes Arcadensis, Guillelmus Castellanus, Vitalis Adjacensis, Gregorius Veltrensis et Nicolaus Diravestrensis, episcopi, salutem in Domino sempiternam.

Splendor paternae gloriae, qui sua mundum ineffabili illuminat claritate, pia vota fidelium in sua clementissima majestate sperantium, tunc praecipue benigno favore prosequitur, dum ipsorum devota humilitas sanctorum suorum meritis et precibus adjuvatur. Cupientes igitur, ut monasterium S. Mariae in Glindtfeldt et ecclsia S. Petri in Medebecke dicto monasterio annexa, Coloniensis dioecesis, congruis honoribus frequententur, frequenter et a Christi fidelibus jugiter venerentur, omnibus vere paenitentibus et confessis, qui ad dictum monasterium et ecclesiam in festivitatibus ipsorum sanctorum, in dedicatione monasterii et ecclesiae nec in omnibus festivitatibus et singulis festivitatibus Nativitati Domini nostri Iesu Christi, videlicet Circumcisionis, Epiphaniae, Palmarum, Parasceves, Resurrectionis, Ascensionis, Pentecostes, Inventionis et Exaltationis S. Crucis, omnibus diebus dominicis et festivis Michaelis archangeli, Johannis Baptistae ac omnibus et singulis festivitatibus gloriosae semper virginis Mariae, beatorum Petri et Pauli et aliorum omnium apostolorum, evangelistarum, sanctorum Stephani prothomartyris, Laurentii, Dyonisii, Georgii, Mauritii et sociorum ejus, Martyrum decem millium martyrum, beatorum Martini, Nicolai, Benedicti, Ambrosii, confessorum, sanctarum Mariae Magdalenae, Catharinae, Margarethae, Barbarae, Luciae, Agnetis, Walburgis, Virginum undecim millium virginum, et in die beatae Elisabethae, in die Omnium sanctorum et in Commemoratione Omnium animarum et in Adventu Domini, Quatuor temporum et in octava praedictarum festivitatum octavas habentium causa devotionis vel peregrinationis vel orationis accesserint annuatim, aut qui in extremis laborantes dicto monasterio et ecclesiae quidquam suarum legaverint, donaverint facultatum, seu qui Corpus Christi vel oleum sanctum, cum portantur infirmis devotam praebuerint comitivam, et qui infra serotinam pulsationem campani flexis genibus ter Ave Mariae devote dixerint, aut qui pro salubri statu domini archiepiscopi dictam indulgentiam confirmantis orationem dominicam cum salutatione angelica pia mente et devote dixerint, seu qui infra missam, dum nominatur nomen Domini nostri Iesu Christi et gloriosissimum nomen beatae Mariae virginis capita sua inclinaverint vel genua flexerint, saltem cordis, et qui ad fabricam, luminaria, ornamenta et alia necessaria sacerdotum et altarium manus suas porrexerint adjutrices, aut qui coemiteria dictorum monasterii et ecclesiae circumierint pro animabus ibidem sepultorum et omnium fidelium defunctorum orationem dominicam cum salutatione angelica pia mente et devote dixerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, aliorum omnium apostolorum ejus auctoritate confisi singuli nostri singulas dierum quadragenas de injunctis eis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo loci dioecesani voluntas accesserit et consensus. In quorum omnium testimonium sigilla nostra iussimus appensione muniri. Datum Avinioni apud sedem Apostolicam anno Domini M° CCC XXIIII, mensis Maii, indictione septima, pontificatus sanctissimi patris Johannis XXII anno octavo.

Abschrift vom Anfang des 18. Jahrh., StAM, Msc. VII 5910, Bl. 1149 (365), Abschrift angefertigt von dem aus Medebach stammenden Adam Bockskopf aus dem Pfarrarchiv und Stadtarchiv Medebach in den Jahren 1704–05, vom StAM erworben aus dem Nachlaß von Seibertz; Regest: Sauerland, Vat. Regesten V 1295, S. 520; REK IV Nr. 1501.

[a]) In der Vorlage „Voltamensis vel Soltamensis".
[1]) Südlich von Podgorica, Montenegro.

2083

1324 Mai 1

Der Knappe Gerwin von Thunen schenkt einen Garten in Lunenborch[1] bei Werl, der jährlich zwei Schillinge einträgt und den der Werler Bürger Gerhard genannt Kuken zu Weichbildrecht innehat, dem Pfarrer in Werl und seinen Kaplänen. Außerdem schenkt er dem Propst und dem Konvent in Wedinghausen eine Rente von 3 1/2 Scheffeln Gerste, die ihm bisher aus den Gütern des Johannes in Antford[2] entrichtet wurde. Dafür haben diese zu Werl und zu Wedinghausen das Jahresgedenken für die Eltern des Schenkers, für diesen selber und alle, denen er verpflichtet ist, zu begehen.

Universis presentia visuris et audituris ego Gerwinus de Thunen, famulus, recognosco in hiis scriptis publice protestando, quod ex pleno consensu mee uxoris secundarie Elisabeth, Florencii, Gerhardi, Her-

manni, liberorum meorum, et omnium meorum heredum verorum et legitimorum ortum meum situm in Lunenborch apud Werle annuatim solventem II solidos bonorum denariorum, quem tenet Gerhardus dictus Kuken, opidanus in Werle, ad ius, quod vulgariter wicbolderecht dicitur, dedi et assignavi plebano in Werle et suis capellanis, quicumque pro tempore fuerint, libere et absolute perpetuo possidendum. Et dictos duos solidos plebanus et sui capellani predicti percipient singulis annis in festo beati Martini episcopi ad usum suum convertentes. Item ego Gerwinus predictus uxoris mee et aliorum heredum meorum predictorum ac etiam Hedenrici, fratris mei, uxoris sue et heredum suorum omnium consensu dedi et assignavi religiosis viris preposito et conventui ecclesie in Wedinchusen pensionem trium scepel ordei cum dimidio Hamonensis mensure, que mihi hactenus in Parasceve solvi consuevit ex bonis totalibus Iohannis quondam in Antforde libere et absolute possidendam et in pitantiam conventus convertendam, quam[a] habebit in die proxima et immediate sequente post festum Epiphanie Domini, quando anniversarius et memoria parentum meorum, mei ipsius ac predictorum Deo vocante et aliorum omnium, pro quibus debitor sum, missis, et vigiliis utrobique tam in Werle quam in Wedinchusen solempniter ab ipsis fratribus peragetur. Ut omnia et singula firma et inconvulsa permaneant premissa, sigillum meum duxi apponendum. Datum anno Domini M° CCC° XXIIII°, in die apostolorum Philippi et Iacobi beatorum.

Abschrift vom Ende des 15. Jahrhunderts, StAM, Msc. VII 5737 (Kopiar des Klosters Wedinghausen) Bl. 100.

[a]) Vor dem Wort ein gestrichenes „h".
[1]) Sonst nicht nachzuweisen; [2]) desgl.

2084

1324 Mai 2

Vor dem Rat zu Lippstadt erklärt Goswin Schlingworm, er habe seinen Teil der Güter zu Lohe[1] auf Bitten des Priesters Johann genannt Scelen dem Abt und Konvent des Zisterzienserklosters Bredelar geschenkt. Der Abt zu Bredelar verkauft nun diese Güter an das Zisterzienserinnenkloster Benninghausen.

Universis presentem litteram visuris vel etiam audituris nos .. consules Lippenses recognoscimus et publice protestamur, quod comparuit coram nobis Goswinus dictus Sclincworm habito pleno consensu et voluntate Gertrudis, uxoris sue, Andree, Bertoldi, Thome, Antonii, Conradi, filiorum suorum, et omnium heredum suorum recognovit se propter Deum ad instantiam Iohannis dicti Scelen, presbiteri, partem bonorum suorum dictorum Rûlveslo, prout situata sunt, cum omnibus pertinenciis suis et iure religioso viro ac honorabili domino Henrico, .. abbati in Breydelar, .. ceterisque religiosis personis et .. conventui ibidem ordinis Cistersiensis legitima donatione dedisse et resignasse. Preterea et nos iam dictus .. abbas post hanc donationem cum consensu et plena voluntate totius .. conventus nostri recognoscimus, ut supra, et protestamur per presentes, quod predicta bona Rûlveslo, quemadmodum nobis donata fuerunt, videlicet cum omnibus pertinentiis et iure vendidimus pro quadam pecunie summa nobis tradita et soluta Gertrudi, religiose domine claustri in Benekinchusen .. abbatisse ordinis Cistersiensis predicti, totique .. conventui ibidem, nichilominus resignantes simpliciter et expresse predicta bona iusta venditione ad usus .. conventus supradicti. In cuius rei testimonium nos Henricus, dictus .. abbas, in signum venditionis dictorum bonorum pro nobis et nostro conventu predicto sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto. Et nos .. consules Lippenses predicti in signum donationis sepedictorum bonorum et ad peticionem Goswini, Gertrudis, eius uxoris, ac omnium heredum suorum predictorum similiter sigillum nostrum presentibus duximus apponendum et est appensum. Actum presentibus Iohanne Geselbracht et Rodolfo de Monasterio, proconsulibus Lippensibus, Petro de Sancto Trudone, Frederico dicto Kuninc, Werensone Serdone, Bernardo et Iohanne de Langeken, Ecberto de Buren, Gerhardo de Kappele, Hermanno Havikhorst, Euerhardo de Brikensele, Henrico de Dystede, Conrado Menrekinc ac aliis .. consulibus Lippensibus supradictis. Datum crastino die beatorum Philippi et Iacobi, apostolorum, anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo quarto.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen, Urk. Nr. 154, Siegel des Abts von Bredelar (WS 125,5) und der Stadt Lippstadt (restauriert, WS 68,6) mit Rücksiegel (WS 74,7) anhängend; Rückvermerk (18. Jahrh.): ... in Rulefflohe, K. Horn; *Abschrift des 16. Jahrh., in Benninghausen, Akten Nr. 313 (ehemals Msc. VII 5724), Bl. 54; erwähnt im Lagerbuch Benninghausen, Akten Nr. 319 (ehemals Msc. VII 5734) Bl. 38 (bzw. 68):* gudere in dem Loen, vor tydes genant Rundeslon, der hebbe wy eyn theil gekofft von dem abte von Bredeler vor eyne summe geldes gelyck der breve uthwysen, des wy noch den domheren to Paderborn gevet 3 1/2 s(chiling) alle yare. Dit is geschen in den yaren dusent drehondert unde veer unde twyntich; *Druck: WUB IX Nr. 2453.*

[1]) Im Kirchspiel bzw. nordwestlich von Horn; zum Ankauf der Höfe vergl. Urkunden von 1313 Juli 28 (WUB XI Nr. 1052).

2085

1324 Mai 8

Engelbert Graf von der Mark entläßt den Everhard, Sohn des Dietrich von der Leithen, aus seiner Ministerialität und überläßt ihn als Ministerialen der Äbtissin zu Essen. Dafür erhält er im Tausch den Dietrich von Husen.

Nos Engelbertus comes de Marka universis presencia visuris et audituris notum facimus, quod Everhardum, filium Theoderici de Lethene, militis, nostrum ministerialem, a iure ministerialitatis, quo nobis fuerat astrictus, manumisimus et ipsum .. venerabili domine nostre .. abbatisse ecclesie Assindensis in suum et ecclesie sue ministerialem transferentes damus per presentes, recipientes nichiliominus ab eadem Theodericum de Husen in nostrum ministerialem iusto et debito permutationis titulo pro eodem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum feria tercia ante Pancracii anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo quarto.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen, Urk. Nr. 314, Siegel ab; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 117, B. 191.

2086

1324 Mai 8 Godesberg

Erzbischof Heinrich von Köln bestätigt den Ablaßbrief eines Patriarchen, zweier Erzbischöfe und mehrerer Bischöfe (für das Hospital in Unna)[1] und den Ablaßbrief des Bischofs Jacob von Oesel[2] und fügt noch einen Ablaß von 40 Tagen hinzu.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes litere pervenerint, Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam cancellarius, salutem in Domino sempiternam. Indulgencias venerabilium patrum patriarche, archiepiscoporum et episcoporum, quorum literis super eisdem confectis hec scedula est transfixa, nec non venerabilis domini Iacobi episcopi Osiliensis, prout rite sunt concesse, ratas habuimus atque gratas ac de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, meritis et auctoritate confisi quadraginta dies indulgentiarum eisdem in forma consimili superaddimus per presentes. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus appendendum. Datum in Gundesberg anno Domini M° CCC° XXIIII, octava die mensis Maii.

Abschrift des Transfixes aus dem 15. Jahrh., StAM, Stadt Unna (Dep.), Papier, auf demselben Blatt wie der Hauptbrief; Regest: REK IV Nr. 1451.

[1]) Vom Jahre 1321; [2]) in Livland.

2087

1324 Mai 21 Juli 25

Engelbert Graf von der Mark belagert und erobert Schloß Volmarstein mit Hilfe des Königs von Böhmen, des Grafen von Hennegau und des Grafen von Berg. Die zu Soest und Werl befindlichen Truppen des Erzbischofs wagen wegen der sich zu Unna aufhaltenden Truppen des Bischofs von Lüttich nicht einzugreifen.

... comes Engelbertus castrum de Volmenstene feria II[a] ante festum Ascensionis Domini obsidet et in festo sancti Iacobi intrat et destruit. In qua quidem obsidione rex Boemie et comes Hanonie motu proprio venerunt, et tam ipsi quam comes de Monte usque in finem fideliter astiterunt, archiepiscopo Coloniensi cum comite de Verneborch et alia sua gente interim in Susato et in Werle moram facientes et intendente castrum ipsum ab obsidione liberare, si potuisset: Sed episcopo Leodiensi interim cum valida gente de terra Leodiensi in opido de Unha pro custodia terre existente, archiepiscopus et gentes sue terram comitis non audebant intrare.

Wiedergabe nach Zschaeck, Levold S. 69; vergl. REK IV Nr. 1454 mit Hinweise auf zahlreiche Erwähnungen des Ereignisses, vergl. ferner u.a. Staatsbibliothek Berlin, Ms. boruss., quart 155 Bl. 70v; desgl. Ms. boruss., fol. 573, Bl. 47; Nederhof, Chronikon Tremoniense Bl. 36; von Steinen, Westphälische Geschichte I S. 187 (nach Northof und Stangefol); zu den Erwähnungen in der Literatur vergl. Krumbholtz, UB Volmerstein Nr. 317, S. 119.

2088

1324 Mai 24

Dietrich Sobbe verspricht dem Rat und den Bürgern zu Dortmund, gegen ihre Feinde mit Knechten zwei Jahre für 100 Mark Beistand zu leisten, mit Ausnahme des Grafen von der Mark und des Konrad von Lindenhorst.

Allen, de dessen bref sent ande hûrent lesen, si cundich, dat ic Dideric Sobbe umbe vrentschap ande gunst des rades ande der borgere to Dortmunde hebbe mi verbunden mit en in trowen, gesekert ande gesworen en to helpene ande bi to stande selve derde mit knechten ande mit platen, dar en an genoge, under minre cost, van nesten Pinkesten bit over twe iar kegen alle, de nu ere viande sint, ande de hir en binnen nin recht van en nemen en wellet, utgesat den greven van der Marke ande Conrade van Lindenhorst, umbe hundert marc, der ic viftich hebbe entfancgen, ande viftich sal ic hebben, wanner de tit gesleten is. Vortmer sal ic al ere dage hir en binnen halden, dar ic to geladen werde, ande wanner ic verbodet werde, so solen Conrat Cleppinc de olde ande Kerstian van Henxtenberge mine perde besen, dar umbe wat ic der verlûre efte verdervede in der stades denste, de solde mi de stat belecgen na der twier borger secgen, ande dar an sal ic mi genogen laten. Vortmer wat ic gevancgenen crige, de sal ic der stat op antworden, doch also, dat se der nicht entliven, sunder de have der vancgenen de sal men under der cumpenie buten. Vortmer were dat sake, dat ic binnen desser tit storve, dat Got beware, so sold ic setten in mine stede Engelbert, minen neven, hern Gerwines sone van Althona, efte enen anderen vromen man, de sic vorbunde in alle deser formen, efte ic solde der stat des geldes af slan na der tit, alse dat geborde, ande dat solde stan in willen der stades. In orcunde and in stedecheit alle desser rede heb ic dessen bref mit minen ingesegele besegelet, des donredages vore Urbani in den iare unses Heren 1324.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 189, Siegel des Sobbe (Bild: drei breit gezackte Blätter) anhängend; Druck: Dortmunder UB I Nr. 418, S. 291; Regest: Fahne UB I Nr. 87, S. 110.

2089

1324 Mai 28 Anröchte

Der Knappe Everhard von den Hagen belehnt Johannes, den Sohn des + Rostocker Bürgers Johannes Vogt, mit einer Hufe zu Enkesen[1]. Der Mutter des Johannes, Wybeken, gewährt er den Nießbrauch an der Hufe.

Notum sit omnibus et singulis presentes litteras visuris et audituris, quod ego Euerhardus dictus van den Hagen, famulus, mansum unum situm in Edinchusen in parrochia Sweue cum suis attinentiis quibuscumque concessi et porrigo in hiis scriptis Iohanni, filio Iohannis Voget felicis recordationis, civis in Rostocke, tytulo feodi absoluti. Et Wybeken, matri iam dicti Iohannis, concessi in dicto manso usufructum modo debito et consueto. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Testes huius rei sunt domini Bertrammus, plebanus in Meldrike, Gerhardus, plebanus in Anrogthe, Hermannus, cappellanus iam dicti domini Gerhardi, item Iohannes van der Heghe, Helmicus dictus Valsere, Hermannus de Anrogthe, Theodericus de Volkelinchusen, Gobelinus de Aflen iunior, Conradus dictus de Zweue et ceteri fidedigni singuli et omnes, exceptis dumtaxat sacerdotibus predictis, per me loco vasallorum rogati et electi. Actum et datum in Anrogthe anno Domini M° CCC^{mo} XX^{mo} quarto, feria secunda proxima post Ascensionem Domini nostri.

Ausf., Perg., StAM, Soest-Köln, Urk. Nr. 16, Siegel des Ausstellers (großer Teil abgebrochen, WS 219,13) abhängend.

[1]) Enkesen im Bruch, südlich von Schwefe bzw. etwa 5,5 km westlich von Soest.

2090

1324 Juni 2

Vor dem Ritter Friedrich von Brenken läßt Werenso genannt von Persminchusen, Bürger zu Geseke, dem Helmich genannt Rump, ebenfalls Bürger zu Geseke, eine an diesen verkaufte halbe Hufe Ackerlandes beim Dorf Störmede[1], umfassend 15 Morgen und eine Ruthe, und einen Markenanteil im Störmeder Lo auf. Der Ritter überträgt die von ihm abhängigen Güter dem Käufer zu Hausgenossenrecht.

Nos Fredericus dictus de Brenken, miles, notum esse volumus universis lucide protestando, quod Werenso dictus de Persminchusen, oppidanus in Gesike, et Walburgis, eius legitima uxor et omnes eorum liberi, videlicet Renfridus, Hermannus et Gertrudis, constituti coram nobis recognoverunt unanimiter se Helmico dicto Rump, oppidano ibidem, et Hadewigi, sue legitime uxori, et omnibus eorum veris heredibus dimidium mansum agrorum situm circa villam Stormede, continentem quindecim iugera et unam virgam agrorum necnon et unam echtwort in silva dicta Stormederlo sitam, que bona a nobis dependent eo iure, quod ius apud vulgus husgenoten recht appellatur, cum universis horum bonorum pertinentiis legitime vendidisse perpetuo hereditarie possidenda. Resignaverunt quoque rite et rationabiliter dicti venditores coram nobis bona prenarrata, renunciantes in perpetuum omni iuri, quod habuerunt in eisdem. Et nos eadem bona Helmico et Hadewigi predictis et Hermanno et Gerhardo, eorum filiis, modo debito et consueto contulimus possidenda hereditarie perpetuis temporibus iure prenarrato. In quorum testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Ceteri quoque testes, qui premissis, cum fierent, affuerunt, sunt Renfridus dictus Brakenbusch, Albertus dictus Cappenberch, Hermannus, filius .. dicti Fȇtere de Zoltkoten et alii quam plures viri fidedigni. Datum in vigilia Pentecostes, anno Domini M° CCC° vicesimo quarto.

Ausf., Perg., StAM, Stift Geseke, Urk. Nr. 46, Siegel des Ausstellers (WS 251,20) abhängend; Druck: WUB IX Nr. 2460.

[1]) Etwa 4 km westlich von Geseke.

2091

1324 Juni 11

Der Knappe Konrad von Ense genannt Kegelere erklärt, er habe das Kloster Himmelpforten und dessen Sachwalter unrechtmäßig wegen der Güter zu Ense[1], die sein Vater und sein Onkel väterlicherseits an das Kloster verkauft hatten, bedrängt, indem er vorgab, beim Verkauf sei seine Zustimmung nicht eingeholt worden. Nunmehr versichert er, daß er dem Verkauf damals, noch unverheiratet und ohne Kinder, durchaus zugestimmt habe.

Ego Conradus de Ense famulus dictus Kegelere notum facio universis tenore presentium publice protestor, quod, cum ecclesiam Porte Celi ac provisores eiusdem ratione bonorum quorundam in Ense impetivimus aliqotiens minus iuste dicendo, quod pater meus et patruus meus eisdem religiosis personis .. domine abbatisse et conventui dicte ecclesie iamdicta bona vendiderint consensu meo et voluntate ad hoc minime accedente, quodque predicta bona numquam resignaverimus coram aliquo iudicio vel alias et propter hoc ius michi competeret in eisdem, ego ne propter impetitionem sic per me factam heredes mei contra dictum monasterium Porte Celi in posterum materiam habeant malignandi, dico et protestor, sicut supra, quod tempore venditionis eorundem bonorum renuntiavi eisdem liquide et expresse ac omni iuris suffragio ecclesiastici vel civilis, quod michi vel meis heredibus quibuscumque ad impetendum dictum monasterium posset quomodolibet suffragari. Nec etiam hoc lateat universis, quod tempore dicte venditionis ac mee voluntarie resignationis exstiti nichilominus sine liberis et uxore. Quod sub sigillis discretorum virorum domini Henrici de Binole, militis, et Henrici dicti Wreden, famuli, dapiferi nobilis viri domini .. comitis de Arnsberg, que presentibus apponi petivi, quia proprio carui, omnibus, quorum interest, decrevi intimandum. Datum anno Domini M° CCC° XX°IIII, in die beati Barnabe apostoli.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten, Urk. Nr. 94, Siegel des von Binolen (WS 196,11) und des de Wrede (Bild: Ring, der mit fünf Rosen besteckt ist, beschädigt) abhängend.

[1]) Ober- und Niederense (8 bzw. 9 km südöstlich von Werl).

2092

1324 Juni 15

Dompropst Werner und das gesamte Domkapitel in Paderborn bekunden, daß der Knappe Goswin genannt Schlingworm, der eine Hufe Ackerlandes zu Lohe[1] an Äbtissin und Konvent des Zisterzienserinnenklosters Benninghausen verkauft hat, von dieser Hufe an den Domscholaster Friedrich von Retberg als den jetzigen Inhaber der Obödienz Ostheim[2] als Zins jährlich fünf Schillinge entrichten mußte[3]. Diese Verpflichtung obliegt nun dem Kloster Benninghausen.

Nos Wernherus Dei gratia prepositus, Ludolfus, decanus, totumque capitulum ecclesie Paderburnensis tenore presentium recognoscimus et lucide profitemur, quod Goswinus dictus Slincworm, famulus, unum mansum agrorum nominatum Rudeslo cum omni suo iure et utilitate, quem ab ecclesia nostra pro annuo censu tenebat, ad obedientiam in Osthem, quam dominus Fredericus de Retberg, scolasticus ecclesie nostre, nunc habet, pertinentem vendidit perpetuo domine .. abbatisse et conventui in Beninckenchosen prope Lippiam Cisterciensis ordinis nostro et domini .. scolastici nostri predicti beneplacito accedente et consensu pacifice possidendum. De quo quidem manso .. abbatissa et conventus in Beninckenchosen dabunt omni anno uni de nostris concanonicis, qui obedientiam in Osthem predictam tenet, quinque solidos denariorum Paderburni legalium in die beati Galli confessoris nomine pensionis, hac conditione adiecta, quod, si .. abbatissa et conventus predicte in solvendo huiusmodi pensionem singulis annis in die Galli, prout superius expressum est, extiterint negligentes, dominus predicte obedientie ipsis pignus accipere extunc poterit pro sua pensione solvenda sine omni indignatione eiusdem conventus, quemadmodum domina .. abbatissa predicta cum suo conventu est arbitrata. In horum robur et testimonium nostri huiusmodi consensus et ad preces domini scolastici nostri, qui dominus est eiusdem obedientie, ac Goswini dicti Slincworm antedicti sigillum nostri capituli apponi fecimus huic scripto. Datum in die beati Viti martiris anno Domini millesimo C°C°C° vicesimo quarto.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen, Urk. 155, Siegel des Paderborner Domkapitels (gut erhalten, WS 102,2) anhängend; Abschrift des 16. Jahrh. in Benninghausen, Akten Nr. 313 (ehemals Msc. VII 5724) Bl. 54v; Druck: WUB IX Nr. 2463.

[1]) Im Kirchspiel bzw. nordwestlich von Horn; [2]) Obödienz Ostheim = Hof zur Osten in Böckenförde (?); [3]) vergl. Urkunde von 1324 Mai 2 (Nr. 2084).

2093

1324 Juni 15

Äbtissin und Konvent des Zisterzienserinnenklosters Benninghausen erklären, sie seien verpflichtet, dem Scholaster des Paderborner Domkapitels, von Retberg, aus der von Schlingworm angekauften Hufe zu Lohe[1] einen Zins von fünf Schillingen zu entrichten[2].

Nos miseratione divina .. abbatissa et conventus monialium monasterii in Beninckenchosen prope Lippiam ordinis Cisterciensis presentibus protestamur, quod solvere tenemur singulis annis in die beati Galli, confessoris, domino .. de Retberg, scolastico ecclesie Paderburnensis, qui obedientiam tenet in Osthem, aut alteri, qui predictam tenet obedientiam, perpetue quinque solidos denariorum Paderburne legalium de uno manso Rudeslo nuncupato, quem a Goswino dicto Slincworm, famulo, emptionis titulo comparavimus cum pleno consensu honorabilium dominorum .. prepositi, .. decani et capituli ac domini .. de Retberg, scolastici ecclesie Paderburnensis ad predictam obedientiam pertinente, obligantes nos ad hoc, quod, si in solvendo huiusmodi quinque solidos omni anno de predicto manso nomine pensionis in die beati Galli, confessoris, prout superius est expressum, extiterimus, quod absit, negligentes, extunc dominus predicte obedientie, qui pro tempore fuerit, pignus nobis accipere poterit licite pro sua retenta pensione. In huius rei testimonium sigillum nostri conventus apponi fecimus huic scripto. Datum in die beati Viti, martiris, anno Domini M° C°C°C° X°X° quarto.

Ausf., Perg., Fürstbistum Paderborn, Urk. Nr. 504, Siegel des Konvents (WS 114,6) abhängend; Regest: WUB IX Nr. 2464.

[1]) Nordwestlich von Horn; [2]) vergl. die voranstehende Urkunde.

2094

1324 Juni 17 Strünkede

Dietrich genannt Holttoye verzichtet auf die für seine Tochter Ludgardis erworbene Präbende im Kloster Flaesheim, da sie unrechtmäßig an ihn gekommen ist.

Omnibus presentia visuris ego Tydericus dictus Holttoye cupio fore notum publice protestando, quod prebendam, quam magistra et conventus ecclesie in Vlarshem Ludgardi, filie, contulerunt, ad manus dicte magistre et conventus de voluntate et consensu ipsius Ludgardis trado et resigno voluntarie in hiis scriptis, maxime quia eam nimis iuste laborando acquisivi. Datum et actum Strunckede anno Domini M° C°C°C° XXIIII°, ipso die octava trinitatis, presentibus Rotghero de Dongelen, Rotghero Quast et Gerhardo de Lynnebecke, famulis, et aliis quam pluribus fide dignis. In cuius rei testimonium sigillum meum presentibus est appensum.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich Arenbergisches A, Urk. III Nr. 84 (Flaesheim), Siegel (beschädigt) abhängend.

2095

1324 Juni 17 London, Tower

König Eduard II. von England verleiht dem deutschen Kaufmann Hildebrand Sudermann[1] bis auf Widerruf die Vorrechte des Indigenats für dessen Handel in England unter der Voraussetzung, daß er die entsprechenden Abgaben entrichtet (ita tamen, quod nichil nobis decidat de custumis nobis debitis in hac parte).

desgl. dem Ludekin le Longe.

Wiedergabe nach Kunze, Hanseakten aus England Nr. 79 und 80, S. 58 (Public Record Office, London, Pat. R. 17 Edw. II. S. 2 m 5).

[1]) Aus Dortmund.

2096

1324 Juni 27 Avignon

Erzbischöfe und Bischöfe verleihen dem Kloster Annenborn[1] einen Ablaß.

Universis presentes litteras inspecturis nos miseratione divina Andreas Antibarensis, Guilelmus Soltaniensis, archiepiscopi, Stephanus Lubucensis, Olaus Reveliensis, Joannes Roskildensis, Thomas Gerapetrensis, Joannes Ardachadensis, Guilelmus Civitatis Castellanensis, Gregorius Feltrensis, Nicolaus Dirmastensis, Guilelmus Sagonensis, Venantius Catbacensis, episcopi, salutem in eo, qui est omnium vera salus. Splendor paternae gloriae, qui suum mundum illuminat ineffabili claritate, pia vota fidelium de ipsis clementissima maiestate sperantium tunc praecipue benigno favore prosequitur, cum devota ipsorum humilitas sanctorum meritis et precibus adiuvatur. Cupientes igitur, ut monasterium beatae Mariae virginis et sanctae Annae in Annenborne, sanctorum Felicis et Adaucti in Annenborne Coloniensis dioecesis congruis honoribus frequentetur et a Christi fidelibus iugiter veneretur, omnibus vere paenitentibus et confessis, qui ad dictum monasterium in festivitatibus infrascriptis, videlicet Natalis, Circumcisionis, Epiphaniae, Coenae, Parscevis, Resurrectionis, Ascensionis Domini, Pentecostes, Corporis Christi et Sanctae Trinitatis, in omnibus festivitatibus beatae Mariae virginis, Omnium Sanctorum et in Commemoratione animarum, Nativitatis et Decollationis sancti Ioannis Baptistae, sancti Crucis, Michaelis archangeli, beatorum Petri et Pauli atque Jacobi Philippi et Andreae, apostolorum, Lucae, Joannis et Marci, evangelistarum, sanctorum Felicis et Adaucti, Laurentii, Vincentii, Georgii, Anthonii, Cornelii et Cypriani, Fabiani et Sebastiani ac sanctorum Innocentum, Stephani protomartyris, sanctorum Nicolai, Martini, Gregorii, Augustini, Brictii, Blasii, Cuniberti, Hieronymi, Remigii, Aegidii et Gereonis, confessorum, sanctarum Annae, Catharinae, Mariae Magdalenae, Agnetis, Margarethae, Agathae, Gertrudis, Luciae, Caeciliae, Undecim Milium virginum, in dedicatione ipsius monasterii ac singulis diebus dominicis totius anni causa devotionis, peregrinationis aut orationis accesserint nec non, qui ad fabricam, luminaria, ornamenta aut alia dicti monasterii necessaria manus porrexerint adiutrices aut qui in extremis laborantes quicquam dicto monasterio aut personis inibi Deo servientibus suarum legaverint facultatum seu qui missis, praedicationibus aut aliis divinis officiis in dicto monasterio interfuerint, quotiescumque praemissa vel praemissorum aliquod devote fecerint, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum eius, auctoritate confisi singuli nostrum quadraginta dies de iniunctis iis paenitentiis misericorditer in Domino relaxamus, dummodo dioecesani voluntas ad id accesserit et consensus. In quorum omnium testimonium presentes litteras sigillorum nostrorum iussimus appensione muniri. Datum Auinione V. kalendas Iulii, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto.

Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii Bd. III Bl. 179; Abschrift des 17. Jahrh., StAM; Msc. II 40 (Sammlung Kindlinger) S. 684; Abschrift des 19. Jahrh., St. Walburgis Urk. Nr. 79a.

[1]) In Waltringhausen, Gemeinde bzw. westlich von Anröchte.

2097

1324 Juli 4

Der Lippstädter Bürger Odelricus genannt Ascheman verkauft für acht Mark eine Rente von sechs Schillingen aus seinem Haus und der Hausstätte in der Stadt Lippstadt, die ehemals Hermann genannt Espenlo auf dem Klingenberg gehörten, an den Soester Bürger Arnold genannt Scotte.

Coram universis presentem literam visuris vel audituris ego Odelricus dictus Ascheman recognosco opidanus Lippensis, quod habito pleno consensu et voluntate Gertrudis, uxoris mee, et Webelmodis, domine mee, redditus sex solidorum denariorum Lippie usualium et bonorum tollendos singulis annis duobus terminis, videlicet tres solidos quolibet festo beati Mychaelis, alios vero tres solidos quovis festo Pasche ex domo mea et area, prout situata est cum omni iure in oppido Lippensi quondam Hermanni dicti Espenlo vppen

Clyngelenberghe pro octo marcis denariorum predictorum numeratis, traditis et solutis Arnoldo dicto Scotten, civi Susatiensi, eius uxori ac eorum heredibus rite et rationabiliter vendidi hereditarie et perpetualiter possidendos. In cuius rei testimonium ego dictus Odelricus sigillum meum pro me et uxore mea predictis apposui huic scripto. Et nos Henricus dictus Goete et Conradus Pagencam, opidani Lippenses, ad petitionem .. predictorum, videlicet Odelrici, uxoris sue ac .. domine sue sigilla nostra presentibus duximus apponenda in testimonium premissorum. Datum anno Domini M° CCC^mo vicesimo quarto, ipso die beati Odelrici.

Ausf., Perg., StAM, Rentamt Soest, Urk. Nr. 2, Siegel des Aschemann (Bild: Hausmarke) und des Goete (beschädigt, im Bild ebenfalls Hausmarke) abhängend, das dritte Siegel ab.

2098

1324 Juli 7 Hamm

Die Äbtissin und der Konvent in Freckenhorst verzichten in ihrer Auseinandersetzung mit der Äbtissin und dem Konvent des Zisterzienserinnenklosters Kentrop gegen eine Abfindung auf Renten und Güter zu Wambeln[1].

Dei gratia abbatissa et conventus monasterii in Vrykenhorst .. universis Christi fidelibus, ad quos presentes littere pervenerint, orationes in Domino salutares. Tempora, cum pretereunt, acta fidelia, ne pretereant, necessarium est, ut scriptis signis et testibus perhennentur. Hinc est, quod pro utilitate ecclesie nostre probata super quadam discentione durante inter nos et in Christo devotos abbatissam et conventum in Keynctorpe ordinis Cysterciensis ratione cuiusdam pensionis quorundam et bonorum maturo consilio peritorum concordavimus cum eisdem recipiendo quandam summam pecunie nobis numeratam dimisimus et dimittimus dictos abbatissam et conventum tali pensione bonorum, videlicet in Wanebôlen qualicumque nobis danda in perpetuum quitos et solutos effestucantes et resignantes simpliciter et in toto omnis iuris seu impetitionis ecclesiastice seu civilis predictorum bonorum ad manus abbatisse et conventus predictorum premissa sigillis hiis appensis protestantes. Datum et actum in Hammone presentibus viris honorabilibus dominis Th., plebano in Euerswinkele, Cesario, plebano ecclesie nostre, Wilhelmo, plebano in Hammone, Hermanno de Sendenhorst et Euerhardo dicto Hanen, sacerdotibus, Iohanne dicto Klot, Engelberto de Herborne et Conrado, nato suo, Th. dicto Harmen, Godefrido dicto Vûlenspiit, militibus, Iohanne de Nehem, Wescelo de Galen, Themone de Horne, Th. dicto Harme, Dythmaro Diuite, Th. de Herringhen, Iohanne dicto Sprinke, Rotgero dicto Klot, Iohanne de Stromberg, famulis, cum pluribus fide dignis anno Domini M° CCC^mo XX° quarto, sabbato post octavas Iohannis Baptiste.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Kentrop, Urk. Nr. 36, Siegel der Äbtissin von Freckenhorst[2] *(WS 127,5) anhängend, das 2. Siegel ab; Abschrift des 18. Jahrh., Kentrop Nr. 495 Bl. 11; desgl. Abschrift Kindlingers um 1800, Msc. II 49, S. 12; Regest: WUB VIII Nr. 1769.*

[1]) Südöstlich von Hamm bei Rhynern; [2]) Lisa von Bentheim.

2099

1324 Juli 7 Soest

Erzbischof Heinrich von Köln, dem der Ritter Dietrich von Mederike seine Burg Mederike[1] *als Lehen und Offenhaus aufgetragen hat, verspricht dem Ritter bis zu Lichtmeß die Zahlung von 100 Mark.*

Nos Henricus Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus, quod, cum Theodericus de Mederiche[a], miles, nobis castrum suum Mederiche supraportaverit pro aperto ligio castro nostro, nos volentes suam in hac parte fidelitatem respicere, promittimus eidem dare et solvere in festo Purificationis beatae Mariae virginis proxime futuro centum marcas denariorum Susatiensium, hoc adiecto, quod si hoc non fecerimus, extunc huiusmodi supraportatio nobis facta cesset, et ipse castrum suum praedictum seu mansionem eo iure teneat, quo ante supraportationem praedic-

tam ipsum habuit et tenebat, dantes sibi has nostras literas nostro sigillo sigillatas in testimonium super eo. Datum Susati anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quarto, in crastino octavarum beatorum Petri et Pauli apostolorum.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Herzogtum Westfalen, Landesarchiv Nr. Nr. 637 (Prozeß Waldeck ./. Kurköln) Bl. 119 (A); Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii Bd. III Bl. 79 (B); Druck: Spilcker, Everstein Nr. 341a, S. 291; Regest: REK IV Nr. 1468; WUB IX Nr. 2480.

a) In B „Medericke".
1) Ehemals zwischen Volkmarsen und Herbsen.

2100

1324 Juli 13

Die Äbtissin Gertrud des Zisterzienserinnenklosters Benninghausen und ihr Konvent übertragen die Eickhoff[1] genannten Güter in Göttingen dem Lippstädter Bürger Hermann von Gutingen gegen einen Zins von sechs Schillingen und einem Pfund Wachs auf Lebenszeit.

Coram universis presentem litteram visuris vel etiam audituris nos Gertrudis, .. abbatissa claustri in Benekinchusen ordinis Cistersiensis Coloniensis diocesis, totusque .. conventus ibidem recognoscimus et publice protestamur, quod contulimus et concedimus per presentem hereditarie bona dicta ten Eken, prout situata sunt cum omnibus suis pertinenciis et iure in Gutingen Hermanno de Gvtingen, civi Lippensi, ac eius .. uxori, ita quod singulis annis nobis ministrabunt in festo beati Martini hiemalis pro annua pensione sex solidos denariorum Lippie usualium cum uno talento cere quo ad vitam suam. Si vero unus dictorum .. coniugum discesserit ab hac vita, superstes ministrabit novem solidos denariorum predictorum cum uno talento cere in termino premisso. Postquam etiam ambo dicti .. coniuges ab hac vita discesserint, extunc Gerwinus, filius fratris predicti Hermanni, et eius heredes dicta bona ton Eken possidebunt et ministrabunt nobis sive eius coheredes duodecim solidos denariorum predictorum cum uno talento cere in termino premisso, videlicet beati Martini hyemalis. In cuius rei testimonium nos predicta .. abbatissa sigillum nostrum pro nobis et nostro .. conventu presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo quarto, ipso die Margarete virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen, Urk. Nr. 156, Siegel der Äbtissin (WS 129,6) abhängend; Abschrift des 16. Jahrh., in Benninghausen, Akten Nr. 313 (ehemals Msc. VII 5724) Bl. 26,

1) Eickhoff in der Bauerschaft Göttingen im Kirchspiel Liesborn (vergl. Schelhasse, Benninghausen S. 135).

2101

1324 Juli 15

Bürgermeister und Rat zu Werl beklagen sich über die von Truppen des Erzbischofs von Köln in ihrer Stadt durch Raub und Brand angerichteten Schäden, die sie auf 2400 Mark beziffern.

De dinch, de sceyt in der tyt, oppe dat se nicht eyn vorgan mit der tyt, so pleghet men se to bescrivene unde liggende orkunde to hebbende oder levendeghe orkunde to hebbende. Hir umbe zo do wi, de borgere meystere kundich van Werle unde de meyne rat, allen den ghinen, de dissen bref seyn ande horen, van den dingen, die sceyn sint in unser stat unde buten der stat. To deme eyrsten gesceyde, dat eyn orleghe was tüscen deme biscoppe van Colne an eyme deyle unde deme greven van der Marcke ame anderen deyle. Unde baden uns uses heren ametlude van Colne, dat wi sine vront inlaten wolden, unde zickerden uns an güden trowen, dat se uns geyneghen scaden don wolden. Dar eyn boven ghesceyde, dat se uns namen in der stat allet, dat se mochten an koygen, an swinen, an scapen, an calveren, an honren. Umme de missedat, so gave wi deme greven van Verneborgh zestich marc, wort vlescghes umme woldat unde oppe, dat he uns eynen vrede des

makede. Dar en boven ghescede, dat se unse porten op scloghen unde unse plancken unde vorden unse korn dar in vor unsen oghen unde namen dat mit weytliken dincgen. Dar en boven so hof eyn kyf na dissen dincgen van armen luden tuscen unsen borgheren ande den gesten, also dat se sich hopeden mit eren vronden unde scloghen uns unde unse borghere, wif unde man, in gûden trowen und unse spise in erme live hadden, bit in den dot, koygen de hovede af, swinen unde scapen, calveren unde lamberen; unse stat an ver enden enfengeden mit vûre ande se branden unde ere bannyr an ver enden oppe de porten stickeden. Na dissen dincgen, do dit gescen was unde eyn vrede ghesproke was in den dincgen, so nam he uns unde unse borghere de besten waren vamme kerichove in gûden trowen unde brachte se unde uns in sin behalt, unde hetten uns oppe dat hus gan unde unse were van ons leggen unde unse tûchgh. Na dissen dincgen so name wi scaden in unser stat an gude unde buten der stat an korne wol to verentwintich hundert marcen, vortmer unse korn over de mû ren toghen, mit repen de plancken ût schlogen vor unsen oghen. Disse dinch de ghesceden in deme iare, also alse man scrivet na unses heren Godes bort dusent iar drehundert iar in deme veren twintigeysten iare, in Divisione apostolorum. Al unse nakomelincge unde unse vorvaren denken an disse vorsprokene dinch, also hir vor bescriven.

Wiedergabe nach dem Druck von Troß, Levolds von Northof Chronik der Grafen von der Mark, 1859, S. 339, nach einer angeblich im Besitz des aus Werl stammenden ehemaligen Benediktiners Ferdinand Franz Anton Tyrell befindlichen Ausfertigung; Regest: REK IV Nr. 1471; INA, Stadt Werl, Urkunden Nr. 6a, S. 6.

2102

1324 Juli 20 Sassendorf

Erzbischof Heinrich von Köln macht den Edelherrn Simon zur Lippe zum Burgmann in Rüthen und Hovestadt und weist ihm als Burglehen eine Rente von 60 Mark aus der Bede zu Geseke an. Dafür hat für ihn je ein Mann auf den beiden Burgen sich aufzuhalten. Beide Seiten versprechen einander Beistand.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Heinricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus, quod nos attendentes fidelia et utilia obsequia, que nobilis vir Symon dominus de Lippia nobis et ecclesie nostre impendit ipseque et sui heredes impendere poterunt in futurum, ipsum nostrum et ecclesie Coloniensis fecimus et facimus castrensem in castris nostris et ecclesie Coloniensis Ruden et Houestat, deputantes eidem ob hoc sexaginta marcarum redditus denariorum Susaciensium in instanti festo beati Michaelis et extunc quolibet anno in eodem festo et absque captione infra festum beati Martini sequens de petitione nostra in Geseke sibi dandos et absque dilatione aliqua ulteriori ab eisdem opidanis nostris in Geseke percipiendos, sic quod pro quolibet castro habeat triginta marcarum redditus de denariis predictis et in quolibet castro eorundem unum castrensem residentem loco sui more castrensis ipseque et heredes sui nobis, successoribus nostris et ecclesie Coloniensi assistere teneantur, prout de iure castrenses nostri alii ad id sunt astricti, prout ad hoc idem dominus de Lippia se nobis et ecclesie nostre Coloniensi per iuramentum suum a se super hoc corporaliter alias prestitum obligavit. Et quicumque heres suus ipsi domino de Lippia in dominio Lippensi successerit, ille et sui heredes succedentes simili modo ipsum feodum et non alii fratres, si quos habuerit, optinebit et feodum ipsum, quociens novus heres fuerit, recipiet a nobis seu successoribus nostris sub iuramento prestando, prout in talibus est consuetum. Nos etiam et successores nostri eundem dominum de Lippia et sibi succedentem in feodo antedicto pro iure suo tenebimus, iuvabimus et faciemus eis et respondebimus pro ipsis modo in talibus debito[a] et consueto viceversa, ipsique eciam ius suum et eorum iustas causas de ipsis castris prosequi poterunt, quando eis fuerit oportunum. Condictum est eciam, quod nos aut successor noster quicumque dictos sexaginta marcarum redditus ab eodem domino de Lippia vel suo herede quocumque redimere poterimus pro sexcentis marcis eiusdem pecunie, quandocumque hoc nobis visum fuerit expedire. Qua redemptione huiusmodi facta idem dominus de Lippia vel suus heres quicumque cum dictis sexcentis marcis bona allodialia in locis vicinioribus, que haberi possunt castris eisdem, infra annum a die redemptionis huiusmodi facte de nostro et successoris nostri scitu,

ne ad alios usus convertantur, comparabit sexaginta marcarum redditus monete eiusdem et illos pro quolibet castrorum eorundem triginta marcarum redditus nobis aut successori nostro supraportando a nobis vel successori nostro pro feodo castrensi sub forma predicta recipiet et perpetuo obtinebit, omni fraude et dolo in hiis exclusis. In cuius rei testimonium et firmitatem perpetuam presentes litteras nostro et dicti domini de Lippia sigillis hiis litteris appensis fecimus communiri. Et nos Symon dominus de Lippia predictus recognoscimus omnia predicta et singula vera esse et nos et heredes nostros nobis in dicto feodo succedentes ad obsequia reverendi domini nostri domini Henrici archiepiscopi Coloniensis predicti et suorum successorum et ecclesie Coloniensis tamquam castrensis eiusdem fore perpetuo obligatos, quodque loco nostri habebimus in duobus castris predictis Ruden et Houestat duos castrenses, in quolibet eorum unum loco nostri residentes more castrensium, sicut ad id nos eidem domino nostro et ecclesie sue obligavimus sub nostro alias ipsi domino .. archiepiscopo et ecclesie Coloniensi fidelitatis prestito iuramento. Et hec eadem heres noster quicumque dominus de Lippia pro tempore existens ipsi domino .. archiepiscopo Coloniensi et suis successoribus et ecclesie Coloniensi perpetuo observabit, omni fraude et dolo in hiis exclusis, sigillum nostrum in premissorum testimonium una cum sigillo reverendi domini nostri domini Henrici archiepiscopi Coloniensis predicti hiis litteris pro nobis et nostris heredibus apponendo. Actum presentibus venerabili patre domino .. Bernhardo, Paderburnensis ecclesie episcopo, nobili viro Roperto comite de Virneburgh, marscalco Westfalie, Hunoldo de Plettinbraght, Theoderico de Honrode, .. Renfrido dicto Stenvle, .. Ludolfo, burgrauio in Strombergh, .. Ludowico Post et Conrado de Bege, militibus, .. Hildegero de Hervorde, magistro civium, Iohanne de Lunen et Arnoldo Scotten, opidanis Susaciensibus, et aliis quam pluribus fidedignis, in villa Sassendorp prope Sûsatum, anno Domini M^{mo} CCC^{mo} vicesimo quarto, feria sexta ante diem beate Marie Magdalene, que feria sexta erat^{b} XXII^{a} kalendas Augusti.

Ausf., Perg., StAM, Soest-Köln, Urk. Nr. 16b, Siegel des Kölner Erzbischofs (restauriert) und des Edelherrn Simon zur Lippe (restauriert) anhängend; Transsumpt in der Urkunde von 1494 Jan. 24 (Herzogtum Westfalen, Lehen, Specialia, Urk. Nr. 243); Regest: REK IV Nr. 1473; WUB VIII Nr. 1772.

a) Folgt durch Unterpunktieren getilgt „ut"; b) desgl. folgt „ter".

2103

1324 Juli 24 Soest

Erzbischof Heinrich von Köln erklärt, der Edelherr Simon zu Lippe, sein Burgmann und Getreuer, habe ihm dargelegt, gegen andere Behauptungen genössen seine Bürger zu Lippstadt eine Befreiung von dem im Herzogtum Westfalen zu entrichtendem Geleitgeld. Auf Bitten des Paderborner Bischofs Bernhard, des Sohnes des Edelherrn, und des Edelherrn selbst gewährt der Erzbischof diese Befreiung, da die Stadt Lippstadt auf Eigengut der Kölner Kirche liege und der Edelherr zur Lippe sie von ihm zu Lehen trage.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Heinricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus, quod, cum nobilis vir Symon dominus dominus de Lyppia, castrensis et fidelis noster, assereret, quod opidani sui Lyppenses per ducatum nostrum Westfalie cum bonis suis, de quibus conductus solvi consuevit atque dari, hac libertate hactenus sunt gavisi, quod in ducatu nostro Westfalie a donatione pecunie talis conductus sint immunes, aliis contrarium asserentibus, nos venerabilis patris domini Bernardi episcopi Paderbornensis, nati ipsius Symonis domini Lyppennsis, et ipsius Symonis precum intuitu et per ipsos, quod fundus, in quo opidum Lyppense consistit, est nostrum et ecclesie nostre Coloniensis proprietas et allodium et ipse dominus de Lyppia opidum a nobis et ecclesia nostra in feodo tenet et ab aliis nostris fidelibus et fidedignis similiter, quod ob hoc speciali in hac parte gratia sunt gavisi, etiam informati, opidum eisdem Lyppense concedimus, ut in omni eo iure et libertate, quibus opida nostra Westfalie ecclesie nostre attinentia absque conductus solutione vadunt et redeunt cum bonis suis, sic et ipsi opidani Lyppenses modo simili in ducatu nostro Westfalie ab huiusmodi conductus solutione inantea sint

immunes, dantes eis has nostras litteras nostro sigillo in testimonium super eo. Datum Sûsati anno Domini M° CCC^mo vicesimo quarto, in vigilia beati Iacobi apostoli.

Ausf., Perg., HStAD, Kleve-Mark Urk. Nr. 164a, Siegel an roten Baumwollfäden anhängend (Rhein. Siegel II, 20 Nr. 3); anhängend Transfix der Bestätigung durch Erzbischof Walram 1331 Dez. 21; Rückvermerk (15. Jahrh.,): tolvrigheit in den stichte van Colne; *Druck: Lacomblet, UB III Nr. 201; WUB IX Nr. 2484; Regest: REK IV Nr. 1475; Lipp. Regesten II Nr. 694; Schleidgen, Kleve-Mark Nr. 175, S. 174.*

2104

1324 Juli 25

Dietrich Graf von Limburg überträgt dem Knappen Dietrich Vrydach zu Kamen das Eigentumsrecht an den Lumpinch[1] genannten Gütern zu Boenen[2] und erhält dafür im Tausch das Eigentumsrecht an den Gütern Mylinchusen[3] in der Pfarrei (Kirch)derne[4].

Nos Theodericus comes de Lymborch notum facimus universis presentia visuris et audituris recognoscentes in hiis scriptis, quod cum consensu .. Euerhardi, .. Crachtes et .. Theoderici, filiorum nostrorum, ac omnium heredum nostrorum contulimus et conferimus in hiis scriptis Thiderico Vrydach, famulo moranti Camene, et omnibus eius heredibus proprietatem bonorum dictorum Lumpinch cum omnibus suis attinentiis sitorum in parrochia Boynen libere et perpetue possidendam in concambium pro proprietate bonorum dictorum to Mylinchusen sitorum in parrochia Dernen cum omnibus suis attinentiis nobis et nostris here dibus data viceversa titulo recte permutationis in premissis observato. In cuius facti evidentiam contulimus dicto Thiderico et eius heredibus presens scriptum nostro sigillo pro nobis et pro filiis nostris propria sigilla nondum habentibus roboratum. Et nos .. Euerhardus, .. Cracht et Tidericus sub sigillo .. domini et patris nostri premissa omnia presentibus approbamus. Presentes erant Gerlacus de Summeren, Engelbertus de Vresendorpe, Hermannus Kvlinch de Letmete, Iohannes de Bacchem et ceteri fide digni. Datum et actum in festo 'Iacobi apostoli anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quarto.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld, Urk. Nr. 528, Siegel des Grafen Dietrich von Limburg (restauriert, WS 31,9) anhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): Boenen, de Lumpinch; *Abschrift des 14. Jahrh., in Msc. VII 1326 Bl. 151; Regest: Limburg-Styrum II 1, Nr. 269.*

[1]) Vergl. Vahrenhold, Marienfeld, S. 174; später in Steuerlisten nicht nachweisbar; [2]) südwestlich von Hamm bzw. östl. von Kamen; [3]) sonst nicht nachgewiesen; [4]) etwa 6 km nordöstlich von Dortmund.

2105

1324 Juli 25

Friedrich Vridach von Kamen trägt dem Grafen Dietrich von Limburg sein Eigentumsrecht an den Gütern zu Mylinchusen im Kirchspiel (Kirch)derne auf und erhält dafür das Eigentumsrecht an den Lumpinch genannten Gütern: Die Güter zu Mylinchusen erhält er vom Grafen zu Lehen[1].

Nos Fridericus Vridach in Kamene, famulus, notum facio universis presencia visuris ac audituris, quod cum consensu Hildegundis, uxoris mee, Elisabeth, filie mee, et omnium heredum meorum contuli nobili viro domino Theoderico comiti de Lymborch, Everhardo, Cracht et Theoderico, filiis eius, et omnibus suis heredibus proprietatem bonorum meorum dictorum Mylinchusen sitorum in parochia Dernen in concambium pro proprietate bonorum dictorum Lumpinch, quam dictus comes et eius filii seu heredes hactenus possederunt. Insuper recepi predicta bona to Mylinchusen a predicto domino comite titulo homagii, quod vulgariter thoe manleen nuncupatur. Presentes erant Gerlacus de Summeren, Engelbertus de Fresendorpe, Hermannus Kulinck de Letmete, Johannes de Bacchem et ceteri fide digni. In cuius facti evidenciam contuli sepedicto comiti et eius filiis et heredibus presens scriptum meo sigillo roboratum. Datum et actum in festo Jacobi apostoli anno Domini M° CCC° vicesimo quarto.

Abschrift des 16. Jahrh., Fürstlich Bentheim-Tecklenburgisches A zu Rheda, Limburger Lehnskopiar Bl. 32v; Überschrift: dey guedere toe Milinchusen; *Regest: Limburg-Styrum II 1, Nr. 270.*

[1]) Vergl. die vorhergehende Urkunde von demselben Tage.

2106

1324 Juli 26 Soest

Erzbischof Heinrich von Köln macht den von ihm vorgenommenen Ämtertausch zwischen Arnold, Propst von St. Walburgis bei Soest, und Gerhard (von Virneburg), Pfarrer von St. Petri in Geseke, rückgängig. In dem wegen des Tauschs entstanden Streit zwischen Gerhard und der Priorin und den Nonnen ordnet der Erzbischof ein friedliches Verhalten an. Den Nonnen werden ihre alten Rechte zuerkannt. Sie haben aber Gerhard die ihm erwachsenen Ausgaben in Höhe von 50 Mark zu erstatten[1].

Universis presentes litteras visuris nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus, quod, dum alias permutationem fecissemus inter Arnoldum, tunc prepositum monasterii sancte Walburgis prope muros Susatienses ex una parte et Gerardum, rectorem ecclesie sancti Petri in Geseke, ex altera alterum in alterius locum transferendo, nos comperto hiis diebus permutationem huiusmodi non convenire personis sive locis iam predictis, immo eas posse in futurum plus gravari ex eadem, nos, qui ex officii nostri debito incommodis, antequam eveniant subiectorum, intendimus paterna sollicitudine obviare, permutationem de novo inter personas easdem de beneficiis, ad que translate fuerunt, fecimus, prout in litteris nostris super hoc confectis continetur. Ceterum ad restringendum odia, que inter ipsum Gerardum, .. priorissam et sanctimoniales dicti monasterii ex permutatione priori orta fuerunt et adhuc possent latius profundari, dicimus, quod omnia verbis vel factis inter prefatas partes et eorum amicis hac de causa usque in presentem diem suborta sunt, debent exnunc esse sedata et partes ipse seu amici earundem mutuo in presentia nostra renuntiare eisdem et promittere se ea non vindicare quomodolibet in futurum aliquo colore ad hoc quesito. Moniales etiam ipsius monasterii, que nobis pro ipso Gerardo obediverant, dicimus debere esse et restitui in eum statum, in quo ante permutationem ipsam erant, nec eas gravari in aliquo in futurum ob premissa. Insuper dicimus ipsi Gerardo debere refundi expensas suas a monasterio predicto, videlicet quinquaginta marcas Susatiensium denariorum, et quod quelibet partium debet alteri restituere litteras, quas alterutrim contra se habent nec eis ammodo uti in gravamen mutuum earundem debebunt. Hoc, quod eis precipimus, in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis quelibet partium alteri servabit, omni fraude et dolo exclusis. In huius rei testimonium sigillum nostrum presenti pronuntiato nostro duximus apponendum. Datum et actum Sûsati in domo fratrum Minorum anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo quarto, crastino beati Iacobi apostoli.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 80, Sekretsiegel des Erzbischofs (Siegel der Erzbischöfe von Köln 20,1) abhängend, Rückvermerk (um 1400): domini Gerhardi de Verneborgh; *Abschrift des 18. Jahrh., Msc. I 219, Bl. 63v der 2. Zählung; Regest: REK IV Nr. 1476.*

[1]) Vergl. Urkunde von 1324 Juli 31.

2107

1324 Juli 26

Adolf Graf von Berg weist dem Knappen Dietrich genannt Sobbe fünf Mark aus seinen Einkünften des Zehnten zu Meinerzhagen an. Dafür soll er ihm zur Gefolgschaft verpflichtet sein. Er soll die fünf Mark so lange beziehen, bis ihm der Graf 50 Mark zahlt. Mit dieser Summe hat er Eigengut zu kaufen, das er dem Grafen aufzutragen hat und das er von diesem zu Lehen erhält.

Nos Adolphus de Monte notum facimus universis presentes literas visuris et audituris, quod nos strennuo famulo Theoderico dicto Sobben et suis veris heredibus quinque marcas Brabant(inorum) denariorum ex annua

pensione nostra in Meynerdeshagen nobis in solutione denariorum ibidem occasione decime annuatim derivante damus et assignamus capiendas et tollendas. Pro qua quidem donatione denariorum dictus Theodericus et sui heredes erunt nobis et nostris heredibus iure homagii obligati. Dictas vero quinque marcas tam diu tollet ipse Theodericus et sui heredes, quousque ipsi et suis heredibus quinquaginta marcas monete prefate duxerimus assignandas. Cum quibus denariis predictus Theodericus et sui heredes bona propria tenebuntur comparare. Que bona nobis supportabunt et ipsi a nobis in feodo recipient et tenebunt. Et per nos perpetue erunt infeodati de bonis cum dictis denariis comparatis. In cuius rei testimonium ad maioris roboris firmitatem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum crastino beati Jacobi apostoli anno Domini M CCC^{mo} XXIIII^{to}.

Abschrift des 14. Jahrh., HStAD, Jülich Berg, Rep. und Hs. Nr. 19; Abschrift des 17. Jahrh., Staatsbibliothek München, Sammlung Redinghoven Bd. 7, Bl. 596v.

2108

1324 Juli 30 Avignon

Papst Johannes XXII. verleiht Engelbert, dem Sohn des Grafen Engelbert von der Mark (Marka), *Kanoniker zu Lüttich, eine Anwartschaft auf die nächste im Domkapitel oder in der Diözese Lüttich freiwerdende Präbende.*

Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 682, S. 322 (Reg. 77 Bl. 232v, Nr. 1646).

2109

1324 Juli 31 Soest

Erzbischof Heinrich von Köln, der den Ämtertausch zwischen Arnold, Propst des Klosters St. Walburgis bei Soest aus dem Augustinerorden, und Gerhard, Rektor der Kirche St. Petri in Geseke, rückgängig gemacht hat[1]*, da er zum Streit in St. Walburgis geführt hatte, nimmt auf Bitten der Nonnen deren Erklärung entgegen, daß ihre Propstei keine Pfründe sei und daher für einen Tausch nicht in Betracht komme. Er gewährt ihnen bzw. bestätigt ihr Recht zur Wahl des Propstes bzw. gegebenenfalls zu dessen Abberufung.*

In nomine Domini amen. Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in Domino sempiternam. Petitionem dilectarum in Christo priorisse et sanctimonialium ordinis beati Augustini monasterii sancte Marie et sancte Walburgis ante portas opidi Sosatiensis existentium nostre dyocesis nobis oblatam accepimus. Quod propter permutationem, quam Arnoldus, ipsius monasterii prepositus, cum Gerhardo, rectore ecclesie sancti Petri in Geseke, de ipsa prepositura ad ecclesiam eandem nostra auctoritate et ex eorum suggestione interveniente fecerat, hiis diebus dictis sanctimonialibus in libertatibus suis ipsis a pie recordationis domino Reynaldo, Coloniensi archiepiscopo, monasterii sui primo fundatore, et domino Philippo, Coloniensi archiepiscopo, eius successore, fundationis seu inchoationis per ipsum Reynaldum de monasterio ipso facte prosecutore, concessis, videlicet quod nulli preterquam Coloniensi archiepiscopo pro tempore existenti et preposito, quem ex communi earum electione ipsis prefecerit, debeant subiecte esse, non modicum sit ipsis preiudicium generatum. Eo quod licet presbiter, qui eis in spiritualibus et temporalibus preest, nomen prepositi habeat, tamen certos redditus non habet, nisi tantum ea, que pro sua sustentatione sibi de ipsius monasterii bonis deputantur. Qui, ut beneficium perpetuum, cum quo permutatio fieri possit, non possunt nec debent merito reputari. Quare sibi super hiis supplicarunt, ne in id ipsum prepositus aliquis eis prefectus laborare valeat, per nos paterna sollicitudine provideri. Attendentes itaque hoc solum fore inter alia providendum, ut ea, per que persone ad divinum cultum, ad quem devote et humiliter exercendum omnia tamquam ad finem in hac vita sunt ordinata, in sua devotione impediri possunt, removeantur et ut pace fruentes Domino valeant famulari. Quia de veritate premissorum nos per sua privilegia informarunt, revocata permutatione prefata eis, ut ydo-

neum presbiterum, qui eis in divinis et confessionibus audiendis et aliis spiritualibus et temporalibus presit et cui etiam in talibus vice nostra obediant, quociens hoc eis necesse fuerit, eligere et nobis eum presentare pro cura animarum sibi committenda et institutione sua a nobis recipienda valeant, tenore presentium indulgemus, statuentes et ordinantes, ut nec dictus Arnoldus nec[a] aliquis presbiter, qui pro tempore pro preposito earum assumptus fuerit, cum beneficium perpetuum non censeatur, per eandem preposituram habere, ut superius dicitur, ammodo cum eadem prepositura pro aliquo alio beneficio non faciat nec facere possit permutationem quoquo modo. Si etiam idem prepositus ex aliquo notabili defectu ipsi monasterio et monialibus predictis non conveniret, talem defectum ex parte dictarum sanctimonialium ad nos deferri et iuxta exigentiam et veritatem facti de alio preposito earum electione precedente eisdem volumus provideri. Premissa omnia, quia ea in ipso monasterio quadraginta annorum spacio, immo a tempore, cuius memoria in contrarium non existit, servata invenimus, sanctimonialibus eisdem confirmamus et volumus in perpetuum observari, inhibentes in virtute sancte obedientie et sub pena excommunicationis, ne quis premissa infringat vel ausu temerario immutare presumat. Contrarium faciens indignationem omnipotentis Dei, donec pie penituerit, incurrat ipso facto. Ut autem hec perpetuis temporibus perseverent, presentes litteras ex hiis conscriptas dictis sanctimonialibus dedimus nostri sigilli munimine roboratas. Actum et datum Sosati anno Domini M° CCC° vigesimo quarto, in vigilia beati Petri ad vincula.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 81, Siegel ab; dabeiliegend zwei Abschriften des 18. Jahrh.; Abschrift des 18. Jahrh., Msc. I 219 Bl. 36; Druck: SUB II Nr. 608; Regest: REK IV Nr. 1477.

[a]) Irrtümlich Wort doppelt geschrieben.
[1]) Vergl. oben Urkunde vom 26. Juli.

2110

1324 August 3

Der Kölner Offizial hebt bis zum 1. Dezember die Kirchenstrafen auf, die im Kampf des Kölner Erzbischofs gegen die Verbündeten u.a. über den König von Johann von Böhmen, die Grafen von Jülich, Berg und von der Mark sowie die Stadt Köln verhängt worden waren. Datum 1324 Aug.3 (feria sexta post festum beati Petri ad vincula).

Ausf., Perg., Hist. A der Stadt Köln, Haupturkundenarchiv Nr. 1125a, Bruchstück des Siegels anhängend, Urkunde nahezu unlesbar, Wiedergabe nach dem Regest REK IV Nr. 1478 bzw. Mitteilungen aus dem Stadtarchiv Köln Heft 20, 1891, S. 89.

2111

1324 August 6 Soest

Erzbischof Heinrich von Köln belehnt den Grafen Heinrich von Waldeck mit jährlichen Einkünften von 60 Mark aus der Bede zu Medebach.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus, quod attendentes servicia fidelia et utilia, que nobilis vir Henricus comes de Waldecke nobis et ecclesie nostre inpendit ipse et sui[a] heredes ipsi ecclesie inpendere poterunt in futurum, in augmentum feodorum suorum, que prius a nobis et ecclesia nostra ipse et sui progenitores[b] habuerunt, damus ei sexaginta marcarum reditus denariorum Susatiensium de petitione nostra, quam opidani nostri in Medebeke nobis dare annis singulis tenentur et consueverunt, mandantes opidanis eisdem, ut eidem comiti et suis heredibus de prefatis sexaginta marcarum reditibus in instanti festo beati Michahelis et extunc quolibet anno in eodem festo et post tale festum infra mensem absque captione satisfaciant vice nostra, hoc adiecto, quod nos vel successores nostri quicumque et ecclesia Coloniensis

dictos sexaginta marcarum reditus ab eodem comite et suis heredibus redimere poterimus pro sexcentis marcis eiusdem pecunie, quandocumque hoc nobis vel successoribus nostris visum fuerit expedire. Qua redemptione facta idem comes vel sui heredes cum prefatis sexcentis marcis nostro vel successoris nostri pro tempore existentis concilio et consensu sexaginta marcarum reditus dicte pecunie in loco ecclesie nostre et ipsi comiti convenienti in bonis pure allodialibus comparabunt et ea nobis et ecclesie nostre supraportabunt et ipsa a nobis et ecclesia nostra in feodo recipient, de ipsis una cum aliis bonis suis feodalibus, que ab ecclesia nostra tenent, nostri ac Coloniensis ecclesie vasalli perpetuo remanebunt. Sic tamen, quod non alius heres ipsius comitis quam is, qui pro tempore comes de Waldecghe fuerit, feodum huiusmodi retinebit et nobis et ecclesie nostre de eodem feodo et aliis suis feodis, que ab ecclesia nostra habet, serviat ut vasallus. Alias infeodatio dictarum sexaginta marcarum non teneat in herede alio, quam est dictum. In cuius rei testimonium presentes litteras nostro et dicti comitis sigillis fecimus communiri. Et nos .. Henricus comes de Waldecke predictus notum facimus et recognoscimus premissa omnia vera esse et nos prefatos sexaginta marcarum reditus a reverendo in Christo patre ac domino .. Henrico, sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopo, et ecclesia sua de novo in feodo recepisse et eos pro feodo recipimus per presentes et eidem domino nostro archiepiscopo et ecclesie sue debite fidelitatis iuramentum de eodem feodo prestitimus, obligantes nos et heredes nostros ad observantiam omnium premissorum, omni fraude et dolo in hiis exclusis. In horum evidentiam et firmitatem sigillum nostrum duximus hiis litteris apponendum. Actum et datum Susati anno Domini millesimo CCC° vicesimo quarto, feria secunda post festum beati Petri ad vinculam.

Ausf., Perg., StA Marburg, Waldecker Urkunden W Nr. 535, Siegel des Erzbischofs (Rhein. Siegel I 20,3) und des Grafen (beschädigt) anhängend; desgl. Ausf., Nr. 534, beide Siegel ab; Druck: Curtze, Nr. 27, S. 35; WUB IX Nr. 2490; Regest: REK IV Nr. 1479; Führer, Medebach S. 33, Nr. 159.

[a]) In der Vorlage „suique"; [b]) davor durch Unterpunktieren getilgt „heredes".

2112

1324 August 7 Soest

Erzbischof Heinrich von Köln vereinbart mit dem Grafen Heinrich von Waldeck ein Bündnis zur gegenseitigen Hilfe. Eventuelle Streitfragen sollen durch ein Gremium entschieden werden, in das jede Seite zwei Mitglieder entsendet.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, notum facimus, quod in hoc nostram et ecclesie nostre ex una parte et nobilis viri Henrici comitis de Waldecge et terre sue ex alia convenientiam et utilitatem hincinde attendentes, ut ipse nos et nos eum contra mutuos terre nostre invasores iuvemus et iuvet, cum eodem concordati sumus et ipse nobiscum in hunc modum, videlicet quod promisimus et promittimus eidem, quod eum contra suos inimicos terram, homines et iura invadentes, dum ex parte sua super hoc nos aut .. marscalcus noster requisiti fuerimus, absque protractactione iuvabimus toto posse nostro, et dum in eius auxilium noster marscalcus venerit vocatus per eundem, sibi et hominibus suis de communibus expensis, que dicuntur leveringe, providebit et omne lucrum et dampnum captivatorum et aliarum rerum raptarum ac deperditorum ad ipsum comitem pertinebit et id idem nos sibi faciemus in casibus consimilibus viceversa. Et ut hec inter nos et ipsum comitem possint firmius observari, condictum est inter nos, quod, si aliqua guerra inter nos, nostros officiatos aut fideles, consanguineos et amicos, de quorum iure et adiutorio nos intromittere vellemus ex una parte, ipsum comitem, suos officiatos, fideles, consanguineos et amicos, de quorum iure et adiutorio ipse se intromittere vellet econverso ex altera oriretur, quod nos pro nobis et pro hiis, de quibus nos posse habemus et pro quibus respondere volumus, pro nobis duos, videlicet Godescalcum de Patbergh et Hermannum de Scharpenberg, milites, elegimus et ipse pro se et suis, de quibus posse habet et pro quibus respondere proponit, Iohannem de Brobeke et Iohannem de Vassenbeke, milites, elegit. Quorum quatuor electorum, si aliquem negotiis prepeditum abire sive mori contigerit, loco illius per nos vel comitem predictum alius eligetur, qui, si

nos de ipso comite vel suis conquesti fuerimus ex parte nostri requisiti, a die requisitionis huiusmodi infra octo dies proxime sequentes, omnes quatuor opidum Brylon intrabunt et questionem subortam de hiis vocatis, quos questio ipsa tangit, si venire voluerint, alias, prout melius possunt, inquisita veritate nulla pravitate, odio vel gratia intervenientibus decident via iuris per se vel de amicitia de consensu partium utrarumque infra quindenam, postquam ad locum ipsum venerint. Si vero in hiis concordare nequiverint, quilibet ius suum tali superiori, quem hincinde elegerimus, si necesse fuerit, in scriptis dabit. Qui superior infra quindenam extunc sequentem aut ius vel amicitiam, ut est dictum, pronunciabit de questione tunc suborta et quod dicti quatuor concorditer vel ipse superior, si non concordaverint, pronunciaverit, hoc nos et partes, quas pronunciatio contingerit, ratum servabimus et servabunt. Et si qua partium hoc facere recusaret, contra talem ex utraque parte tam diu erimus, quousque servet, que sunt pronunciata, ut est dictum. Et si ipse comes de nobis vel nostris conquestus fuerit, ut est dictum, dicti quatuor ex parte ipsius comitis requisiti intrabunt opidum Corbeke ad decisionem questionis eiusdem pro ipsius et nostris amicis in casu consimili determinaturi per se vel per superiorem, ut pro nobis et nostris amicis superius est premissum. Si vero aliquis nostrorum et ipsius comitis fidelis, consanguineus vel amicus in hiis nobis aut ipsi in hiis infra octo dies, postquam de hoc requisitus fuerit, obedire nollet, contra illum alter nostrum alterum tenebitur iuvare, quousque pareat in premissis. Ab hiis nos pro nobis venerabiles patres dominos Ludewicum Monasteriensem et Bernhardum Paderbornensem episcopos ac Wilhelmum comitem de Arnsberg ac Symonem dominum de Lyppia excipimus, ipse vero comes de Waldecge pro se venerabilem patrem dominum Ludewicum episcopum Monasteriensem et spectabilem virum Ottonem lantgravium Hassye, Wilhelmum comitem de Arnsberg, Godefridum comitem de Seyne et Iohannem comitem de Zygenhagen excepit pro se. Hec pro nobis et ecclesia nostra ipsi comiti promittimus et ipse nobis pro se tam diu, quam utrobique vixerimus in omnibus et singulis suis articulis, ut premittitur, per fidem nostram corporaliter prestitam loco iuramenti firmiter observare, omni fraude et dolo in hiis exclusis. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Susati anno Domini M° CCC^{mo} vicesimo quarto, feria tertia post festum beati Petri ad vincula.

Ausf., Perg., StA Marburg, Waldecker A, Urk. Nr. W 709 (Auswärtige Beziehungen: Erzstift Köln); Siegel des Erzbischofs (Rhein. Siegel I 20,3) anhängend; Druck: WUB IX Nr. 2491; Regest: REK IV Nr. 1480, WUB VIII Nr. 1775.

2113

1324 August 10

Die Edelherren Tilemann und Johannes von Itter, Brüder, schenken ihre lehnsherrlichen Rechte bzw. das Eigentumsrecht an den Höfen innerhalb und außerhalb des Dorfes Glindfeld den Nonnen des Klosters Glindfeld, um damit für ihr Seelenheil die Fraternität des Klosters zu erlangen.

Nos Thilemannus et Iohannes fratres nobiles de Ittere coram universis, ad quorum notitiam presentes litere pervenerint, recognoscimus publice protestantes, quod cum pleno consensu et bona voluntate Cûnegundis, mei scilicet Thilemanni legitime conthoralis, ceterorumque heredum nostrorum legitimorum in honorem omnipotentis Dei glorioseque virginis Marie necnon pro nostris et nostrorum progenitorum animabus legavimus, appropriavimus et dedimus monasterio in Glentuelden in honorem sancte Marie virginis fundato omne ius, quod ad nos iure pheodali vel proprietatis dinoscitur pertinere in mansis in villa Glentfelden sitis tam intra villam quam extra villam quiete et pacifice perpetuo possidendum, spem bonam habentes de sanctimonialibus ibidem die noctuque famulantibus Deo, quod apud Deum in orationibus suis memores nostri erunt et ut fraternitatem in bonorum operum participatione, que per easdem operari dignabitur clementia Salvatoris, consequamur. In cuius legationis, appropriationis ac donationis nostre testimonium et robur valiturum presens scriptum fieri et sigillis nostris fecimus communiri. Datum anno Domini M° CCC° XXIIII°, ipso die beati Laurentii martiris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Glindfeld, Urk. 33a, Siegel ab, Regest: Führer Medebach, S. 33, Nr. 161.

2114

1324 August 10

Die Edelherren Thilemann und Johannes von Itter, teilen allen, die von ihnen Lehen im Dorf Glindfeld innehaben, mit, sie hätten das Eigentumsrecht an den Höfen dem Propst und Konvent zu Glindfeld überlassen. Sie fordern die Adressaten auf, künftig die betreffenden Güter von diesen zu empfangen.

Thylemannus et Iohannes nobiles de Yttere universis et singulis ab eis bona in villa Glentfelden in feodo tenentibus salutem cum affectu. Cum nos proprietatem mansorum in villa Glentfelden sitorum tam intra quam extra villam, quos hucusque de manu nostra in feodo tenuistis et tenetis, dilectis in Cristo .. preposito et conventui in Glentfelden eo iure, quo ad nos spectabat, libere assignaverimus et dederimus, vos singulos ad dictos .. prepositum et conventum presentibus remittimus, ut ab ipsis dictos mansos, quemadmodum ipsos de manu nostra hucusque tenuistis, in feodo recipiatis. In cuius evidens testimonium et robur valiturum presens scriptum fieri fecimus ac nostris sigillis nichilominus fideliter communiri. Datum anno Domini M° CCC° XXIIII°, ipso die beati Laurentii martyris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Glindfeld, Urk. Nr. 33, Siegel ab.

2115

1324 August 11 Benninghausen

Johannes, Pfarrer in Benninghausen, schenkt seine Hufe im Dorf Lohe, die früher Goswin genannt Schlingworm besaß, dem Konvent in Benninghausen, behält sich aber die Einkünfte auf Lebenszeit als Leibzucht vor[1].

In nomine Domini amen. Universis presentes litteras visuris et audituris in perpetuum ego Iohannes, plebanus in Benekinchusen, cupio fore notum, quod ego matura deliberatione prehabita ob salutem et refrigerium anime mee legavi et donavi atque confero per presentes conventui in Benekinchusen mansum meum situm in Rûueslo, quem quondam tenuit et possedit Goswinus dictus Slingworm, prout situs est in frondibus et cespitibus atque in attinenciis suis universis in hunc modum, quod ego Iohannes memoratus redditus et obventiones eiusdem mansi tollere seu percipere debeo, quoad vixero, atque in in eisdem redditibus, quod teutonice dicitur liftugcht, quousque vixero, optinere. Me autem defuncto dictum mansum ab eodem conventu claustri in Benekinchusen memorati in perpetuum possidendo, renuncians exceptionibus omnibus iuris et facti, que humano ingenio excogitari vel contra premissa seu aliqua premissorum possent mihi vel meis manufidelibus quomodolibet suffragari, dolo et fraude in hiis penitus exclusis et semotis. Actum et datum in kamenada domine mee reverende Gertrudis, abbatisse, et senioribus conventus in Benekinchusen. In cuius legationis et donacionis testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quarto, crastino beati Laurentii martiris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen, Urk. Nr. 157, Siegel ab; Abschrift des 16. Jahrh. in Benninghausen, Akten 313 (ehemals Msc. VII 5724) Bl. 55.

[1]) Vergl. Urkunden von 1324 Juli 13, Juni 15 und Mai 2.

2116

1324 August 17

Vor dem Amtmann und den Ratsherren zu Hamm verzichtet Goswin gen. Kokenigth gegenüber dem Kloster Cappenberg auf alle Ansprüche auf die Güter Lohove zu Weckendrup[1] *in der Pfarrei Herbern.*

Nos Iohannes dictus Kloth, miles, tunc temporis officiatus in Hammone, Detmarus Herinch, proconsul, Hermannus Lorinch, H. Rode, Lambertus de Wilsthorst, Iohannes Mvddepenninch, Gerwinus de Elkinctorpe, Gerwinus Herinch, Voos von Berghe, H. der Osten, Iohannes de Hilbeke, Iohannes de Mersche et Lubertus de Rensinch, tunc temporis consules in Hammone, insinuatione presenti publice protestamur, quod Goswinus dictus Kokenigth coram nobis constitutus recognovit, quod in bonis to me Lo to Wekinctorpe in parrochia Herborne sitis nichil iuris habeat et, si quid iuris in eisdem bonis habuerit, huic iuri idem Goswinus coram nobis renuntiando ad manus dominorum .. prepositi, .. celerarii et totius conventus ecclesie Capenbergensis per omnia resignavit. In cuius recognitionis et renunciationis ac resignationis testimonium nos Iohannes dictus Kloth, miles predictus, sigillum nostrum, quod et nos .. consules supradicti continemur et contenti sumus in hac parte, presentibus duximus apponendum. Datum feria sexta post Assumptionis sancte Marie virginis anno Domini M° CCC° vicesimo quarto.

Ausf., Perg., Schloß A Cappenberg, Urk. Nr. 214, Siegel des Amtmanns abhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1777.

[1]) Hof Lohove in der Unterbauerschaft Weckentrup, Bauerschaft Dentrup des Kirchspiels Herbern, später in den Hof Weckentrup aufgegangen.

2117

[1324 vor August 31]

Papst Johannes XXII. befiehlt dem Erzbischof von Köln, die Dominikaner gegen den Magistrat der Stadt Dortmund zu schützen.

Wiedergabe nach Chroniken deutscher Städte 20, 1887, S. 201; Regest: REK IV Nr. 1487.

2118

1324 August 31

Erzbischof Heinrich von Köln gestattet den Dominikanern, sich in Dortmund niederzulassen.

Wiedergabe nach Chroniken deutscher Städte, 20, 1887, S. 201; Regest: REK IV Nr. 1488.

2119

1324 September 7 Meschede

Dechant und Kapitel des Stifts Meschede billigen mit Zustimmung des Propstes, daß der Dechant Degenhard die Rente von 18 Schillingen, die das Stift aus der Verpachtung der dem Stift durch Degenhard geschenkten Mühle zu Lederike bei Brilon bezieht[1], der ehemaligen Begine Gertrud genannt von Langenbike und ihrer Nichte Hadewig auf deren Lebenszeit überlassen hat. Nach dem Tod der Gertrud fallen zwölf, nach dem Tod der Hadewig die restlichen sechs Schillinge an das Stift zurück.

Nos Degenhardus, decanus, necnon totum capitulum ecclesie Meschedensis presentium inspectoribus seu auditoribus recognoscimus universis, quod nos redditus decem et octo solidorum denariorum apud Meschede pro tempore usualium singulis annis in festo beati Martini hyemalis de molendino apud Lederiche prope Brilon sito, quod molendinum Degenhardus, decanus noster predictus, ecclesie nostre perfecta donatione contulit tollendos et percipiendos, Gertrudi, quondam begghine, et Hadewigi, eius nepti, dictis de Langebike ad tempora vite sue seu pro earum vite ductu in hiis scriptis vendidimus seu venditionem per dictum decanum nostrum ipsis factam ratam et gratam habemus, ita videlicet, quod in ipsius Gertrudis obitu redditus duodecim solidorum, Hadewigis vero obitu sex solidorum redditus ecclesie nostre vacabunt divisim. Ambabus vero sublatis de medio dicti redditus decem et octo solidorum ad nos et ecclesiam nostram integraliter revertentur.

In quorum omnium evidens testimonium sigillum ecclesie nostre una cum sigillis domini Wilhelmi, prepositi nostri, in signum sui consensus ad premissa adhibiti necnon Degenhardi, decani nostri predicti, apposuimus huic scripto. Quod nos Wilhelmus, prepositus, et Degenhardus, decanus, predicti recognoscimus esse verum, sigilla nostra presentibus apponendo. Actum in capitulo nostro presentibus Degenhardo, decano predicto, Francone, scolastico, Wideroldo, thesaurario, Hermanno, cantore, necnon omnibus et singulis canonicis nostris ad hoc die capitulari prefixa vocatis, qui voluerunt et potuerunt commode interesse, anno Domini M° CCC° vicesimo quarto, in vigilia Nativitatis beate Marie virginis gloriose.

Ausf., Perg., StAM, Stift Meschede, Urk. Nr. 54; Siegel des Propstes Wilhelm von Arnsberg (WS 135,8), des Mescheder Kapitels (WS 111,6) und des Dechanten Degenhard anhängend; Abschrift in Msc. VII 5705; Regest in Msc. VII 5758 Bl. 76; Regest: Wolf, Meschede Nr. 54, S. 37.

[1]) Vergl. Urkunde von 1324 März 11.

2120

1324 September 11 Bonn

Erzbischof Heinrich von Köln teilt den Pfarrern in Attendorn, Wormbach, Eslohe und Helden mit, Propst, Dechant und Kapitel des Stifts Meschede hätten sich bei ihm beklagt, daß der Edelherr Dietrich von Bilstein mit seinen Komplizen ihren Haupthof Epsingsen[1] überfallen und Pferde, Vieh und andere Dinge geraubt sowie einige der Eigenhörigen als Gefangene weggeschleppt hätten. Der Erzbischof fordert die Pfarrer auf, den Edelherrn unmittelbar nach Empfang des Briefes zur Rückgabe des geraubten Gutes und zur Freilassung der Gefangenen zu veranlassen[2].

Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, dilectis in Christo .. in Attenderne, .. in Wormbike, .. in Essleve et .. in Heyldene ecclesiarum rectoribus ac universis ecclesiarum et cappellarum rectoribus et presbiteris Coloniensis dyocesis, ad quos presentes litere pervenerint, salutem in Domino. Sua nobis dilecti in Christo .. prepositus, .. decanus et capitulum ecclesie Meschedensis gravi conquestione monstrarunt, quod nobilis vir Theodericus dominus de Bylsten cum suis complicibus ausu sacrilego Dei timore postposito ipsos et eorum villicum in curte eorum Ebdeschinch ipsorumque homines ad ipsam curtem et ecclesiam Meschedensem spectantes manu armata invaserit et eosdem spoliaverit equis, pecoribus et aliis rebus eorundem, quosdam de dictis hominibus captivando et secum deducendo et adhuc captivos detinendo in ipsorum .. prepositi, .. decani et capituli Meschedensis grave dispendium et totius ordinis clericalis obprobrium et ecclesiastice libertatis non modicum detrimentum. Quapropter ipsi ad nos habentes recursum petiverunt sibi super premissis secundum ius et statuta ecclesie nostre Coloniensis subveniri. Vobis igitur et cuilibet vestrum in virtute sancte obedientie et sub pena suspensionis ab officio districte precipiendo mandamus, quatenus prefatum dominum de Bylsten, prout super hoc requisiti fueritis, statim visis presentibus, moneatis, ut infra sex dies post vestram monitionem ablata predicta integraliter restituat, captivos quitos dimittendo. Alioquin statuta ecclesie nostre Coloniensis contra captivatores, manum iniectores in clericos et invasores personarum et rerum ecclesiasticarum edita secundum omnem sui modum et formam in ecclesiis, locis et parrochiis vestris contra prefatum dominum de Bylsten et suos in premissis complices inviolabiliter observetis et mandetis observari, quid in premissis feceritis, nobis literis vestris presentibus transfigendis fideliter rescribentes. Datum Bunne anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo quarto, feria tertia post festum Nativitatis beate Marie virginis.

Ausf., Perg., StAM, Stift Meschede, Urk. Nr. 55; Sekretsiegel des Kölner Erzbischofs (stark beschädigt, Siegel der Erzbischöfe von Köln 20,1), der Pfarrer in Attendorn und Wormbach (? stark beschädigt) abhängend; Abschriften in Msc. VII 5758, Bl. 83, VII 5705, Msc. II 609; Druck: SUB II Nr. 609; Wigands Archiv VII 37; Regest: REK IV Nr. 1489; Wolf, Meschede Nr. 55, S. 38.

[1]) Etwa 6 km südwestlich von Soest; [2]) der Überfall resultierte aus dem Streit über das vom Edelherrn beanspruchte Vogteirecht über den Haupthof, vergl. den Vergleich 1327 Mai 10 (Wolf, Meschede Nr. 58, S. 39).

2121

1324 September 11

Der Knappe Konrad von Avenstrot genannt Mule, Burgmann zu Rheda, stiftet für die Beleuchtung des Konventschores der Augustiner(eremiten) zu Lippstadt drei Pfund Wachs aus seinem Kotten zu Gütersloh, genannt bei der Brücken, für sein Seelenheil und das seiner + Frau Elisabeth.

Ego Conradus de Auenstrot dictus Mule, famulus, castellanus in Rede, divinum cultum augmentare cupiens cum consensu et bona voluntate Luberti, Hadewigis, Elizabet, Petronelle, heredum nostrorum et coheredum omnium me recognosco et fateor assignasse et dedisse tres libras cere ex bonis nostris sitis in Guterslo in casa, que dicitur iuxta Pontem, singulis annis in perpetuum recipiendas ad procurandum luminaria chori conventus fratrum ordinis sancti Augustini in Lippia pro salute anime Elizabeth, collateralis nostre defuncte et nostre. In cuius rei testimonium sigillum Alradi Nigri una cum sigillo nostro huic scripto est appensum. Datum anno Domini M° C°C°C° XX° IIII°, feria tertia post Nativitatem beate Marie virginis.

Ausf., Perg., StAM, Augustinereremiten Lippstadt, Urk. Nr. 5, Siegel des Ausstellers (schildförmig, Bild wie in WS 170,12, doch anderes Typar) abhängend, das zweite Siegel ab; Rückvermerk des 15. Jahrh.: vacat.

2122

1324 September 15

Randolf Hake, Burgmann in Mark, erklärt, er sei dem Zisterzienserinnenkloster Kentrop mit 20 Mark verpflichtet, da es seine Tochter Lucia aufgenommen habe. Er verspricht, für die Summe jährlich zwei Malt Korn, halb Roggen, halb Hafer, aus seinem Oberhof und Hof Boclo[1] zu liefern.

Noverint universi, ad quos presentes littere pervenerint, quod ego Randolfus Hake, castellanus in Marka, recognosco et presentibus publice protestor me et omnes meos veros heredes ad solutionem vigintia marcarum in Hammone legalium esse obligatos honorabili domine Margarete, abbatisse, ac aliis personis sanctimonialibus coniuncti domus et conventus sancte Marie in Keyinchtorpe prope Hammonem Cysterciensis ordinis. Quam quidem pecuniam ob Dei amorem eisdem dedi ac dare promisi, cum filiam meam Luciam nomine Deo et beate Marie virgini sanctoque Bernhardo inibi obtuli ac eorum servicio mancipavi. Et quia tunc promptam pecuniam non habui, eisdem dandos assignavi duo molt siliginis et ordei equepartium mensure Hammonensis de curia et manso Bŏclo in parrochia Dinckere sitis singulis annis tempore autumpnali post collectionem garbe semoto omni dolo penitus et excluso. Cum vero ego Randolphus vel mei veri heredes ipsis prenominatis abbatisse et .. conventui predictas viginti marcas persolverimus, quod fieri promittimus dicto tempore autumpnali post solutionem dicte annone, extunc presens littera cassabitur et ad dandam annonam predictam de cetero nulli obligamur. In cuius obligationis ac solutionis assignationisque testimonium presentem litteram sigillo proprio duxi roborandam, presentibus fide dignis domino Conrado de Herborne, milite, ac fratre suo Rotgero, castellanis in Marka, ad maiorem evidentiam premissorum. Datum anno Domini M° CCC° XXIIII°, in octava Nativitatis virginis gloriose.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Kentrop, Urk. Nr. 33a, Siegel des Hake (im Bild: Schild in Andreaskreuzform mit zwei Hakenlanzen belegt; Legende: S. RANDOLPI FLI) abhängend.

[1]) Wahrscheinlich Hof Baukloh (Bockelo) in Eilmsen, das zur Pfarrei Dinker gehörte (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I S. 51, Nr. 4).

2123

1324 Oktober 4

Edelherr Dietrich von Bilstein befreit die Hufe des Soester Bürgers Gerhard genannt Knyve in Mawicke[1] von der Entrichtung der ihm zustehenden Vogteiabgaben, bis er ihm die sechs Mark zurückgezahlt hat, die er ihm schuldet.

Nos Theodericus nobilis .. dominus de Bilstene universis presentia visuris et audituris cupimus fore notum, quod nos de consensu et voluntate heredum nostrorum legitimorum Gherhardo dicto Knyue, oppidano Sosatiensi, ac suis veris heredibus mansum situm in Madewic ab omni iure advocatie, quod in dicto manso habemus, liberum dimittimus et presentibus liberamus, quousque dicto Gherhardo ac suis heredibus in sex marcis denariorum Sosati usualium et bonorum, quibus eisdem obligamur, per nos et nostros heredes satisfactum fuerit integre et complete. Quibus solutis predictis Gherhardo suisque heredibus infra festum Mychahelis et sancti Martini extunc amplius iura advocatie in dicto manso sicut in ceteris bonis iure advocationis nobis pertinentibus[a] recipiemus et habebimus per posterius, sicut prius. Huic rei facte presentes aderant Wilhelmus de Ole, Reghenhardus de Cobbenrode, famuli, .. liber comes de Lancgenbeke, testes fidedigni. In cuius testimonium presentem litteram dicto Gherhardo dedimus sigillo nostro roboratam. Datum anno Domini millesimo CCC° vicesimo quarto, feria quinta post festum sancti Mychahelis.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Vikarien, Urk. Nr. 15a, Siegel ab; Rückvermerk: litterae, quibus villa Cordes in Mavicke ab omni iure advocatiae libera dimittitur Gerhardo Knyve a Theoderico de Bilstene; *Druck: Soester Zeitschrift 7, 1889/90, S. 101.*

[a]) Für „pertinente".
[1]) Fünf km östlich von Werl.

2124

1324 Oktober 14

Der Dortmunder Bürger Ertmar Kopmann verkauft für 25 Mark die ihm zustehende Hälfte der Eigengüter zu Renninghausen[1] an das Kloster Elsey, das die andere Hälfte bereits besitzt.

Universis presentes literas visuris et audituris innotescat, quod ego Ertmarus dictus Kopman, civis Tremoniensis, cum consensu et voluntate matris mee Gertrudis et sororis mee Elyzabeth et omnium meorum heredum vendidi et resignavi cum eisdem venerabilibus in Christo .. priorisse et .. conventui sanctimonialium monasterii in Else omne ius, quod habui in quibusdam bonis in Renninchusen sitis, que michi in medietate pertinuerant et dicto claustro in medietate altera, cum omnibus utilitatibus et attinentiis tam in frondibus quam in cespitibus pro mere propriis perpetue possidendum pro viginti quinque marcis bonorum denariorum michi traditis et solutis, volens de dictis bonis debitam realem facere warandiam. Actum presentibus Andrea de Brekeluelde, tunc temporis iudice Tremoniensi, Aluino de Braken, Henrico Rege, Thilmanno de Aken, Gobelino Cruse, Hermanno de Brinke, Bertrammo et Bernhardo fratribus Aurifabris, coram tribunali Tremonie, requisitis et latis sententiis ad hoc debitis et consuetis. In cuius rei testimonium sigilla Andree, iudicis, et Aluini de Braken impetravi cum sigillo meo presentibus literis applicari. Datum Kalixti pape anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo quarto.

Ausf., Perg., Fürstlich Bentheim-Tecklenburgisches A zu Rheda, Limburger Urkunden Nr. 26; drei Siegel mit Hausmarken anhängend; Druck: Dortmunder UB., Erg. Bd. Nr. 582, S. 256.

[1]) Südlich von Dortmund bei Wellinghofen.

2125

1324 Oktober 14

Der Ritter Hermann von der Mühlen verpflichtet sich, mit vier mit einem Harnisch bewehrten Leuten den Bürgern zu Dortmund ein Jahr lang gegen alle Feinde, besonderes aber gegen den Grafen von Arnsberg und dessen Helfer beizustehen.

Universis presentes literas visuris et audituris innotescat, quod ego Hermannus de Molendino, miles, ob specialis amicitie favorem obligavi et confederavi me data fide discretis viris, consulibus et civibus Tremoniensibus a festo beati Martini proximo ad unius anni circulum ad auxiliandum et assistendum eisdem fideli-

ter et absque dolo, cum quatuor toracibus et personis ad hoc ydoneis, probis et robustis contra omnes et singulos eorum inimicos et, qui ius interim accipere rennuerint ab eisdem, et specialiter contra comitem de Arnsberg et omnes suos complices presentes et futuros, quamdiu idem comes cum ipsis civibus discordaverit, sub meis dampnis, eventibus et expensis, conditionibus hiis adiectis, quod omnes captivi, quos cepero, et omnes exactiones, quas fecero cum civibus, esse debent civitatis, sed captivos, quos cepero, et exactiones, quas fecero cum amicis meis et familia, nullo ex parte civium ibi presente, habere debebo cum consulibus in medietate. Tamen si consules cum mea media parte captivorum suam habere desideraverint, voluntatem ipsis relinquere debeo et in prolatione dominorum Gerwini de Bredenschede et Conradi Cleppinch de hoc contentus remanere. Item equos, quos perdidero in obsequio civitatis, solventur michi in amicitia vel in iure. Preterea in factione compositionis et treugarum dicti consules omni tempore extra me plenariam habebunt potestatem. Etiam de omni discordie causa, si qua oriretur inter dictos cives et me vel meos adiutores, accipere debeo cum eisdem a dictis civibus ipse infra muros Tremonie solutionis vel iusticie complementum. Et ero in Vorstenberge vel in Tremonia vel alibi, ubi ipsis consulibus et michi videbitur expedire. Item de centum marcis, quas mihi promiserunt, dabunt in proximo Pascha quinquaginta marcas, et alias quinquaginta marcas tollam in exactionibus, quas, si ante compositionem plene non exactionavero, consules infra annum supplere tenebuntur. In cuius rei testimonium sigillum honesti viri Theoderici dicti Sobben cum sigillo meo petivi presentibus applicari. Datum die Kalixti pape anno Domini M° CCC° XXIV°.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 190, Siegel des Hermann von der Mühlen (Bild: Schild geteilt, rechts ein schräg gegittertes, links ein leeres Feld) und des Dietrich Sobben (Bild: drei Blätter) anhängend; Druck: Dortmunder UB I Nr. 419, S. 292; Fahne, UB Dortmund I Nr. 88, S. 111.

2126

1324 Oktober 16 Bochum

Engelbert Graf von der Mark sichert den Besuchern von drei Jahrmärkten in Bochum für zwei Tage davor und zwei Tage danach für Pferde, Vieh und andere Waren freies Geleit zu. Zuwiderhandelnden droht er das Abhacken einer Hand an. Die Jahrmärkte sollen stattfinden am Sonntag nach Martini, am Tage vor Petri Stuhlfeier[1] und am Tage nach Pfingsten, wobei jeweils der erste Tag dem Pferdemarkt vorbehalten ist.

Nos Engelbertus comes de Marka notum facimus universis presentia inspecturis, quod nos communicato concilio dilectorum nostrorum amicorum et oppidanorum in Buchem nundinas seu forum annuale in tribus temporibus cuiuslibet anni duobus diebus ante et duobus diebus post pro omnibus pro nobis quicquam amice facere et dimittere volentibus tenore presentium illic quibuscunque venientibus cum equis, iumentis, pecoribus ac ceteris venalibus liberas reddimus et instituimus securas. Quicunque vero contra dictum nostrum institutum violenter processerit, unius manus privationem seu amputationem se propter hoc sentiat incursurum. Predictas vero nundinas assecuravimus et presentibus assecuramus predicto oppido nostro Buchem et permissum est dominica die proxima post festum beati Martini hyemalis, vigilia beati Petri ad cathedram et altero [die][a] proximo post festum Pentecostes singulis annis forum equorum, sequentibus vero diebus de ceteris venalibus firmiter observandis. Hanc vero libertatem omnibus [...] nundinas predictis temporibus confluentibus inviolabiliter erogamus. In cuius rei testimonium et evidentiam pleniorem sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum et actum in Buchem, oppido nostro, in presentia honestorum virorum, videlicet domini Hunoldi, pastoris ecclesie in Buchem, Arnoldi de [...], iudicis nostri ibidem, Alberti dicti Lewen, Dithmari, sculteti nostri, Alberti dicti Flote [...], oppidanorum nostrorum in Buchem et aliorum quam plurimorum fide dignissimorum, anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo quarto, ipso die beati Galli confessoris.

Ausf., Perg., Stadt A Bochum, Urkunde heute nicht mehr vorhanden, daher Wiedergabe nach Darpe, UB Bochum Nr. 5.

[a]) Sinngemäß zu ergänzen.
[1]) D.h. am 21. Februar.

2127

1324 Oktober 20

Konrad von Holthem, der Sohn des + Constantin von Holthem, verkauft der Äbtissin und dem Konvent in Fröndenberg für 14 Mark acht Morgen Ackerlandes in Holtum[1], die zu seinem Haupthof Knokeleshove[2] gehören. Von dem Land sind jährlich zwölf Pfennige an den Oberhof zu entrichten.

Universis presentia visuris et audituris ego Conradus de Holthem, filius quondam Constantini de Holthem, cupio esse notum et tenore presentium publice recognosco, quod cum consensu Lamberti, fratris mei, necnon Constantini, filii sui, Sophye et Iutte, sororum mearum, ac omnium verorum heredum meorum, vendidi necnon iuste venditionis tytulo assignavi religiosis domine .. abbatisse .. totique conventui in Vrondeberghe octo iugera terre ex bonis meis sitis in Holthem, pertinentia ad curtem, que vulgariter Knokeleshoue nuncupatur, pro quatuordecim marcis denariorum Susati legalium et bonorum michi integraliter persolutis hereditarie et perpetue possidenda, sub hac forma, quod terminis singulis in die Undecim milium virginum duodecim denarios dabunt ad curtem predictam tali iure, quod vulgariter pacht appellatur. Ut autem predicte domine .. abbatisse et .. conventui prenotato plenarie satisfiat, constitui Lambertum, fratrem meum, Rychardum dictum Kerchof, cum quibus ego cum .. ipsis conpromitto et coniunctis manibus compromittimus fide prestita corporali pro debita resignatione et warandya per diem et annum facienda, quod predicta iugera ita firmiter possideant, ut nullius impetitione valeant ammoveri, petivi Fredericum et .. Ludolfum fratres de Prouestinch, feodarios, ut presentia dignarentur sigillare. Et .. ego predictus Fredericus cum consensu Ludolfi, fratris mei, ad petitionem predicti Conradi et firmitatem meum sigillum presentibus duxi apponendum. Huius rei testes sunt Conradus Notlike, Ludewicus et Fredericus fratres de Prouestinch, Hinricus et Goswinus dicti Swinintholt, Goswinus Swinintholt senior, Rychardus Kerchof, famulus, Lambertus dictus Mutere, coopidani in Werle, et quam plures alii fidedigni. Datum anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo quarto, in vigilia Undecim millium virginum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg, Urk. Nr. 110, Siegel ab; Rückvermerk (18. Jahrh.): item den Bussschulten haffs und andere guider tho Holtum betreffend.

[1]) Vier km westlich von Werl; [2]) unter diesem Namen später nicht nachzuweisen; zumindest das betreffende Land anscheinend in den Buschulten-Hof aufgegangen.

2128

1324 Oktober 26 Neheim

Everhard genannt von dem Hove, Richter zu Neheim, und sein Sohn Heinrich vergleichen sich wegen des Totschlags an ihrem Verwandtem Bruno Vyandinch durch Erenfried Zyperti und verzichten auf die Ächtung der Jutta, der Mutter des Erenfried, seiner Witwe Guda und deren Söhne Zypertus und Erenfrid.

Universis presencia visuris et audituris ego Euerhardus dictus van dem Houe, tunc temporis iudex in Nehem, et Henricus, filius meus, et omnes nostri heredes notum facimus publice recognoscentes in hiis scriptis, quod firmam et amicabilem inivimus compositionem et ratam protestamur iugiter observandam per nos predictos de interfectione Brvnonis Vyandich, cognati nostri pie memorie, per Erenfridum Zyperti quondam occisi renuntiamus ergo proscriptioni facte in dominas Iuttam, matrem dicti Erenfridi, et Gudam, relictam eiusdem et earum pueros atque bona, omnem brygam et proscriptionem revocantes in hiis scriptis, renunciantes omni exceptioni iuris canonici vel civilis, que vel nostris heredibus contra predictas personas et eorum heredes, videlicet contra Adolfum et Zypertum, dicti Erenfridi pueros, posset in posterum aliqualiter suffragari. Acta sunt hec in Nehem coram domicello Godfrido de Arnsberge in figura iudicii, presentibus Sifrido de Pentelinch, Thilemanno de Bredenbeke, Gerwino de Vflen ac aliis fide dignis. In cuius facti evidentiam contulimus parti predicte presens scriptum sigillo Sifridi de Pentelinch pro nobis sigillatum, quia proprio sigillo caremus.

Et ego Sifridus Pentelinc predictus ad preces partis utriusque presencia meo sigillo sigillavi in evidenciam premissorum. Datum et actum feria sexta post Seuerini anno Domini M° CCC^mo vicesimo quarto.

Ausf., Perg., HStAD, Kurköln, Urk. Nr. 283, Siegel des Pentelinch (an den Rändern beschädigt) anhängend; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 116, S. 55 (mit Siegelzeichnung).

2129

1324 Oktober 27 Godesberg

Erzbischof Heinrich von Köln bestätigt den (dem Kloster Glindfeld und der mit ihm verbundenen Kirche in Medebach) gewährten Ablaß und fügt noch weitere 40 Tage hinzu[1].

Universis Christi fidelibus praesentes literas inspecturis Henricus Dei gratia sanctae Coloniensis ecclesiae archiepiscopus, sacri imperii per Italiam archicancellarius, salutem in Domino sempiternam. Indulgentias venerabilium patrum archiepiscoporum et episcoporum, quibus praesens schedula est transfixa, prout rite sunt concessae, ratas habemus atque gratas, de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli, apostolorum ejus, meritis et auctoritate confisi quadraginta dierum indulgentias in forma consimili eisdem superaddentes. In cujus rei testimonium sigillum nostrum praesentibus est appensum. Datum Gudensberg anno Domini M CCC vicesimo quarto, in vigilia beatorum Simonis et Judae, apostolorum.

Abschrift Bockskopfs vom Jahre 1704–05; StAM, Msc. VII 5910, Bl. 1152 (Bl. 366); Regest: REK IV Nr. 1501.

[1]) Vergl. Urkunde vom Mai 1324.

2130

1324 Oktober 31

Wilhelm von Brule und Lubert von Olen verkaufen für 20 Mark der Aleydis und Greta, den Töchtern des + Honolt von Stochem, zum Oberhof Brule gehörende Äcker, genannt Thingerde und Schonelo[1].

Universis presentes literas visuris et audituris nos Wilhelmus de Brûle et Lubertus de Olen in perpetuum cupimus fore notum, quod nos bona deliberatione prehabita vendimus et vendidimus rite et rationabiliter per presentes Aleydi et Grete, filiabus quondam Honolti de Stochem, agros infrascriptos ad curtim dictam Brule pertinentes, videlicet agrum dictum Thingerde et agrum dictum Schonelo cum aliis agris quatuordecim scepel Vnnensis mensure in universo capientes, pro viginti marcis legalium denariorum dictos agros a memoratis Aleydi et Greta atque ipsorum .. heredibus pro mero proprio, quod theutonice dicitur dorslagen egen, in perpetuum possidendos. Pro recta warandia et resignatione dictorum agrorum per nos ac ceteros .. heredes facienda constituimus memoratis Aleydi et Grete, Gyselero dicto Mordere, fratri earundem, Petro dicto Mordere et dicto Platere de Westhemerde, Hermannum de Dalhusen, militem, Hermannum de Wermiggen et Brunonem dictum Schaperûdde[a], qui una cum me Lûberto de Olen supradicto et in solidum promiserunt fide prestita corporali opidum Vnna intrare ad iacendum nec ab inde recessuri, quousque supradictis Aleydi, Grete, Gyselberto, Petro et dicto Platere fuerit satisfactum, si in premissis vel in aliquo premissorum negligentes fuerimus vel remissi. Et nos Hermannus de Dalhusen, miles, Hermannus de Wermingen et Bruno Schaperûdde supradicti una cum Luberto de Olen supradictis Aleydi, Grete, Gyselero, Petro et dicto Plato in omni forma, sicut dictum est, promisisse recognoscimus dolo et fraude penitus exclusis et semotis. Presentibus hec acta sunt Themone dicto de Buren, proconsule in Vnna pro tempore, Heynemanno de Heyrne, Werenboldo supra Foro, opidanis ibidem, Henrico de Sydinchusen et Herbordo dicto Dystelhof ac ceteris hominibus fide dignis. In cuius rei testimonium sigillum[b] Hermanni de Dalhusen, militis sepedicti, et mei Luberti de Olen presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M^mo CCC^mo vicesimo quarto, in vigilia Omnium sanctorum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg, Urk. Nr. 111, Siegel des von Dalhusen (schwer erkennbar, WS 212,5) anhängend, das 2. ab; Rückvermerk: (18. Jahrh.): lendereie by Stockum gelegen.

[a]) Buchstabe „A" über der Zeile nachgetragen; [b]) aus „sigilla" korrigiert.
[i]) Nach dem Rückvermerk bei Stockum (bei Unna) gelegen.

2131

1324 November 5 Dortmund

Vor dem Notar vermacht der Dortmunder Bürger Johannes genannt Gast oder von Craghowe dem Zisterzienserkloster Altenberg als Schenkung unter Lebenden seinen gesamten beweglichen und unbeweglichen Besitz, um der dortigen guten Werke teilhaftig zu werden.

In nomine Domini amen. Noverint universi hoc presens publicum instrumentum visuri et audituri, quod anno nativitatis eiusdem millesimo CCC^{mo} vicesimo quarto, indictione septima, mensis Novembris die quinta constitutus in presentia mei notarii publici infrascripti et testium subscriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum honestus vir Iohannes dictus Gast sive de Craghowe, opidanus Tremoniensis, sanus mente sua et volens anime sue et animarum uxoris ac parentum suorum salutem prospicere, ad honorem omnipotentis Dei et beate Marie virginis, matris sue gloriose, donavit et legavit pure, simpliciter et irrevocabiliter omnia bona sua mobilia et immobilia, que post morten suam reliquerit et eum habere contigerit, religiosis viris dominis .. abbati et conventui monasterii Veteris Montis ordinis Cisterciensis Coloniensis dyocesis et eorum monasterio, ut ipsum participem facerent omnium bonorum operum, que facerent et in dicto monasterio fieri contingerent temporibus perpetuis in futurum. Et si eum in posterum aliquam donationem seu legationem in extremis facere contingeret, per ipsum nollet presentem donationem revocari vel infringi, sed eam fortius persistere et in suo voluit robore ommnimodo permanere. In quorum omnium testimonium idem Iohannes rogavit presens publicum instrumentum per me conscribi et sigillo discreti viri domini Herbordi, rectoris ecclesie beate Marie Tremoniensis sigillari. Actum in Tremonia in domo habitationis dicti Iohannis, presentibus religiosis viris dominis Reynardo .. abbate, Iohanne de Boderike .. priore, Ludewico de Esch, Conrado de Holtheym, fratre Engelberto, converso, monachis monasterii predicti, nec non discretis viris Herbordo, rectore predicto, Bertramo, rectore cappelle sancti Benedicti Tremoniensis, et Arnoldo de Spellen, laico, testibus ad premissa vocatis specialiter et rogatis anno Domini, indictione, mense, die et loco supradictis. Et ego Herbordus, rector ecclesie beate Marie predictus, ad preces dicti Iohannis premissa coram notario publico et personis supradictis facientis sigillum meum ipsi instrumento duxi apponendum in testimonium premissorum. Datum et actum ut supra.

Et ego Godefridus de Wittene, clericus Coloniensis diocesis, publicus imperiali auctoritate notarius, premissis omnibus et singulis una cum testibus predictis interfui et hoc publicum instrumentum exinde confeci meoque signo consueto signavi vocatus et rogatus.

Notariatsinstrument, Perg., HStAD, Altenberg, Urk. Nr. 341, Siegel des Rektors (quergeteilt, oben Maria mit Jesuskind, unten im gotischen Baldachin knieender Mann) anhängend; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 583, S. 257.

2132

1324 November 8 Soest

Adolph, Propst des Prämonstratenserklosters Scheda, Konrad, Pfarrer in Hemmerde, Johannes von Ole, Kellner, und das Kapitel zu Scheda sowie Lubbertus, Prior zu Berentrop, und sein Konvent bekunden, das Kloster Scheda habe ehemals vom Edelherrn Jonathan von Ardey und dessen Sohn Jonathan für 100 Mark den Zehnten zu Neheim gekauft[1]. Später habe man aus diesem Zehnten dem Kloster St. Walburgis bei Soest für 70 Mark eine Rente von 54 Schillingen verschrieben[2], und zwar mit der Maßgabe, daß bei Säumigkeit der

gesamte Zehnten an dieses Kloster fallen solle. Wegen drückender Schulden habe man sich später genötigt gesehen, den Zehnten an den Grafen Wilhelm von Arnsberg zu veräußern, ohne daß dabei die auf ihm haftende Belastung erwähnt wurde. Um dieses Fehlverhalten zu korrigieren, übertragen sie nun mit Zustimmung des Propstes Ludwig von Cappenberg, ihres im Namen des Ordens sprechenden Visitators, dem Kloster St. Walburgis den dem Kloster Berentrop gehörenden Oberhof in Hattropholsen[3], wobei dieses ihnen aber noch zehn Mark zahlt.

In nomine Domini amen. Adolphus Dei gratia prepositus, Conradus, plebanus in Hemerde, Iohannes de Ole, celerarius, totumque capitulum ecclesie sancte Marie beatique Petri in Scheyde necnon Lubbertus, prior, totusque conventus monasterii in Bertelinctorpe Premonstratensis ordinis universis Christi fidelibus imperpetuum utriusque vite salutem. Ut inter personas domino Iesu Christo in presenti seculo famulantes pacis tranquillitas vigeat, ut omnis dubietas, que in posterum occurrere poterit, prorsus amputetur, notum esse cupimus tam posteris quam modernis, quod, cum retroactis temporibus nostri predecessores pie memorie dominus Theodericus, prepositus, totumque capitulum tunc ecclesie nostre in Scheyde predicta a viris nobilibus quondam Ionatha de Ardeya et Ionatha, eius filio, pro centum marcis decimam in Nyhem cum suis attinentiis iusto emptionis tytulo comparaverint et ipsi evidenti necessitate compulsi vendiderint ex eadem decima ecclesie beate Walburgis apud Sosatum pro septuaginta marcis redditus quinquaginta quatuor solidorum monete Colonie legalis, ita quod ipsa ecclesia sancte Walburgis annuatim eos percipere et nostra ecclesia Schedensis sive plus sive minus de ipsa decima reciperet eosdem redditus sine difficultate qualibet annuatim dicte ecclesie sancte Walburgis deberet apud suum claustrum assignare, ita quod, si ipsi redditus die sancte Margarete loco statuto non persolverentur, quod decima totalis ecclesie sancte Walburgis cederet integraliter imperpetuum possidenda, nisi hoc per evidentem et legitimam necessitatem impediretur et probabiliter ac sufficienter ostenderetur, prout hec omnia in privilegiis super hoc confectis ecclesie beati Patrocli in Sosato necnon nostris et ecclesie nostre sigillis sigillatis vidimus plenius contineri, nos Adolphus, prepositus, .. capitulum, .. prior et conventus predicti, qui prefatis nostris predecessoribus tam in onere quam in honore succedimus, heu ad presens in periculo rerum positi et maximis debitorum oneribus pregravati, ad relevandum nos de huiusmodi debitis decimam predictam, ecclesia sancte Walburgis et personis suis id ignorantibus, viro nobili domino Wilhelmo comiti de Arnesbergh et suis heredibus nullam de redditibus annuatim ipsi ecclesie sancte Walburgis de ea solvendis mentionem facientes, vendidimus integraliter cum suis attinentiis imperpetuum possidendam. Igitur, ne occasione dicte venditionis prefata ecclesia sancte Walburgis et persone sue non pregraventur et ne defectum futuris temporibus in redditibus suis predictis patiantur, nos, ut errorem nostrum in hoc commissum revocare videamur, habito cum amicis nostris et cum amicis ipsius ecclesie sancte Walburgis non sine magna difficultate tractatu sollerti unanimo consilio et consensu omnium nostrum curtem nostram in Holthusen apud Hattorpe sitam cum agris, pratis, pascuis, nemoribus et cum omnibus suis appenditiis, sicut ipsa a tempore, cuius memoria in contrarium non existit, ad nostrum monasterium in Bertelinctorpe pertinebat, ecclesie sancte Walburgis et suis personis predictis, additis tamen nobis per eos decem marcis in Sosato usualibus numerate pecunie, in recompensam quinquaginta quatuor solidorum predictorum iusto concambio et vera translatione de licentia, ratihabitione et plenaria voluntate ordinis nostri necnon venerabilis viri domini Ludewici, prepositi in Cappenbergh, visitatoris et superioris nostri, sicut eam possedimus, omni iure pro suo proprio imperpetuum possidendam et tenendam cum fructu et emolimento inde provenientibus presentibus assignamus ac ipsam in eorum potestatem et manus liberaliter transferimus atque resignamus, renuntiantes plane et expresse omni iuri, quod nobis et ecclesiis nostris in Scheyde ac Bertinctorpe in eadem curte et suis pertinentiis competebat et competere quoquo modo poterit in futurum et exceptioni doli mali aliisque exceptionibus iuris et facti, que quomodolibet in perpetuum rescindere poterunt concambium et translationem supradictam. Preterea, cum dicta curtis ab omni advocatia, exactione, censu, aut petitione alicui persone ecclesiastice vel mundane dandis et solvendis penitus sit immunis, nos propter hoc bona fide et constanter promittimus dicte ecclesie sancte Walburgis et personis suis per presentes, quod omnem impetitionem, que eis in futurum emergere poterit super curte memorata, disbragimus et eis eiusdem curtis prestabimus perpetuam warandiam. Et in huius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes litteras sigillis domini .. prepositi monasterii in Cappenbergh

predicti ex parte ordinis nostri necnon sigillis ecclesie beati Patrocli Sosatiensis atque nostris et ecclesiarum nostrarum fecimus communiri. Et nos .. prepositus monasterii in Cappenbergh, superior dictarum ecclesiarum in Scheyde et in Bertelinctorpe ac personarum suarum premissa omnia ratihabentes et approbantes et in dictam translationem et concambium ac omnia predicta ratione ordinis nostri liberaliter consentientes sigillum nostrum pro huiusmodi consensu, nos quoque .. capitulum ecclesie sancti Patrocli Sosatiensis ad preces eorundem in premissorum evidentiam duximus sigilla nostra presentibus apponenda. Actum et datum in ecclesia beati Patrocli Sosatiensi anno Domini M° CCC^mo vicesimo quarto, feria quinta ante festum beati Martini episcopi. Testes huius rei sunt Hildegerus de Benekinchusen, scolasticus, Gerhardus de Heringhen, cantor, Ludolphus de Heringhen, eius frater, et Wernerus de Lunen, canonici Sosatienses, Albertus, eiusdem ecclesie vicarius, Henricus dictus Vole, Henricus Brûninc et Richardus, cappellanus predicti conventus, sacerdotes, Goswinus de Sosato, miles, Hildegerus de Heruorde, proconsul, Iohannes de Lûnen, Arnoldus dictus Scotte, Radolphus de Lûnen et Henricus de Heringhen, consules Sosatienses, cum pluribus fidedignis.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 82, Siegel: 1. des Propstes von Cappenberg (WS 134,8 mit Rücksiegel WS 134,7) an grünen Seidenfäden anhängend; 2. ab; 3. das des Kapitels in Scheda (WS 103,5), 4. Bruchstück und 5. das des Propstes in Berentrop anhängend; Abschrift des 18. Jahrh., Msc. I 219, Bl. 38; Druck: von Steinen, Cappenberg Nr. 9, S. 150; Regest: WUB VIII Nr. 1792.

[1]) Vergl. Urkunden vom Jahre 1219 (WUB VII Nr. 162 und 163); [2]) im Jahre 1234 (Vergl. WUB VII Nr. 425); [3]) etwa 4 km nordwestlich von Soest (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I S. 56).

2133

1324 November 10

Bürgermeister und Rat zu Attendorn bezeugen, daß ihr Mitbürger Heynemann, Sohn des alten Richters, auf alle Forderungen und Ansprüche an den edlen Herrn Hermann von Rennenberg verzichtet habe. Datum 1324 Nov. 10 (Martini pape).

Ausf., Perg., Schloß A Rennenberg (zu Linz), beschädigt, Siegel ab; Original zur Zeit nicht zugänglich, Wiedergabe nach einem von G. Aders angefertigten Regest.

2134

1324 November 11

Der Knappe Hermann von Korne verkauft für 54 Mark den Ewert-Hof[1] in Westholtum im Kirchspiel Büderich an die Äbtissin und den Konvent des Zisterzienserinnenklosters Fröndenberg. Vorbehalten bleiben dem Verwalter des Haupthofes Proebsting[2] die Pachtabgaben aus dem Hof.

Universis tam presentibus quam futuris, quibus exhibitum fuerit presens scriptum, publice innotescat, quod ego Hermannus de Kŏrne, famulus, habito maturo consilio et consensu Claricie, uxoris mee, Rotgheri, Petri, Hermanni, Sophye et Wibele, liberorum meorum, ac omnium verorum heredum meorum, cum adhuc plures liberos non haberem, vendidi rite, rationabiliter et iusta venditione mansum meum dictum Euerberneshoue situm in Westholthem in parrochia Bûderike pro quinquaginta quatuor marcis michi et heredibus meis predictis plenarie persolutis honorabilibus et religiosis personis .. abbatisse .. totique conventui sanctimonialium in Vrondeberghe ordinis Cysterciensis Coloniensis dyocesis iure hereditario perpetuis temporibus feliciter possidendum cum omnibus iuribus pertinentibus ad eundem tam in cespite quam in fronde, salvo curie in Prouestinch iure suo, ad quam curiam predictus mansus iure villicationis dinoscitur pertinere, quia villicus curie in Prouestinch perpetuam pensionem duorum solidorum in Cathedra sancti Petri, item quinque ovorum et unius denarii feria quinta post Pascha et sex solidorum quatuor denariorum minus sabbato post Ascensionem Domini et in die sancti Victoris unius scepel siliginis, unius pulli et unius manipuli lini tytulo pensionis, que pacht dicitur, annis singulis secundum ius et consuetudinem curie persolvendam. Huius rei

testes sunt honorabilis vir Hinricus, plebanus in Appelderbeke, Bertramus, cappellanus ibidem, Rutgherus dictus Boseuort, Ricbertus de Scuren, Brunstenus, Ricbertus de Glatbeke, Albertus de Aslen, Gerhardus de Korne et quam plures alii fide digni. In cuius rei testimonium sigillum Frederici de Prouestinch una cum sigillo meo presentibus est appensum. Egoque Fredericus predictus predicte venditioni consentiens salvo michi et heredibus meis hec omnia iure meo profiteor sub sigillo meo omnimode vera esse. Datum anno Domini M° CCC° XXIIII°, in die sancti Martini episcopi.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg, Urk. Nr. 112, Siegel des Hermann von Korne (WS 203,14) und des Friedrich von Proebsting (163,19) anhängend; Rückvermerk (18. Jahrh.): Erbkauffsbrieff uff die Wubernes-Hove zu Westholtum im Kerspelle Büderich gelegen.

[1]) Im Widerspruch zum Rückvermerk Hof Ewert, vergl. Preising, Büderich S. 93; [2]) Bauerschaft in der Gemeinde Hilbeck, 13 km nordöstlich von Unna, Besitz des Stifts St. Patrokli Soest.

2135

1324 November 11

Vor Friedrich von Proebsting, Verwalter des Haupthofes in Proebsting[1], erklärt Hermann von Korne, er habe für 54 Mark den Hof Everberneshove in Westholtum im Kirchspiel Büderich an die Äbtissin und den Konvent in Fröndenberg verkauft. Vorbehaltlich der an ihn und den Haupthof zu entrichtenden Pachtabgaben billigt Friedrich den Verkauf.

Nos Fredericus de Provestinch, villicus curie in Prouestinch, cum adhuc non haberemus .. liberos et .. uxorem, habito maturo consilio Ludolfi, fratris nostri, et .. omnium heredum nostrorum universis tam presentibus quam futuris, quibus exhibitum fuerit presens scriptum, cupimus fore notum firmiter et publice protestando, quod constitutus coram nobis Hermannus de Kûrne, famulus, cum Claricia, uxore sua, Rotghero, Petro, Hermanno, Sophya, et Wibele, liberis suis, cum adhuc plures liberos non haberet, ac .. omnium verorum heredum suorum bona voluntate recognovit se rite, rationabiliter et iusto venditionis tytulo vendidisse mansum suum situm in Westholtheym in parrochia Bodrike dictum Euerberneshoue pro quinquaginta quatuor marcis sibi plane, plene et integraliter persolutis honorabilibus et .. religiosis personis .. abbatisse .. totique conventui in Vrondeberghe ordinis Cystertiensis Coloniensis dyocesis iure hereditario in perpetuum possidendum cum omnibus pascuis, pratis, agris, nemoribus ac aliis omnibus iuribus pertinentibus ad eundem, prout est in fronde et cespite situatus, salvo nobis et curie nostre in omnibus iure curiali, quod hovesrecht nuncupatur, secundum omnem consuetudinem et ius suum, de quo manso nobis et .. heredibus annis singulis pensio duorum solidorum in Kathedra sancti Petri, item pensio quinque ovorum et unius denarii feria quinta post Pascha et sex solidorum quatuor denariorum minus sabbato post Ascensionem Domini tytulo pensionis, que pacht dicitur, ad predictam curiam Prouestinch in domo Eueze de Bûdrike perpetue presentabitur et solvetur. Item predictus mansus solvit in die sancti Victoris unius scepel siliginis, unius pulli et unius manipuli[a] lini perpetuam pensionem. Huius rei testes sunt honorabiles viri Hinricus, plebanus in Apelderbeke, Bertrammus, cappellanus ibidem, Rotgherus Boseuort, Rycbertus de Scuren, Brunstenus, Ricbertus de Glatbeke, Albertus de Aslen, Gerhardus de Korne, Lambertus, filius Constantini de Holtheym, et Lambertus dictus Mutere et quam plures alii fide digni. Et nos predictus Fredericus venditionem predicti mansus salvo .. nobis et predicte curie nostre in Prouestinch iure nostro ratam et gratam habentes dedimus predicte abbatisse et .. conventui sanctimonialium in Vrondeberghe ad petitionem predicti Hermanni et aliorum prescriptorum heredum suorum presentem litteram sigilli nostri munimine roboratam. Datum anno Domini M° CCC° XXIIII°, in die sancti Martini episcopi.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg, Urk. Nr. 113, Siegel des Proebsting (WS 163,19) anhängend.

[a]) Über dem Wort von anderer Hand „boten".
[1]) Bauerschaft Proebsting in Hilbeck, vergl. die Anmerkung zur vorhergehenden Urkunde.

2136

1324 November 13

Engelbert Graf von der Mark überläßt dem Kloster Cappenberg das Eigentumsrecht am Hof des Thomas von Ederinchusen im Kirchspiel Werne, das bisher Stephan vom Großen Haus und sein Bruder Dietrich zu Lehen hatten, und erhält dafür das Eigentumsrecht an der Hufe zum Lo in der Bauerschaft Varenhövel im Kirchspiel Werne.

Engelbertus Dei gratia comes de Marca universis has literas visuris vel audituris salutem et subscriptorum cognoscere veritatem. Quoniam per scripturarum traditionem cognitio veritatis ad noticiam devolvitur posterorum, hinc est, quod tam prensentibus quam futuris cupimus esse notum, quod nos de consensu heredum nostrorum proprietatem domus quondam Thome de Ederinchusen site in parrochia Werne, quam quidem domum Stephanus de Magna Domo et suus frater Theodericus a nobis jure tenuerant[a] pheodali, quo resignato justo permutationis titulo transtulimus et transferimus per presentes in viros religiosos prepositum et conventum Capenbergensem, proprietatem dictam prefate domus Thome cum suis attinentiis jure proprietatis ab eisdem tenendam et perpetuo possidendam. Econverso vero dicti prepositus et conventus proprietatem mansi siti in Varnhovele, vulgariter nuncupati to me Lo in parrochia Werne in nos et nostros heredes similiter transtulerunt et remiserunt, ita ut prefatus mansus, quem fratres de Bosinc hactenus in pheodo tenuerunt, a nobis et heredibus nostris jure propriorum bonorum deinceps perpetuo teneatur. In premissorum igitur testimonium, fidem et firmitatem presentes literas nostro sigillo fecimus communiri. Datum anno Domini M° CCC° vigesimo quarto, in die beati Brictii.

Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II Nr. 45, S. 127 (78), Regest: WUB VIII Nr. 1796.

[a]) In der Vorlage „tenuerat".

2137

1324 November 14

Vor den Ratsherren zu Recklinghausen verkaufen die Witwe Alheydis von Bocholthusen und ihre Tochter Lutgardis sowie Gertrud von Bocholteshusen mit ihren Töchtern Greta, Cunegundis und Gertrud den Kanonikern zu Dülmen ihre Güter zu Bocholteshusen[1] und leisten darauf Verzicht.

Universis hanc literam presentem visuris et audituris nos consules opidi Rekelinchusen nomine Gerardus de Dürstene, Lambertus Antiquus Decanus, Ludolphus de Alta Domo, Leo de Poylsheym, Gerardus de in Lapidea Domo[a], Hinricus iuvenis Fermentarius, Gobelinus de Bachem, Bernardus in Atrio, Lambertus Iuuenis Decanus, Rutgerus de Bachem, Iohannes de Lapidea Via[b] et Arnoldus van den Caldenhaue notum facimus publice protestantes, quod in nostra presentia constitute Alheydis vidua de Bocholteshusen et Lutgardis, eius filia, vendiderunt iusto vendicionis titulo supraportantes et resignantes viris discretis Gerardo de Bulleren et Conrado de Dulmene, canonicis ibidem, ad manus venerabilium virorum decani et capituli ecclesie in Dulmene quicquid iuris habuerunt in bonis dictis Bocholteshusen seu agris sitis apud opidum Dulmene iure perpetuo possidendum. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem ad preces utriusque partis sigillum opidanorum Rekelinchusensium hiis literis presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quarto, feria quarta post Martini hyemalis.

Ausf., Perg., A des Herzogs von Croy in Dülmen, Abt. Stift Dülmen, Siegel ab, Abschrift des 14. Jahrh., Schwarzes Kopiar Bl. 11v; Regest, INA, Kreis Coesfeld II, S. 335 Nr. 19 und 20.

[a]) In B mit dem Zusatz „filius Vrederunis in"; [b]) in B mit dem Zusatz „filius quondam Iacobi".
[1]) Wüstung bei Dülmen.

2138

1324 November 16 Avignon.

Papst Johannes XXII. verleiht dem Heinrich von Jülich die Anwartschaft auf eine Präbende im Domkapitel zu Münster, die durch den Tod des Walram von Arnsberg[1] frei geworden ist.

Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 697, S. 329 (Reg 78 Bl. 292v, Nr. 854).

[1]) Sohn des Grafen Ludwig von Arnsberg und der Gräfin Peronetta von Jülich, Propst zu Meschede (vergl. W. Kohl, Domkapitel zu Münster, NF 17, 2, Bd. 2, S. 475).

2139

1324 November 27

Die Ratsherren der Stadt Geseke bekunden, Äbtissin und Kapitel auf der einen Seite und die Markenberechtigten der Stadt auf der anderen Seite seien übereingekommen, ein Stück der Geseker Mark zu roden. Da in dem vorgesehenen Stück, genannt Dule, das Stift besondere Rechte besaß und da die Markenberechtigten das Stift nicht benachteiligen wollten, habe man ihm als Ersatz ein diesem Stück benachbartes Waldstück in der Geseker Mark überlassen. Gemeinsam habe man die Bäume mit den Schnadzeichen versehen.

Universis presentes literas visuris vel audituris nos .. consules in Geseke pro tempore existentes notum esse cupimus et publice protestamur, quod cum venerabiles domine .. abbatissa et .. capitulum ecclesie in Geseke oppidi nostri predicti ex parte una et ceteri heredes, qui dicuntur scarman, cum omnibus ipsorum coheredibus in silva, que vulgariter Geseker marke vocatur, ex altera in exstirpationem cuiusdam spacii eiusdem silve pro communi omnium predictorum utilitate unanimiter concordasse, et hoc in eo loco, qui in vulgu dicitur Dule, in quo predicte domine abbatissa et capitulum ex antiquo speciale ius habebant, partim esset consumatum. Prefati heredes vocati scarman et eorum coheredes nolentes predictas dominas et earum ecclesiam in aliquo circumvenire, eisdem aliud spacium in prenotata silva Geseker marka, in una parte attingens dictum locum Dule et ex altera ipsam markam in restaurum dederunt et assignaverunt perpetuo habendum et possidendum eodem iure, quo antiquitus dictum exstirpatum spacium habuerunt et possederunt, ipsis suo eciam iure salvo, sepedictum spacium arboribus, que snetbome dicuntur, communiter consignantes. Ne autem huiusmodi factum oblivio deleat, sed potius memoriale perpetuum permaneat, nos consules predicti has literas sigillo oppidi nostri prenarrati fecimus roborari. Datum feria tercia post festum beate Katherine anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo quarto.

Ausf., Perg., Stift Geseke, Urk. Nr. 47, Siegel ab.

2140

1324 November 29

Der Ritter Hermann von Ole überläßt dem Grafen Wilhelm von Arnsberg das Eigentumsrecht an seinen Gütern im Dorf Altenaffeln, und zwar mit der Bedingung, daß dieser ihn und seine Erben damit belehnt.

Universis presentes literas visuris et audituris innotescat, quod nos Hermannus de Ole, miles, plena et matura deliberatione prehabita de consensu nostrorum heredum damus et concedimus nobili viro Wilhelmo comiti de Arnsberg proprietatem omnium bonorum nostrorum situatorum in villa Aldenafflen sic, quod idem comes suique heredes legitimi predicta bona iure hereditario perpetue possidebunt tali pacto interposito, quod predictus comes suique legitimi successores astricti erunt, nos et nostros heredes iure feudali pro fidelitate consueta de predictis bonis investire. Datum sub sigillo nostri Hermanni, militis predicti, anno Domini M CCC^mo^ vicesimo quarto, in vigilia Andree apostoli.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 A (Kopiar der Grafen von Arnsberg), Bl. 15; desgl. Msc. VI 109 B, Bl. 80v und 76v.

2141

1324 Dezember 7

Der Ritter Bernhard Bitter bekundet, auf seine Veranlassung wolle Brunstenus von Ulenbrock mit zwei Pferden und einem Knecht der Stadt Dortmund gegen ihre Feinde, ausgenommen den Bischof von Münster und Konrad von Lindenhorst, beistehen. Wenn Konrad aber Helfer der von Strünkede wird, die Truppen der Stadt angreift oder die Bürger beraubt, gilt diese Ausnahme nicht. Brunsten erhält dafür 14 Mark.

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Bernhardus Bitter, miles, notum facio publice protestando me effecisse, quod Brunstenus de Ulenbroke erit et esse debet adiutor civitatis Tremoniensis cum uno famulo et duobus equis ad Nativitatem beati Iohannis Baptiste contra omnes et singulos interim civitatis inimicos presentes et futuros suis eventibus et expensis, excepto venerabili patre episcopo Monasteriensi et Conrado de Lindenhorst. Qui tamen Conradus, si se illorum de Strunkede fecerit adiutorem, Brunstenus ipsius erit inimicus. Etiam si idem Conradus exercitum civitatis invaserit vel in campo Tremonie aut alibi contra cives spolium fecerit, dictus Brunstenus illud in secutione et auxilio defendere iuvabit absque dolo pro stipendio quatuordecim marcarum, quarum tertia pars sibi dabitur nunc in momento et media pars in media quadragesima et ultima pars termino exspirato. Sed si discordia civitatis interim componeretur, consules possunt eum, si volunt, dimittere et pecuniam stipendii secundum tempus defalcare. Item de perditione equorum suorum et omnibus suis incusandis accipiet a nuntio civitatis iurato solutionem vel iustitie complementum. In cuius rei testimonium sigillum meum ad petitionem a utraque parte presentibus est appensum. Datum crastino beati Nycholai episcopi anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo quarto. Adiecto eciam, quod ad libertationem sui, si captus fuerit, dabimus quindecem marcas. Datum ut supra.

Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 191, Siegel ab; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 584, S. 258; Regest: Dortmunder UB I Nr. 420.

2142

1324 Dezember 12

Engelbert Graf von der Mark quitiert dem Bischof Ludwig von Münster den Empfang von 3000 Mark, die dieser ihm und seinem Erstgeborenen Adolf aufgrund seiner Gefangenschaft schuldig war. Verpflichtet bleibt ihm noch der Bischof mit 57 Mark und 8 Schillingen.

Nos .. Engelbertus comes de Marka universis presencia visuris et audituris notum facimus presentibus profitentes, quod reverendus in Christo pater et dominus noster dominus Ludewicus, episcopus Monasteriensis, de tribus millibus marcarum denariorum Sosatiensium, in quibus nobis et Adolfo, nostro primogenito, ratione captivitatis sue teneri dinoscebatur pro se et suis .. fiedeiussoribus nobis satisfecit. De ipsis marcis quitum dicimus et solutum, quinquaginta .. septem marcis et octo solidis dictorum denariorum nobis remanentibus dumtaxat exceptis. Pro quibus enim quinquaginta et septem marcis et octo solidis denariorum dictus noster .. episcopus et sui fideiussores in omni obligatione et promisso ut prius secundum tenorem literarum suarum nobis traditarum permanebunt obligati. In cuius rei testimonium sigillum nostrum pro nobis et dicto primogenito nostro presentibus est appensum. Datum feria quarta post Nycholai episcopi anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo quarto.

Ausf., Perg., StAM, Domkapitel Münster, Vermischte Urkunden, Urk. Nr. 23; Bruchstück des großen Siegels des Grafen von der Mark abhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1807.

2143

1324 Dezember 13

Der Ritter Godfrid genannt Volenspit und der Knappe Goswin genannt Rep bekunden, Äbtissin und Konvent zu Himmelpforten hätten sich vor ihnen in ihrem Streit[1] mit Dietrich genannt Harme über eine an

den Oberhof Steyne[2] aus den Gütern tho der Horst[3] zu entrichtende Rente von drei Schillingen und eine Zehntlöse vom schmalen Zehnten geeinigt. Das Kloster will die Bezahlung der Rente von drei Schillingen übernehmen. Von der Zehntlöse will es ein Drittel zahlen. Zwei Drittel hat der Kolon des Hofes zu entrichten. Die Äbtissin hat den Hof für die dritte Garbe an Hermann, einen Eigenhörigen des Dietrich, auf 15 Jahre verpachtet. Nach Ablauf der 15 Jahre hat dieser den Hof zu räumen.

Universis Christi fidelibus, ad quos presentes litere pervenerint, Godfridus dictus Volenspit, miles, et Goswinus dictus Rep, famulus, salutem et subscriptorum cognoscere veritatem. Noveritis, quod cum in Christo devoti domina abbatissa et conventus sanctimonialium in Porta Celi parte una et Theodericus dictus Harme ex altera inter se discordes viderentur ratione pensionis trium solidorum et cuiusdam redemptionis minute decime ex bonis dictis tho der Horst erogandarum in curtem dictam Steyne, tandem coram nobis ac aliis honestis viris infrascriptis sunt penitus concordati, ita videlicet, quod .. abbatissa et conventus predicti pensionem trium solidorum solvent, de minuta vero decima terciam partem et colonus Theoderici predicti in bonis Horst residens ipsius decime duas partes ministrabit. Et cum hoc Theodericus prelibatus pro se et omnibus suis renunciavit libere et expresse omni actioni et impetitioni, que sibi contra dominam .. abbatissam et conventum predictum competere videbantur. Et omnibus predictis tam amicabiliter ordinatis et dispositis, prefata domina abbatissa de consilio suorum amicorum locavit predicta bona in Horst Hermanno, homini dicti Theoderici, et sue uxori, si quam duxerit, ad quindecim annos cum data presentium literarum currere incipientes colenda et habenda pro tercia garba et pensione hactenus habita et consueta, dummodo dicta bona debite colat et fructificet. Alioquin, si in cultura dictorum bonorum remissus et negligens inveniretur, posset licite durantibus annis predictis ab eisdem bonis ammoveri. Insuper est condictum, quod elapsis quindecim annis predictis tunc in festo beate Margarete proxime subsequente dictus Hermannus et uxor eius, si quam habuerit, cedent ab ipsis bonis secum ducentes et ibidem reliquentes, sicut docuerit ius commune et consuetudo patrie postulat et requirit. In quorum omnium testimonium et firmitatem ad preces partium predictarum nostra sigilla presentibus sunt appensa, quod nos abbatissa, .. conventus et Theodericus predicti recognoscimus totum fore verum, volentes et debentes premissa singula et omnia in sua forma inviolabiliter observari. Testes et presentes huius rei sunt dominus Godfridus dominus de Rudenberg, nobilis, Rûtgerus de Galen, Iohannes dictus Clot, Alexander Volenspit, Lambertus de Schedincgen, Richardus de Hesnen, Euerhardus de Herborne, milites, Hartleuus Pyl, Gerhardus de Berstraten, Lambertus de Mölenhusen, Iohannes de Herborne, Albertus de Mülenhusen, Wilhelmus de Kaldenhoue, Alradus Theggere, Iohannes dictus Herteshals, famuli, et alii plures fide digni. Datum et actum anno Domini M° CCC^{mo} XX^{mo} quarto, ipso die beate Lucie virginis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten, Urk. Nr. 96, Siegel ab; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. VII 5703.

[1]) Der Streit war entstanden nach dem Verkauf des Hofes im Jahre 1308 durch Harmen an das Kloster (vergl. WUB XI Nr. 586); [2]) Stemmerk, südlich von Scheidingen? [3]) Horstmann in Flierich (in den Lagerbüchern, Akten Nr. 4 und 5: Flirick im Amt Hamm), nicht Flerke.

2144

1324 Dezember 14

[Adolf, ältester Sohn des Grafen Engelbert II.] von der Mark, teilt dem Abt Wilhelm von Werden mit, daß er auf die Werdener Vogtei [Vluyn] *mit den Höfen Hochemmerich* (Embrike), *Asterlagen* (Asterlo) *und Borg* (Borgh) *samt allen Leuten, Einkünften, Rechten und Wachszinsigen, die mit seiner Zustimmung an [Johann von Kleve, Herrn] von Linn* (Linne) *verkauft worden ist, Verzicht leistet. Siegelankündigung des Ausstellers. Datum 1324 Dez. 14 [anno Domini]* (M° C°C°C° vicesimo quarto, crastino Lucie virginis).

Ausf., Perg., HStAD, Kloster Werden, Urk. Nr. 165, Siegel ab, die rechte Hälfte der Urkunde fehlt, dazu Moderschäden; Rückvermerk (14. Jahrh.): resignatio Adolphi primogeniti comitis de Marka super advocatia in der Vlûnen); *Druck: Lacomblet, UB III Nr. 204; Regest: Schleidgen, Kleve-Mark Nr. 176, S. 101.*

2145

1324 Dezember 14

Bürgermeister und Rat zu Werl verkaufen für sieben Mark und drei Schillinge der Jungfrau Gertrud genannt von Hoynge, Bürgerin zu Soest, eine Rente von sechs Schillingen aus dem Hause und dem Hausplatz des Dietrich genannt Witten in Werl, einst Bürger in Werl. Nach dem Tode der Gertrud soll die Rente an den Sakristan des Marienaltars der Minoriten zu Soest zur Verbesserung der Beleuchtung fallen.

Nos proconsules et consules in Werle universis tam presentibus quam futuris, quibus exhibitum fuerit presens scriptum, cupimus fore notum firmiter et publice protestando, quod recognoscimus rationabiliter et iusto vendicionis titulo vendidisse Gertrudi puelle dicte de Hoynge, coopidane Susaciensi, redditus sex solidorum ex domo et area integrali Theoderici dicti Witten, coopidani quondam nostri, sita in opido nostro pro septem marcis et tribus solidis denariorum Susati legalium et bonorum nobis integraliter persolutis annis singulis in festo beati Michaelis perpetuis temporibus persolvendos, videlicet condicione interposita, quod, si predictam puellam de hoc seculo transmigrare contigerit, extunc predicti redditus ad utilitatem sacristani altaris beate Marie virginis fratrum Minorum in Susato pro emendacione luminum scilicet absque contradictione aliqua nostrorum futurorum persolventur. Preterea antedicta domus et area nullam aliam solvunt pensionem, sed ad curiam, que vulgariter Rikelinchof nuncupatur, tres pullos, decem et octo denarios areales. Unde videlicet, ne predicta puella ab illius impeticione valeat ammoveri, presentem literam ad testimonium et firmitatem sigilli nostri munimine duximus roborandam. Testes huius rei sunt Hinricus Kouolt, Iohannes Ponir, tunc temporis proconsules in Werle, Teodericus de Holdinchoue, Hinricus de Steyne, Goswinus Eghenbolt, Hinricus Prosekese, Detmarus Zegere, Hinricus Swinintholt, Hermannus Bars, Euerhardus Sterthof, Gerhardus Carpentarius, Hinricus Faber et quam plures alii fide digni. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quarto, in crastino beate Lucie virginis.

Abschrift des 16. Jahrh., StAM, Msc. I 217 (Kopiar der Minoriten zu Soest), Bl. 28v.

2146

1324 Dezember 17

Der Dompropst Konrad Edelherr von der Mark[1]*, der Domdechant Lubbracht von Langhen, der Vizedominus Ecbracht von Bentheim (-hem), der Cantor Gert Werence und das Domkapitel zu Münster bekunden, daß sie von dem Ritter Hermann von Münster und seinem gleichnamigen Sohn die in der Urkunde vom selben Tage*[2] *genannten Güter gekauft haben, und versprechen, die ebendort festgelegten Zahlungstermine für die 1800 Mark einzuhalten. Auch die übrigen Bedingungen werden wiederholt und bestätigt. Der Dompropst und das Domkapitel siegeln. Datum 1324 Dez. 17* (des manendaghes na sunte Lucien daghe).

Ausf., Perg., niederdeutsch, StAM, Domkapitel Münster, Domkellnerei, Urk.Nr. 13; Siegel des Dompropsts (wie Rücksiegel beim Reitersiegel seines Bruders Engelbert: WS 16,4) und des Domkapitels (WS 3,5) anhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1810.

[1]) Sohn des Grafen Everhard und Bruder des Grafen Engelbert von der Mark, Dompropst in Münster 1321–1326, danach Heirat mit Elisabeth von Kleve, später Eintritt in den Minoritenorden; [2]) vergl. WUB VIII Nr. 1809.

2147

1324 Dezember 20

Gottfried, der Sohn des Ritters und Edelherrn Gottfried von Rüdenberg, überläßt dem Grafen von Arnsberg das Eigentumsrecht an sechs Morgen Ackerlandes, die zu seinem Oberhof Wöstemühlen in Berg-

straße[1] *gehören, und erhält dafür vom Grafen das Eigentumsrecht an sechs Morgen Wiese, die vom Oberhof Redikenhof*[2] *des Grafen abhängen.*

Ego Godefridus dictus de Rudenberg, filius viri nobilis Godefridi militis, eiusdem nominis et cognominis, notum facio universis presentia visuris seu audituris, quod ego dedi et do in hiis scriptis nobili viro domino comiti de Arnsberg et suis heredibus proprietatem sex iurnalium terre arabilis attinentium bonis meis dictis Woystesmulen, sitis in Berstrate, recipiens ab ipso viro nobili domino comite predicto et suis heredibus proprietatem sex iurnalium pratorum attinentium curti mee site ibidem dicte Redikenhoff ab ipso domino comite dependenti nomine concambii iure hereditario perpetuo possidendam, voluntate bona et consensu pleno Gertrudis, mee uxoris, et Godefridi, primogeniti mei, et aliorum heredum meorum, sicut nomina tenent, ad istud concambium specialiter accedentium, harum mearum testimonio literarum datarum sub sigillo meo presentibus appenso, anno Domini MCCC^{mo} XXIV, in vigilia Thome apostoli.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 A (Kopiar der Grafen von Arnsberg), Bl. 5.

[1]) In Niederbergstraße, 4 km nordöstlich von Werl befindet sich am südlichen Rand der Gemeinde der Mühlenbach, der auf den ehemaligen Oberhof hindeuten könnte (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest II S. 159); [2]) wohl der ehemalige, dem Grafen von Arnsberg gehörende Oberhof Rithem oder im Redum in Oberbergstraße, ebenfalls 4 km nordöstlich von Werl (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest II S. 160 Nr. 35).

2148

1324 Dezember 23 Soest

Die Städte Münster, Osnabrück, Soest und Dortmund erneuern ihr Bündnis[1] *auf weitere sechs Jahre:*

1. Der Herr einer Stadt soll in seinen Rechten nicht beeinträchtigt werden, wenn er seinerseits die ihm untergebene Stadt und die drei anderen Städte nicht bedrängt.

2. Wenn ein Landesherr oder Edelmann sich in einer Stadt mit Pferden, Waffen oder Lebensmitteln für eine Heerfahrt rüsten will, so sollen die betreffende Stadt oder einer ihrer Bürger zur Verhinderung von Schäden für die anderen Städte ihm nicht behilflich sein. Die Absichten zu einer Heerfahrt sind den anderen Städten mitzuteilen.

3. Wenn jemand eine dieser Städte mit Raub, Brandstiftung oder Gefangennahme bedrängen und nach der Tat aus dem Land entweichen sollte, so wollen alle diese Städte sich bemühen, daß der Täter tot oder lebendig der geschädigten Stadt überantwortet wird. Wenn dafür eine Belohnung ausgelobt wird, so hat die betroffene Stadt die Hälfte zu tragen. Die andere Hälfte wird von den anderen drei Städten aufgebracht, falls die Auslobung mit ihrer Zustimmung erfolgte.

4. Wenn ein Herr, der Burgen und Land besitzt, gegen eine der Städte mit Gefangennahme, Raub und Brandstiftung vorgeht oder andere Übeltäter, die ähnliches vollbringen, in seinen Schlössern aufnimmt, soll die nächstgelegene Stadt, sobald sie davon Kenntnis hat, den Herrn auffordern, die Gefangenen freizulassen und den angerichteten Schaden zu ersetzen. Sie soll sich bei dem Herrn verbürgen, daß die betreffende Stadt mit ihm zu einer freundschaftlichen Übereinkunft kommen oder sich dem Rechtsspruch unterwerfen will. Bei der Bürgschaft sollen die beiden anderen Städte mit einstehen. Läßt sich der Herr darauf nicht ein, wollen sie ihm ankündigen, daß sie dann bei ihren Freunden gegen ihn klagen müßten.

5. Wenn eine Stadt unrechtmäßig von einem Herrn mit einer Fehde bedrängt würde und die anderen drei Städte schriftlich um Rat und Hilfe bäte, werden diese gemeinsam ebenfalls schriftlich den Herrn auffordern, auf ein gewaltsames Vorgehen zu verzichten und innerhalb von 14 Tagen den Rechtsweg zu suchen. Kommt er diesem Verlangen nicht nach, wird jede Stadt innerhalb von acht Tagen, wenn sie darum ersucht wird, zehn Bewaffnete zur bedrängten Stadt entsenden. Falls nötig, wird diese Zahl verdoppelt. In der angegriffenen Stadt übernimmt diese die Beköstigung. Auf dem Hin- und Rückweg trägt jede einzelne Stadt die

Kosten. Wenn die Fehde sich länger hinzieht, wollen die Städte zusammen kommen, um weitere Maßnahmen zu beraten. Wenn den Städten ein Sieg zufallen und sie Gefangene machen sollten, soll vom Lösegeld und der erhobenen Schatzung die betroffene Stadt die Hälfte erhalten, während die andere Hälfte den drei Städten zukommen wird. Die in die Hand gefallene bewegliche Habe soll unter den Bewaffneten verteilt werden.

6. Wenn die Fehde aus einer anderen Stadt besser geführt werden kann, soll das geschehen und die betreffende Stadt soll die aus den anderen Städten entsandten Helfer aufnehmen. Die geschädigte Stadt soll dann die Beköstigung tragen. Die geschädigte Stadt soll soviel Bewaffnete unterhalten wie die anderen Städte zusammen. Die Stadt, aus der man die Fehde führt, soll ihre Leute selber beköstigen.

7. Der mit einem Pferde dienende Bewaffnete soll pro Woche eine Mark erhalten, der mit Kettenhemd und Harnisch dienende eine halbe. Die Bewaffneten dürfen nicht ohne Zustimmung aller Städte heimkehren.

8. Wenn eine der Städte belagert wird, sollen die drei anderen Städte beraten, wie sie sie unverzüglich entsetzen können. Gelingt dies nicht, wollen sie das Land des Herren und seiner Helfer an Leib und Gut, mit Raub und Brand verwüsten und sich dabei einsetzen, als ob sie selber betroffen seien. Wenn zur Befreiung der Stadt Geld an einen Herren, Edelmann, Ritter oder Knecht ausgelobt werden muß, wird die direkt betroffene Stadt die Hälfte tragen, die andere Hälfte die drei Städte.

9. Wenn einer Stadt ein Unrecht zugefügt wird, sollen die anderen Städte so handeln, als ob es ihr selber zugefügt sei. Wenn eine Stadt von den anderen Städten beschuldigt wird, die Bestimmungen des Bündnisses nicht eingehalten zu haben, kann sie sich durch vier Mitglieder Rates mit Eid rechtfertigen. Wenn eine Stadt ihre Säumigkeit nicht durch den Eid entschuldigen will, hat sie jeder der drei anderen Städte hundert Mark zu geben. Die Gültigkeit des Bündnisses wird davon nicht betroffen.

10. Wenn ein Bürger aus den vier Städten das Bündnis in einer dieser Bestimmungen verletzt hat und wenn er dessen durch das Zeugnis von zwei rechtschaffenen Männern überführt wird, hat er seiner Heimatstadt als Buße zehn Mark und ein Fuder Wein zu entrichten. Niemand soll dann für ihn Fürsprache einlegen dürfen, vorausgesetzt, daß er sich des Unrechtes bewußt war. Wenn er nicht überführt werden kann, darf er sich zusammen mit zwei rechtschaffenen Männern durch Eid rechtfertigen.

11. Die vier Städte sollen vier Mal Abgesandte zu einer Zusammenkunft entsenden, und zwar acht Tage nach Johannes zu Mittsommer, acht Tage nach St. Michaelis, acht Tage nach Neujahr und acht Tage nach Ostern. Wenn diese Abgesandten auf dem Wege behindert oder gefangengenommen werden, wollen alle vier Städte mit aller Macht dies ahnden. Keine der Städte darf eine Fehde ohne Beratung mit den anderen Städten beginnen.

In Godes namen amen. Wi rigthere, schepene, raytman ande ghemeyne bûrghere der steyde van Münster, van Osenbrûcghe, van Sûyst ûnde van Dûrtmuonde dûyt kûndich allen den gheynen, de disse breyve seyt ofthe hoeret lesen, dat wi ûmme ghemeynen nût ûnser aller ûns tho gadere gheloevet hebbet ande dreghet over eyn in disse wyse der selver loevede ande loevet de bi gheswoyren eyden ande bi ûnser trûwe in allen stûcken vaste ûnde steyde tho holdene, als heyr na steyt beschreven:

(1) Tho deme eyrsten so wille wi, dat eyn ỿowelic heyre disser veyr steyde in allen stûcken ghebrûke sines regthes ûnde dayr ane nicht ghehindert weyrde in eynigher wise van dissen steyden alzo veyrre, alze he de stat, de eyme ûnder dayn is, vonde de anderen dre steyde ghebrûken lathe eyres regthes.

(2) Vortmer, swan ir[a] dat eyn landes heyre ofthe eyn edele man tho eyner heyrvart tho dûynde zeyc beghinnet tho vestene in wilcker disser steyde mit perden, waypen ofthe mit spise ofthe mit anderen stûcken, deyme selven heyren noch sinen helperen en sal de stat ofthe neyn ir bûrghere tho helpe kômen mit dissen vor ghenoymeden stûcken. De stat de en bewayre dat mit allen vlithe in gûden trûwen, dat de heyrvart ûppe der anderen steyde schaden nicht engha. Oyc sal de selve stat kûndighen allen den anderen steyden, dat so dayn heyre tho der heyrvart zeyc bereyde.

(3) Vortmer weyr, dat inich man disser veyr steyde eyne an verdighede ofthe tho unregthe besweyrde mit rove, brand ofthe vancnûsse ofthe mit anderen unregthen dinghen ûnde na der dayt uthe der bûrde vorvlûgtich entweyke, so sülden alle disse vor ghenoymeden steyde trûweliken sunder al arghelist dayr ûmme arbeiden, dat de hantdeydighe man doyt ofthe leyvendich gheantwoyrdet wûrde deyr stat, deyr he den schaden ghedayn heyvet. Ande wûrde dayr ûmme ghelt gheloevet, des gheldes sal de stat, der de schade gescheyn is, de helfthe gheven, ûnde de anderen helfthe solen de anderen dre steyde uyt gheven, doch so en sal men dat ghelt noch loeven noch gheven, et en zi mit rayde ûnde mit vûlbuorde der anderen steyde.

(4) Vortmer weyr, dat eynich heyre, de bûrghe ofthe lant hedde, deyrre steyde eyne an verdighede mit vancnûsse, mit royve ofthe mit brande ofthe andere boese lude in zin sloyt ofthe in zin vestene ofthe heldet, de des ghelikes dûyt alzo schire, alze de stat, de deme heyren neyst beleghen is, dat vornyimit, so sal ze bi eyren gûden boeden ande breyven zûnder vortheyn den heyren manen mit gûden trûwen, dat hey de ghevanghenen quyit gheve, ûppe recht der nayme weyder gheve, den schaden wandele ande beythere. Oyc sal de selve stat deyme selven heyren dat vorbûrghen, ofthe des noyt is, dat eyme ofthe den zynen van der stat, de de sake ayn gheyt, ghesche minne ofthe recht, ande in der bûrghetûcht sulen de anderen twe steyde mide an stayn. Weyr oyc, dat se selve heyrre des nicht duyn en wûlde, so sûlden eyme de steyde kündighen, dat ze des dûgthe, dat he ûnreydelike teyghen ze vortvûre ande mûysten dat van noyt claghen eyren vrûnden.

(5) Vortmer weyr, dat eyn ûrlûghe ûp stûnde van unregther ghewolt, de en heyrre disser steyde wilcke an leyghede weyr, dar de stat, de dit anegheyt in eyren breyven eysghede van den anderen steyden rayt ûnde helpe, so solen de andere dre steyde althehant mit eyren breyven bidden ûnde maynen den heyren, dat he vertyihe de ûnregther ghewölt ûnde neyme recht binnen vertyin daghen. Anders so en möghen ze de stat an eyrme reghte nicht begheven. Weyre, dat he disser manûnghe nicht volghen en wûlde ande vorwûrpe, so sölde dayr na eyn iûwelic stat binnen agthe daghen, swan ir dat gheeysghet wûrde[b], ande de stat, de de sake antreyt, de sal disse wapentûre bekostighen in eyrre stat, mer ûppe deyme weghe uyt ûnde heym ûnde anders, wayr tho vayrne, sal iûwelic stat eyren schaden selver dreghen. Weyr aver, dat van ghewölt der ghey[n]re, de dit ûnrecht deyden, dat selve ûrlughe langher ûnde breyder wûrde, so solden disse steyde tho gader kûmen ande solden ûnder zeyc trûoweliken dar tho prûven, wû ze der stat, der de noyt an leyghe, mit hulpe ande mit rayde tu hulpe komen. Aver ofthe dat gesche, dat disse steyde in eyne stat van en wapende lûde sentten ûnde der stat God ûnde eventûre gheyve, dat ze seyghe vûgthen mit hulpe ande mit dayt der wapentûre van den anderen steyden, alzo dat ze de viande ofthe eyn deyl van en venghen, de stat, de de sake angheyt, sûlde hebben de twe deyl der ghevanghenen ofthe der schattûnghe, de dar af queyme, de anderen dre steyde den derden deyl de hayve, de dar in me stride ghewûnnen wûrde, de sûlden de wapentûre ûnder zeyc ghelike bûthen.

(6) Vortmer weyre, dat eynighe van dissen steyden anvogthen wûrde ûnde ofthe men dat ûrlûghe zachther driven moghe uyt er anderen statt eyghen den, de de stat dûs ane voghe dan uyt der stat, de de sake anghenghe, dat sal de stat dûrg ghemakes willen liden, dat men dar uyt drive ûrlûghe der anderen stat, ûnde de stat sal gûytlike ûnde leyflike entfayn de hûlpere, de dar komet van den anderen steyden ande sulen en trûwelik bi stayn mit helpe ande mit rayde. Oyc sal de stat, de de sake angheyt, der lûde kost bethalen. Oyc sal de stat, de de sake angheyt, alzo veyle wapender lûde heben, alze de dre anderen steyde, ande de stat, dar men uyt ûrluoghet, de sal ir eyghene kost hebben.

(7) Vortmer de kost der wapentûre, de sûlen ghesatyghet sin in disser wyse, dat men eyme iûweliken wapentûre mit eyme örze sal gheven tho der weyken eyne marc ande eyme wapentûre mit eyme hengheste ande mit eyner platen eyn halve marc. Ande de wapenture, de en sûlen nicht heym varen van der stat, dar men uyt ûrlûghet, si en duyn dat mit willen ande mit rayde al der steyde.

(8) Vortmer ofthe dat gesche, dat inich van dissen veyr steyden bestallet wûrde, de anderen dre steyde sûlden des rayt hebben ûnder zeyc sûnder vortrecken ande sölden dayr ghetrûweliken na wesen, dat de stat van der besetthûnghe ghelost wuorde. Ûnde kuonden ze dat anders nicht vûlbrenghen, so solen ze mit al irre

macht anveghen den heyren, de de stat besethen heyvet, ünde alle de gheyne, de eme mit hulpe ande mit rayde bistayt, ande sülen ze vorderven an live ande an güyde mit royve ande mit brande ande mit allen anderen stücken, dayr meyde ze künnen ofthe möghen, ande disse anvegthünghe, deyr en sal men mit nichthe vorteyn boven den agthenden dag van deyme daghe, dat de stat bestallet wayr. Oft et nicht eyr ghescheyn en mach, ande eyn iüwelic stat sal dar tho denken mit sülcker begherünghe, alze ofte se selver de sake anghenghe. Weyr oyc, dat ümme entzettinghe der stat van den anderen steyden ghelt gheloevet ofte ghegheven würde eynighene heyrren, eyme edelen manne, eyme riddere ofthe knegthe, den halven deyl des gheldes sal uyt gheven de stat, de de sake anegheyt, den anderen halven deyl sülen de anderen dre steyde ghelden.

(9) Vortmer so wat ünregther ghewolt inigher van dissen vorghenoymeden steyden ghedayn wyirt, dat sülen de andere steyde mit ir ghelike dreyghen ande eyn iüwelic stat sal dat weyder stayn ünde wreyken, alze de sake ze selver anegha, doch in der wise, alze hyir vor gheschreven is. Aver weyre, dat eynighe disser steyde van den anderen steyden beschüldighet würde, dat ze disse gheloevede ofte eynighe stücke, de dayr an gheschreven sint, vorbroyken hedde, de stat, de sülen enschüldighen veyr man, de tho der tyit in irme rayde sint, mit eyren ghesworen eyden. Weyr aver, dat de selve stat ire vorsümigheyt leyver betheren wülde, dan ze eyn ünschult deyde, so solde de stat ener iüweliker stat schüldich wesen tho ghevene hündert marc tho betherünghe des brökes, nochtan so sülde alle disse gheloevede in eyrre macht steyde ünde vast bliven.

(10) Vortmer ofte inich bürghere disser vorghenoymeden steyde beschüldighet würde, dat he disser gheloevede inighe stücke vorbröken hedde, ünde würde he des vorwuonnen mit twen biderven mannen, de sal schüldich sin siner stat, dayr he inne woynet, eynen broke van theyn marken ande eyn voyder wines, ünde dar ne sal neymant vor bidden, dan he des brükes quyit ghelathen weyrde, doch alzo verre, alze dat üppenbayre ghekündighet was in der stat, dayr de man woynet, ünde he wiste, dat he de stücke vormiden solde. Weyr aver, dat men en nicht vorwinnen en moghe, alze hyir vor gheschreven is, so sal he twe biderve man tho zeyc neymen in zynen eyt ande tho der ünschült, dayr sal men eyme tho staden.

(11) Hyir ünboyven so hebbe wi ghesat, dat disse vorghenoymeden steyde mit iren guoden boeden veyr warve in me iayre tho gader koymen sülen üppe de tyit, alze hyir na gheschreven steyt, an deme agthenden dage sünthe Iohannes tho miden sümere ünde aghte daghe na sünthe Mychaeles daghe, vortmer an deyme agthenden daghe na Nyen iare ünde agth daghe na Paysghen sprayke ünde rede ünde rayt tho hebbende ünde ander dinc, de den steyden nüt ünde vrümen brenghen mügen. Weyr oyc, des God nicht en gheve, dat der steyde boyden ofthe inighe van en üppe dissen weyghe ghehyndert ofthe ghevanghen würden, dat sülden alle de steyde zeyc anthun ünde sülden dat mit al erre macht aenden ünde wreyken. Oyc so en sal neyn van dissen veyr steyden eyn ürlüghe begripen büthen rayde der anderen steyde.

Tho eyme uorkünde ünde tho eyner vestenünghe alle derre vor gheschrevene stücke so hebbe wi disse breyve mit ünsen inghesyghelen besyghelt, alzo dat van midde wintheres, de nü koymet, oyver seys iayr disse breyve macht uyt gaynde zy. Oyc sülen alle ünse alden gheloevede eywelike steyde ünde vast in eyrre macht bliven. Disse breyf, de is ghegheven ünde ghemaket tho Süyst na Godes bürt dusent drehündert ünde veyr üntwintich iayr, des sünnendaghes vor Kerstes daghe.

1) Ausf., Perg., StA Osnabrück, Urk. 3a1 IV Nr. 211 (Dep. Stadt Osnabrück), Siegel der Stadt Münster (WS 77,1) mit Rücksiegel (WS 84,7), der Stadt Osnabrück (WS 75,6) mit Rücksiegel (WS 85,2), der Stadt Soest (WS 76,1) mit Rücksiegel (WS 89,2) und der Stadt Dortmund (WS 75,2) mit Rücksiegel (WS 84,3) anhängend; 2) Ausf., Perg., Stadt A Dortmund, Urk. Nr. 193, Kriegsverlust: Druck: Friderici, Geschichte Osnabrücks I Nr. 66, S. 230; WUB VIII Nr. 1813 (nach der Dortmunder Vorlage); Osnabrücker UB 6 (UB der Stadt Osnabrück) Nr. 269, S. 191.

[a]) In der Dortmunder Vorlage das Wort fehlend bzw. Rasur; [b]) in der Dortmunder Ausfertigung folgt danach zusätzlich: teyn man ghewoypent senden in de stat, der die noyt anlyget. Weyr oic, dat is meyr noyt würde, so sülde eyne iuwelic stat disse wapentüre twevolt maken, swan ir dat gheeysghet würde.

[1]) Vom 4 Mai 1318 (WUB XI Nr. 1467).

2149

1324 (1325)[1] Dezember 29

Die Äbtissin Gertrud und der Konvent des Zisterzienserinnenklosters Benninghausen gewähren dem Priester Wigand von Lippia auf Lebenszeit eine Pfründe und ihre Bruderschaft. Wie ein Kaplan hat er nach Verabredung die Messe zu zelebrieren. Für Kleidung erhält er als Zugabe jährlich zwölf Schillinge. Dafür hat er ihnen seine Güter geschenkt, wofür seine Memorie im Kloster zu halten ist.

Universis presentes litteras visuris et audituris nos Gertrudis abbatissa .. totusque conventus monasterii in Beninckinchusen Cisterciensis ordinis notum facimus et publice protestamur, quod dedimus immo presentibus damus et conferimus domino Wigando presbitero de Lippia pure et simpliciter propter Deum unam prebendam cum fraternitate temporis vite sue in nostro monasterio et conventu tenendam et habendam, ut ipse noster sit perpetuus cappellanus et confrater et celebret divina pro nostra utilitate. Nec tamen omni die necessario celebrabit, sed dum nobis et sibi videbitur oportunum. Etiam sibi superaddentes omni anno duodecim solidorum redditus, quos pro vestitu suo emendando eidem ministrari faciemus expedite, non obstante, si forsan idem dominus Wigandus aliquando senectute aut corporis infirmitate aut alia quacumque necessitate detentus divina officia comode non posset celebrare, recognoscentes nichilominus, quod sine defectu tamquam nostro cappellano sibi expensas decentes ac dictos redditus[a] necnon hospicium et comodum, sicut etiam antea fecimus, tenebimur ministrare. Unde idem dominus Wigandus pro huiusmodi beneficio sibi per nos inpenso vicem nobis reddere cupiens nobis et nostro monasterio assignavit et perfecta donatione dedit omnia bona sua, nichil excipiens, que nunc possidet et habet vel in futurum habebit et acquiret et que post obitum suum relinquet, ut[b] post mortem suam illa omnia et queque singula secure tollamus et ex illis[c] tamquam fratris nostri defuncti exequias et memoriam perpetuo peragere debeamus. Et hoc feliciter in Domino sibi promittimus per presentes. Et in huius rei testimonium nostrum sigillum, sigilla quoque dominorum Iohannis, nostre ecclesie in Beninckinchusen veri pastoris, et Iohannis, plebani in Osdinchusen, qui cum aliis viris probis et honestis mediatores in hoc negocio extiterunt, presentibus apponi inperavimus in maiorem evidenciam premissorum. Quod nos Iohannes et Iohannes iam dicti verum esse profitemur, sigilla nostra apposuimus huic scripto. Testes huis donationis sunt Iohannes atque Iohannes, plebani supradicti, dominus Daniel, confessor dicti conventus, dominus Hartwicus, officians ecclesiam in Horne, presbiteri, frater Bernardus, provisor dicti conventus, et alii quam plures fide digni. Datum et actum anno Domini millesimo tricentesimo vicesimo quinta, in crastino Innocentum.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen, Urk. Nr. 162, Siegel ab.

a) Die Worte „ac dictos redditus" von anderer Hand über der Zeile nachgetragen; b) dahinter gestrichen „ex illis"; c) von „illa omnia" ab bis „ex illis" am Ende der Urkunde von späterer Hand nachgetragen.

1) Wegen des Jahresbeginns zu Weihnachten in der Kölner Diözese in das Vorjahr zu setzen.

2150

1324 (1325) Dezember 29[1]

Edelherr Gottfried von Rüdenberg verkauft für 30 Mark den Söhnen des Arnsberger Bürgers Winand eine Hufe in Schonenberg, drei Kotten ebenda bzw. in der Walepe[2] und einen Fischteich.

Nos Godefridus nobilis de Rudenberg notum facimus universis presentes literas visuris seu audituris, quod nos consentientibus ac ratihabentibus Palmanya, conthorale nostra legitima, Godefrido, primogenito nostro, Hermanno, Iohanne ceterisque nostris heredibus, sicut nomina tenent, vendidimus rite et rationabiliter Hermanno, Wynando, Theoderico et Gobelino, filiis Wynandi, opidani in Arnsberg, et eorum heredibus mansum nostrum situm in Sconenberg et tres casas, quarum una ibidem est sita et due site sunt in Walepe, et piscinam ibidem sitam cum universis agris cultis et incultis, pratis, pascuis, silvis eisdem attinentibus secun-

dum omnem eorum usum pro triginta marcis denariorum Susati usualium nobis numeratis ac plene persolutis iure hereditario perpetue possidendos, ipsosque Hermannum et Gobelinum iusto ac libero feodo infeodavimus de eisdem. Et hoc idem post nostri decessum heredes nostri pro tempore existentes facere debebunt eis seu heredibus eorum sine aliquibus donis et sine contradictione aliquali. In cuius rei testimonium perpetuum sigillum nostrum una cum sigillo Godefridi, primogeniti nostri, pro nobis et heredibus nostris predictis presentibus est appensum. Nos vero Palmanya et heredes prenominati, quia noster consensus ad prefatam venditionem specialiter accessit, sub sigillis domini nostri predicti et Godefridi hec omnia et singula predicta recognoscimus esse vera, presentibus et mediantibus Henrico dicto Gir, iudice in Arnsberg, Henemanno dicto Missener, proconsule, opidanis ibidem, ac aliis fide dignis. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quinto, in crastino beatorum Innocentium.

Ausf., Perg., StAM, Herzogtum Westfalen, Landesarchiv, Urk. Nr. 24, aufgeklebt auf Papier durch Tyrell (auf der Rückseite Festungsplan), Siegel ab.

[1]) Wegen des Jahresbeginns zu Weihnachten in der Kölner Diözese nach unserer Rechnung in das noch laufende Jahr zu setzen; [2]) Wüstungen bei Arnsberg (vergl. Féaux de Lacroix, Geschichte Arnsbergs, 1895, S. 20 und 93).

2151

1324 (1325)[1] Dezember 31

Propst, Priorin und Konvent des Klosters St. Walburgis vor den Mauern von Soest verkaufen dem Priester Hugo für 16 Mark eine Rente von einer Mark aus ihrem Haus in der Pfarrei Maria zur Höhe, das Gobelin von Tongern bewohnt. Diese Rente hat Hugo dem Konvent geschenkt. Von den Einkünften sollen zweimal im Jahr die Angehörigen des Konvents eine Speisung erhalten. Dafür haben sie für den Priester und seine Freunde das Jahresgedenken zu halten.

Nos .. prepositus, priorissa totusque conventus monasterii sancte Walburgis extra muros Sosacienses notum facimus et publice protestamur, quod vendidimus ex domo nostra in parrochia sancte Marie in Altis sita, quam Gobelinus de Tungris, Romipeta, inhabitat, discreto viro domino Hugoni, sacerdoti, unius marce pensionem quolibet festo Pasche sex solidos et quolibet festo Mychahelis sex solidos solvendos pro sedecim marcis pecunie numerate. Et ipse Hugo pio motus affectu predictam pensionem in nostros usus perpetuos adhuc vivens convertit tali modo, quod ex predicta pensione unius marce nostro conventui fieri debet pytantia sive consolatio bis in anno, videlicet dominica Invocavit et prima dominica adventus Domini perpetuis temporibus ministranda. Preterea tenebimur et debemus memoriam ipsius et suorum amicorum seu carorum singulis annis immediate currere incipientibus terminis pretaxatis in vigiliarum et missarum pro defunctis celebrare modo debito et consueto. Quod si forte aliquis nostrorum successorum in posterum, quod absit, hanc ordinationem pie factam impedierit seu impedire voluerit, extunc predictas sedecim marcas refundemus et ponemus in cista publica, donec in alio loco vel in aliis bonis pensionem unius marce tam bonam invenire possimus ad pytantiam, sicut prius dictum est, faciendam. Et nos .. prepositus et conventus predicti sigilla nostra apposuimus in testimonium super eo. Datum et actum anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo quinto, in vigilia Circumcisionis eiusdem.

Ausf., Perg., StAM, Kloster St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 85, Siegel ab; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219 (Kopiar von St. Walburgis) Bl. 84 der 2. Zählung.

[1]) Datierung unter Berücksichtigung des Jahresbeginns zu Weihnachten in der Diözese Köln.

2152

1325

Die Ratsherren zu Dortmund übertragen einen im Osten des Kuckelketores gelegenen Fischteich, den einst Nicolaus de Ponte hatte[1], dem Hermann von Redinchusen.

Nos consules Tremonienses presentibus publice protestamur, quod unam de fossis seu piscinis domino Nycolao de Ponte per nos olim porrectis et concessis, illam videlicet, que porte Cokelake versus orientem proximior est, de consensu eiusdem Nicolai et omnium, quorum interest, discreto viro domino Hermanno de Redinghusen porreximus et concessimus ad tempora vite illorum, ad quorum manus Nicolaus est aliam possessurus, dantes ipsi presentes nostras litteras in testimonium super eo. Anno Domini 1325.

Abschrift im großen Kopialbuch, Stadt A Dortmund Msc. 5, S. 253.

[1]) Vergl. die Urkunde von 1309 November 18 (WUB XI Nr. 729).

2153

1325

Notiz über die Gründung der Kapelle vor Geseke im Isloh[1].

Hoc sacellum in Isloe aedificatum fuit a villarum colonis ibidem sub pastore Gerardo ad S. Petrum in Geseke anno 1325. Cui pastori quotannis reservata exsolutio 12 denariorum legalium in recognitionem.

Notiz in der Chronik der Stadt Geseke des Jodocus Mattenkloidt, Regularkanoniker in Böddeken; Wiedergabe in Seibertz, Quellen I S. 440.

[1]) Ehemaliges Dorf in der Feldmark von Geseke, südöstlich vom Stadtkern, noch fortlebend im Flurnamen Isloher Feld.

2154

1325

Theodericus Volenspit, miles, wird von dem Grafen von der Mark belehnt.

Von Steinen, Westphälische Geschichte Bd. I S. 936.

2155

[um 1325][1]

Die Stadt Dortmund bedankt sich bei der Stadt Osnabrück über die Vermittlung bei der Rückgabe der von Leuten der Bischöfe von Osnabrück und Minden Dortmunder Bürgern weggenommenen Pferde und Geldsummen.

Viris honestis et discretis .. scabinis et .. consulibus consules ceterique burgenses Tremonienses sinceri affectus constantiam cum obsequio et favore. De multimodis vestris promotionibus et favoribus et specialiter, quod pro restituendis equis et denariis nuper per dominorum Osnaburgensis et Mindensis episcoporum familiam nostris pauperibus concivibus ablatis[a] fideliter laborastis, dilectioni vestre regratiamur merito, ut tenemur honestatis vestre sinceritatem obnixe, rogantes, quatinus nostri favoris et obsequii intuitu pro dictis rebus ablatis, diligenter ulterius, sicut de vobis bene confidimus, dignemini laborare.

Ausf., Perg., StA Osnabrück, Urk. Dep. 3 a IV Nr. 45 (A der Stadt Osnabrück), Siegel ab; Druck: OUB VI (UB der Stadt Osnabrück), Nr. 274, S. 273.

[a]) In der Vorlage „ablatorum".
[1]) Die undatierte Urkunde eingeordnet nach der Schrift.

2156

[um 1325][1]

Der Rat der Stadt Soest erinnert den Rat zu Osnabrück daran, daß er ihn mehrfach gebeten habe, zum Tag in Herzfeld am Tag nach Vitus[2] *zu erscheinen, da er Vertreter aus dem Rheinland und aus anderen ent-*

fernten Gegenden dazu eingeladen habe. Vergeblich habe man unter großen Kosten gewartet. Dennoch wolle man den von Osnabrück vorgeschlagenen Termin nach dem folgenden Dienstag[3] wahrnehmen. Der Soester Rat bittet die Osnabrücker, die Sache nicht weiter zu verzögern und sechs Mitglieder aus dem Rat zu Verhandlungen zum folgenden Freitag[4] nach Herzfeld zu entsenden.

Amicis suis dilectis scabinis Osnaburgensibus .. consules Sûsatienses debitum fidei et amoris. Quamquam vos sepius rogaverimus, ut absque omni dubio observaretis crastino beati Viti diem placiti Hertvelde nobis assignatum, nos ad dictum diem nostros amicos de Reni partibus ac aliis remotis locis vocari fecerimus et in magnis dampnis et sumptibus sedeamus, tamen ad vestras preces volumus diem quemque modo nobis super feriam tertiam proximam subsequentem assignastis ibidem observare, rogantes studiose, quatinus nos diutius non protrahatis. Et sicut scripsistis nos vobis scripsisse, quod vellemus replicationes nostras vobis in scriptis dare, ad hoc dicimus, quod illius littere, in qua id scriberemus, nos recordamus, rogantes vos obnixius et attente, quatinus nostri perpetui servitii respectu sex viros de vestro consilio feria sexta proxima affutura hora misse in Hertvelde ad nos destinetis propter quedam vobis dicenda, que scribere non valemus, quod volumus iugiter promereri. Utimur secreto nostro.

Ausf., Perg., StA Osnabrück, Dep. 3 a I IV Nr. 214 (A der Stadt Osnabrück), Siegel ab; Druck: OUB VI (Urkundenbuch der Stadt Osnabrück) Nr. 276, S. 198.

[1]) Datierung nach der Schrift. Die Einordnung der Ereignisse in das Jahr 1325 wird durch keine anderen datierbaren Hinweise gestützt und ist daher nicht unumstritten; [2]) d.h. am 16. Juni; [3]) d.h. nach dem 18. Juni; [4]) 21. Juni.

2157

[um 1325][1]

Die Stadt Soest teilt der Stadt Osnabrück mit, so wie die Stadt Dortmund über die geplante Zusammenkunft in Lippstadt am Dienstag der Osterwoche[2] durch Herrn Everhard schriftlich informiert worden sei, so habe diese die Nachricht an sie weitergegeben. In gleicher Weise solle die Stadt Osnabrück die Stadt Münster benachrichtigen.

Proconsulibus et consulibus civitatis Osnaburgensis, amicis suis, datur.

Prudentibus viris, amicis suis, .. proconsulibus et .. consulibus Osnaburgensibus proconsules et .. consules Susatienses puritatem fidei et amoris. Sicut .. consulibus Tremoniensibus, amicis nostris, et .. nobis per dominum Everhardum litteratorie demandastis, sic iidem[a] .. consules nobis pro nunc demandaverunt, quod velint una nobiscum, vestris amicis, feria tertia infra festum Pasche nunc instantis in Lippia in occursum pervenire ratione tractatuum habendorum, unde illud etiam consulibus .. Monasteriensibus, amicis nostris, faciatis tempestive declarari. Utimur nostro secreto.

Ausf., Perg., StA Osnabrück, Dep. 3 a1 IV Nr. 222 (A der Stadt Osnabrück), Fragment des Verschlußsiegels; Druck: OUB VI (Urkundenbuch der Stadt Osnabrück) Nr. 278, S. 199; Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 588 S. 260; Hans. UB II Nr. 732, S. 333.

[a]) Davor gestrichen „nobis".
[1]) Datierung nach der Schrift; [2]) Ostern war am 7. April.

2158

[um 1325][1]

Der Rat der Stadt Soest teilt dem Rat zu Osnabrück mit, der Ritter Dietrich von Honrode sei bereit, für die Sicherheit der Deputierten zu sorgen, die auf Einladung des Kölner Erzbischofs zum Tag nach Dorsten ritten.

Prudentibus viris .. proconsulibus et .. consulibus Osnaburgensibus .. proconsules et .. consules Susatienses constantiam fidei et amoris. Noverit vestra amicitia, quod loquebamur domino Theoderico de Honrode, militi, super securitate vobis obtinenda, qui dicit, quod libenter causa nostri [ve]lit vestris, qui equitabunt ad placita a domino nostro archiepiscopo Coloniense in Dorstene ordinata, firmam securitatem ad eadem placita veniendi et inde recedendi condonare sine dolo. Utimur nostro secreto.

Ausf., Perg., StA Osnabrück Dep. 3 a 1 IV Nr. 223 (A der Stadt Osnabrück), Außensiegel fast vollständig radiert; Druck: OUB VI (Urkundenbuch der Stadt Osnabrück) Nr. 279.

[1]) Datierung nach der Schrift.

2159

[um 1325][1]

Der Rat zu Dortmund teilt dem Rat zu Münster mit, sie fänden den in Soest vereinbarten Beschluß zur Zusammenkunft der Städte zur Beratung über den Frieden nützlich, hätten lediglich Bedenken wegen der Sicherheit auf dem Hin- und Rückweg.

Viris prudentibus et discretis .. consulibus Monasteriensibus, amicis eorum dilectis.

Salutatione sinceri affectus previa fide plena. Amici nostri, qui alias apud vestros .. amicos Susati fuerunt, super sancta pace nobis exposuerunt vos desiderare, ut .. civitates inter se placita observarent. Super quo sciatis nos deliberasse, quod eadem placita libenter observare volumus, dummodo, ubi securos accessus et recessus habere possimus, ordinentur, semper quicquid boni ad hec facere poterimus promoturi. Nostro sub secreto, Consules Tremonienses.

Ausf., Papier, StA Osnabrück, Dep.3 a 1 IV Nr. 224 (A der Stadt Osnabrück); Druck: OUB VI (Urkundenbuch der Stadt Osnabrück) Nr. 280, S. 200: Dortmunder UB Erg. Bd. Nr. 587; Hans. UB II Nr. 731, S. 333.

[1]) Datierung nach der Schrift.

2160

[um 1325][1]

Engelbert Graf von der Mark erklärt sich bereit, im Streit der Stadt Osnabrück mit den Brüdern Resen zu vermitteln.

Viris providis et discretis, amicis suis dilectis, .. scabinis, .. consulibus totique universitati civitatis Osnaburgensis Engelbertus comes de Marka amicitie et favoris, quantum potest cum affectu sincero. Propter meram et sinceram dilectionem et amicitiam, quam erga vos et vestros gerimus, et ob amorem vestrum et civitatum universarum .. fratres dictos Resen et eorum in hac parte complices ad nos recepimus posse habentes ipsorum, ut compositionem super omni controversia inter vos ex una parte et ipsos ex altera habita erga vos et vestros .. concives ratam observabunt inviolatamque tenebunt. Volumus etiam vos et vestros tamquam nostros fideliter obsequiis et amicitia, quibus poterimus, quoque ad nos respectum habeatis, quotiescumque fuerimus requisiti, diligenter promovere. Datum in Epiphania Domini.

Ausf., Perg., StA Osnabrück, Dep. 3 a 1 IV Nr. 18 (A der Stadt Osnabrück), Siegel ab, Druck: OUB VI (Urkundenbuch der Stadt Osnabrück) Nr. 270.

[1]) Datierung nach der Schrift.

2161

1325 Januar 6–13

Der Knappe Heidenreich von Bredenole erklärt, er schulde der Äbtissin Gertrud und dem Konvent des Zisterzienserinnenklosters Benninghausen 14 Mark. Dafür habe er dem Kloster auf sieben Jahre eine Rente von zwei Mark aus seinem Salzhaus zu Westernkotten angewiesen. Nach Ablauf der Frist fällt die Rente wieder an ihn zurück.

Coram universis presentem literam visuris vel etiam audituris ego Heydenricus de Bredennole, famulus, recognosco publice protestando, quod teneor in veris debitis quatuordecim marcas denariorum Sûsati usualium Gertrudi, religiose domine .. abbatisse ordinis Cistersiensis in Benekinchusen, Coloniensis dyocesis[a] totique .. conventui ibidem. Pro quibus debitis assignavi cum consensu uxoris mee et omnium heredum meorum redditus duarum marcarum denariorum predictorum tollendos singulis annis ex domo mea salinaria sita in Westerenkoten, et hoc duobus terminis, videlicet una marca quovis festo Pasche, alia vero marca quolibet festo beati Martini hyemalis ad spatium septem annorum, ita quod dicta summa pecunie quatuordecim marcarum persolvatur per dictos redditus .. abbatisse et conventui supradictis. Quibus autem annis septem elapsis et redditibus predictis receptis iam dicti redditus ad me et ad meos heredes predictos revertent. In cuius rei testimonium nos Erenfridus miles de Bredennole ad petitionem dictorum Heydenrici et suorum heredum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum, quia idem Heydenricus proprio sigillo carebat. Actum presentibus nobili viro Symone domino de Lippia, item Iohanne Geselbracht, Radolfo de Monasterio, Frederico dicto Kûninc, Werensone Serdone ac[b] aliis quampluribus fidedignis. Datum infra octavas Epyphanie Domini anno M° CCC^mo^ vicesimo quinto.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen, Urk. Nr. 158; Siegel des Erenfried Bredenole (Schildform, anderes Typar als WS 194,8) abhängend.

[a]) In der Vorlage „doycesis"; [b]) Wort über der Zeile eingefügt.

2162

1325 Januar 6–13

Vor dem Rat der Stadt Lippstadt verzichtet Bernhard von Hervelde genannt Vrigreve darauf, das Zisterzienserkloster Marienfeld weiterhin wegen einer Rente von vier Schillingen zu Varnholt[1] und des Hofes Ter Ulenborg[2] zu bedrängen.

Universis presentem litteram visuris vel etiam audituris nos .. consules Lippenses recognoscimus publice protestando, quod constituti coram nobis Bernardus de Heruelde dictus Vrigegreue ac eius uxor Netheldis cum eorum heredibus renunciantes et clamantes quitos et solutos religiosum et honorabilem dominum .. abbatem claustri Campi sancte Marie ordinis Cistersiensis, Monasteriensis dyocesis, ac universos religiosos et conventum ibidem de redditibus quatuor solidorum denariorum in Vornholte ac de manso sito cum omni iure loco dicto ter Vlenbŏrgh, quos et quem dicti renunciatores quondam inpetebant. In cuius rei testimonium nos predicti .. consules Lippenses ad petitionem dicti Bernardi de Hervelde et suorum heredum predictorum sigillum nostrum apponi fecimus huic scripto et principaliter ego iam dictus Bernardus sigillum meum pro me et meis heredibus predictis presentibus duxi apponendum. Actum presentibus Iohanne Geselbracht, Rodolfo de Monasterio, tunc proconsulibus Lippensibus, Petro de Sancto Trudone, Frederico dicto Kûninc, Werensone Serdone, Bernardo et Iohanne de Langeneken, Ecberto de Buren ac aliis tunc .. consulibus Lippensibus supradictis. Datum infra octavas Epyphanie Domini anno eiusdem M° CCC^mo^ vicesimo quinto.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Marienfeld, Urk. Nr. 534, Siegel der Stadt Lippstadt (unterer Teil abgebrochen, zur Zeit nicht fachgemäß restauriert, WS 68,6, mit Rücksiegel WS 74,7) und des von Hervelde (WS 179,6)

abhängend; Rückvermerk (14. Jahrh.): litera quatuor solidorum de Vornholte et Vlenborch in parrochia Wardeslo*; Regest: WUB VIII Nr. 1818.*

[1]) Das Kloster Marienfeld besaß im Kirchspiel Wadersloh in der Bauerschaft Benteler unter diesem Namen einen Hof (vergl. Vahrenhold, Marienfeld, S. 197), daher nicht Vornholz im Kirchspiel Ostenfelde wie WUB VIII Nr. 1818 und Vahrenhold); [2]) vergl. Vahrenhold, Marienfeld, S. 195; ein Hof Uhlenberg in der Bauerschaft Basel (Ksp. Wadersloh).

2163

1325 Januar 7 Köln

Erzbischof Heinrich von Köln, Heinrich, Propst zu Bonn und Kölner Archidiakon, sowie Rupert Graf von Virneburg auf der einen Seite schließen mit dem König von Böhmen und Polen, den Grafen Wilhelm von Holland, Gerhard von Jülich, Adolf von Berg und Engelbert von der Mark und ihren Helfern auf der anderen Seite in ihren Fehden einen Waffenstillstand für ein Jahr: Die beiderseitigen Gefangenen, Christen wie Juden, sollen freigelassen und das diesen während der Gefangenschaft weggenommene Gut zurückgegeben werden. Die Geächteten dürfen das Land derer, die sie geächtet haben, nicht betreten, sind aber im übrigen in den Waffenstillstand eingeschlossen. Wer während des Waffenstillstands angegriffen oder gefangen wird, soll unter Rückgabe des Geraubten freigelassen werden. Wenn Untertanen des Erzbischofs während des Waffenstillstands in das Land der anderen Herren einfallen und Gewalttaten verüben, sollen die Beamten und Freunde der Herren diese ins erzbischöfliche Gebiet verfolgen dürfen und sie an Leib oder Gut bestrafen. Wegen der Gefangenschaft der Withasen[1] des Königs von Böhmen sollen die Grafen Gottfried von Sayn und Ruprecht von Virneburg verhandeln. Bei Nichteinhaltung des Vertrages soll verhandelt bzw. zu Köln Einlager geleistet werden.

Universis presentes litteras visuris nos Henricus Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, necnon Henricus, prepositus Bunnensis et archidiaconus Coloniensis, ac Rupertus comes de Virneburg notum facimus, quod de discordiis seu guerris et dissentionibus quibuscunque inter nos et nostros adiutores ex una parte et magnificum virum dominum Bohemie et Polonie regem et nobiles viros Wilhelmum Hollandie, Gerhardum Iuliacensem, Adolphum de Monte et Engelbertum de Marka, comites, eorumque adiutores ex altera motis, sperantes ex hoc debere pacis commodum provenire, treugas firmas et sub antique fidei observantia observandas pro nobis et nostris adiutoribus ipsis regi et comitibus eorumque adiutoribus damus tenore presentium ab hac die, que est anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, crastino Epiphanie, easque firmiter et inviolabiliter duraturas ad annum unum continuum in eandem diem revolutum. Preterea in ipsarum treugarum ordinatione seu datione sic hincinde condictum est, quod omnes captivi, cristiani et iudei, qui ex utraque parte discordie huiusmodi capti sunt usque in presentem diem, quiti et liberi a captivitate sua sunt et esse debent et quod ablata ipsis in captivitate sua ad veritatem restituantur eisdem. Item condictum est, quod proscripti in terris nostris seu aliquorum dominorum predictorum et adiutorum hincinde non intrabunt durantibus treugis antedictis terram seu dominium illius seu illorum dominorum predictorum, in qua sunt proscripti. Et hiis salvis, treugis antedictis sunt inclusi. Item condictum est, quod, si aliquis infra treugas easdem invaderetur vel caperetur de aliqua partium predictarum, quod ille ad assertionem sub iuramento domini alterius partis has treugas dantis declaretur, esse adiutor suus in hac guerra, ablatis restitutis, quitus debet dimitti. Item condictum est, quod, si aliqui de subditis nostris terram predictorum dominorum in hiis treugis, in eisdem violentiam faciendo, invaderent, quod officiatis et amicis ipsorum in terram nostram eos insequentibus de talibus invasoribus iusticiam expeditam fieri mandabimus in corporibus, si hoc culpe qualitas exegerit, vel si haberi non poterimus, in bonis eorundem, quorum habemus posse. Item de captivitate dictorum hasen de Bohemia sic est condictum, quod nobiles viri domini Godefridus Seynensis et Ropertus de Virneburg, comites, infra hinc et instantem dominicam, qua cantatur Letare, inquirent de captivitatis sue modo veritatem, et si invenerint, nos archiepiscopum predictum in ipsa captivitate culpabilem, hoc ad pronuntiationem ipsorum emendabimus. Quod si non fecerimus, rex Bohemie predictus propter hoc, si ipsi placuerit, noster esse poterit inimicus nec per hoc has infringet treugas. Item pro securitate observantie

treugarum predictarum infrascripta acta sunt et condicta, quod nos archiepiscopus pro nobis eidem regi per dictum Henricum, prepositum Bunnensem, et ipse pro se nobis per Conradum dominum de Sleyda dari fecimus et fecit treugas antedictas. Item easdem treugas per Hermannum de Bachem, militem, prefato Wilhelmo comiti Hollandie pro nobis dari fecimus et ipse comes Hollandie econverso per Arnoldum de Bachem, militem, ipsas nobis dari fecit. Item Gerhardo comiti Iuliacensi per Godefridum camerarium de Bachem, militem, et ipse comes Iuliacensis per Gerhardum de Endelstorp, militem, dictas treugas dedimus et dari fecit. Item Adolpho comiti de Monte predicto per Adolphum dictum Crats, militem, et ipse per Iohannem dictum Quade, militem, nobis easdem treugas dedimus et dari fecit. Item comiti de Marka predicto per pincernam de Are, militem, et ipse comes pro se nobis per Theodericum de Leytene, militem, ipsas treugas dedimus et dari fecit econverso. Preter hec quilibet officiatus nobis vel alicui dominorum eorundem subiectus cuilibet officiato alterius partis viciniori dabit cum quatuor aliis, se excluso, qui non iurabunt, has treugas et eas servare promittet et iurabit sub conditionibus infrascriptis, videlicet quod, si aliquis ex parte nostra conquiretur, ipsas treugas sibi fore violatas, quod hoc dictis dominis intimabit, et ipse dominus, quem hoc tangit, militem illum, qui treugas pro se parti conquerenti dedit, cum alio milite sibi adiungendo, et similiter miles a parte conquirentis, qui treugas easdem dedit, cum alio milite sibi adiungendo infra octo dies post querimoniam huiusmodi ipsi, qui treugas huiusmodi violavit, intimatam, Coloniam intrabunt et infra quindenam pronunciabunt defectum treugarum earundem. Et quecumque partium talem defectum, in quem concordaverint et pronunciaverint, non emandaverit, miles ipse, qui ipsas treugas pro tali parte dedit, et officiatus, in cuius officio treuge sunt violate, cum quatuor personis, qui cum ipso officiato traugas huiusmodi dederunt, Coloniam intrabunt personaliter, abinde non recessuri, donec a parte, que treugas violavit, treuge ipse secundum earum pronunciatum fuerint emendate. Si vero dicti quatuor milites inter se de hiis concordare non poterunt, extunc nobiles viri Godefridus comes Seynensis et Hartradus dominus de Merenberg intrabunt Coloniam personaliter infra octo dies, postquam hoc eis a parte conquirentis fuerit intimatum, abinde non exituri, donec determinaverint et pronunciaverint de treugis huiusmodi violatis in scriptis. Et quidquid de hoc pronunciaverint, hoc pars condempnata adimplebit infra quindenam a die pronunciationis eorundem. Quod si non fecerint, miles, qui treugas pro parte condempnata dedit, et officiatus, in cuius officio treuge sunt violate, cum quatuor personis predictis Coloniam intrabunt extunc infra octo dies ad iacendum ibidem personaliter, donec pronunciatum dictorum comitis et Hartradi, qui duo una persona censebuntur in pronunciatione facienda, fuerit adimpletum. Si vero quis militum aut officiatorum vel quatuor predictorum cum officiato promittentium aut ipsorum superiorum dominorum arbitrorum predictorum medio tempore decederet, ille vel illi, qui eos instituerunt, alios substituent eque ydoneos vel eligent fidedignos loco sui infra quindenam, postquam eis mors intimata fuerit eorundem vel moniti fuerint super eo. Et hec ad adiutores utriusque partis extendi debent et per nos et ipsos servari volumus omni fraude et dolo in hiis penitus exclusis. In cuius rei testimonium presentes litteras nostris sigillis fecimus communiri. Actum et datum Colonie anno Domini et die predictis.

Ausf. (bzw. Reinentwurf), Perg., Hist. A der Stadt Köln, Domkapitel Köln, Urkunde 2/962, zwar Siegeleinschnitte vorhanden, Urkunde aber anscheinend nie besiegelt; Druck: Lacomblet, UB III Nr. 205; Regest: REK IV Nr. 1507; Emler, Regesta Bohemie III Nr. 1037, S. 400.

[1]) Withasen sind im Gebiet östlich der Elbe Halbfreie, die als Reiter dienten.

2164

1325 Januar 7

Der Ritter Herbord von Helden und seine Frau Adela entlassen auf dessen Bitten ihren Eigenhörigen Gerard Suedebus aus der Eigenhörigkeit, da er als Konverse in das Kloster Welver eintreten will, und verwenden sich für ihn wegen der Aufnahme bei der Äbtissin und dem Konvent.

Universis presentes litteras visuris et audituris Herbordus de Hildene, miles, et Adela, eius conthoralis legitima, salutem cum notitia veritatis. Noveritis, quod, cum Gerardus dictus Suedebûs, qui nobis iure servi-

tutis et nostris veris heredibus attinebat, ad nos venisset una cum aliis viris fidedignis et nobis supplicavit humiliter et devote, quod ipsum manumittere dignaremur propter Deum, quia ad frugem melioris vite confugere intenderet et probate religioni se in perpetuum mancipare, nos vero dicti Gerardi devotionem et fervens desiderium attendentes nec non suorum amicorum et ipsius Gerardi precibus inclinati ipsum manumisimus de voluntate et permissione omnium nostrorum heredum manu coniuncta et manumittimus ex nunc in antea in eternum per presentes, dummodo hoc opere compleat, quod dictis se facere asserebat. Et quia idem Gerardus nobis intimavit, quod speraret se posse obtinere ingressum religionis in monasterio in Welueren ordinis Cysterciensis, dummodo pro ipso preces nostras effundere dignaremur, nobis placuit per optime hoc iidem et placet, quod et protestamur per presentes. Propter quod rogavimus dominam .. abbatissam et .. conventum dicti monasterii de Weluere et rogamus usque in presens, quatenus memoratum Gerardum, quem liberum et absolutum a nobis et nostris heredibus in hiis litteris proclamavimus et ab omni servitute exemptum, propter Deum et perpetuam nostram promotionem in suum recipiant conversum et fratrem, ut apud ipsas regi regum, domino Christo valeat iugiter et in eternum famulari. Quod et ipsum in perpetuum intendimus promereri. In cuius rei testimonium et robur firmitatis sigillum mei Herbordi, militis supradicti, unanimi consensu presentibus duximus apponendum. Datum et actum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} XXV°, in crastino Epiphanie.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver, Urk. Nr. 175, Siegel ab.

2165

1325 Januar 19

Godfried Herr von Rüdenberg verkauft für sechs Mark dem Godfried genannt de Monte, Provisor des Alten (Hohen) Hospitals zu Soest, den Eigenhörigen Gottfried genannt Hopike und dessen Frau Christina.

Nos Godfridus dominus de Rudenberg notum facimus singulis et universis presentes literas visuris et audituris, quod de consensu domine Palmanie, collateralis nostre, nec non Godfridi, Hermanni et Iohannis, filiorum nostrorum, ac omnium heredum nostrorum pro sex marcis denariorum Susati usualium et bonorum vendidimus rationabiliter discreto viro Godfrido dicto de Monte, provisori veteris hospitalis in Susato, ad manus et usus dicti hospitalis Iohannem dictum Hopike et Cristinam, eius uxorem, qui nobis servili conditione astricti fuerant, perpetuis temporibus possidendos et habendos. In cuius rei testimonium et robur perpetuum nostrum sigillum pro nobis et nostris heredibus presentibus est appensum. Testes huius rei sunt Hildegerus de Heruordia, Hermannus dictus Cubyc, proconsules in Susato, Iohannes de Lûnen, Boliken van der Winden, Everhardus Clot, Iohannes de Thunne, Iohannes de Kaspele, iudex, Iohannes de Bekehusen, Wulfhardus de Belehem, Iohannus dictus Zweflere et alii plures fide digni. Actum et datum in vigilia beatorum Fabiani et Sebastiani anno Domini M^{o} CCC^{mo} XX^{mo} quinto.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk. A Nr. 7567, Siegel des Ausstellers (WS 27,7) anhängend, Regest: von Klocke, Soester Wohlfahrtsanstalten I Nr. 41, S. 41.

2166

1325 Januar 25

Weihbischof Hermann des Kölner Erzbischofs Heinrich verleiht für das Kloster St. Walburgis bei Soest Ablässe für alle, die an Freitagen das von ihm geweihte Kreuz besuchen, auf dem dortigen Friedhof beten oder den Priester auf einem Versehgang begleiten, allen, die an Samstagen vor dem von ihm geweihten Muttergottesbild oder vor dem von ihm geweihten Bild von St. Augustinus oder beim Läuten der von ihm geweihten Glocken beten oder in der Todesstunde etwas von ihrem Vermögen für die Beleuchtung oder die Ornamente, den Bau des Klosters oder den Unterhalt der Nonnen vermachen.

Universis presentia visuris et audituris nos frater Hermannus Dei gratia Belonvilonensis ecclesie episcopus, reverendi patris domini Henrici archiepiscopi Coloniensis in pontificalibus vices gerentes, salutem in filio virginis gloriose. Cupientes quoslibet fideles ad pietatis opera invitare, omnibus igitur vere confessis et contritis ecclesiam sancte Walburgis prope Susatum visitantibus singulis sextis feriis et crucem Domini per nos consecratam cum veneratione et devotione adorantibus et cymiterium ibidem similiter sextis feriis circumeuntibus et sacerdotem, quando corpus Dominicum ad infirmos portaverit devote sequentibus quadraginta dies indulgentiarum, item [illis][a], qui singulis sabbatibus ad predictum locum accesserint, et ymaginem beate Marie virginis per nos benedictam et consecratam flexis genibus cum tribus Angelicis salutationibus et uno Pater noster adorantibus in honore virginis Marie quadraginta dies indulgemus. Item ymaginem beati Augustini per nos benedictam venerantibus ob reverentiam Salvatoris et beati Augustini similiter decem dies indulgemus. Insuper omnibus Christi fidelibus audientibus pulsare campanas ibidem per nos consecratas unam in honore beate Marie virginis, aliam in honore beate Walburgis singulis diebus, quando dictas campanas audiverint et pro salute humana sive eterna devote et fideliter oraverint, decem dies indulgemus aut in extremis laborantibus quidquam suarum legaverint facultatum ad luminaria et ad alia ornamenta ecclesie predicte in subsidium structure et ad sustentationem sanctarum monialium ibidem existentium singulis singulas quadraginta dierum indulgentias de iniunctis sibi penetentiis misericorditer in Domino relaxamus harum nostrarum testimonio literarum. Datum anno Domini M° CCC vicesimo quinto, in die Conversionis beati Pauli.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar von St. Walburgis Soest) Bl. 87 der 2. Zählung; Regest: REK IV Nr. 1510.

[a]) Sinngemäß zu ergänzen.

2167

1325 Januar 25

Die Brüder Arnold und Herbrard genannt ob deme Velde verkaufen für acht Mark dem Kloster Wedinghausen zwei Morgen Ackerlandes, gelegen zwischen dem Heiligenhäuschen[1] und dem Rurbach[2] bzw. Herborgerode[3].

Omnibus hanc literam visuris et audituris nos Arnoldus et Herbrardus fratres dicti Ob deme Velde, oppidani in Werle, notum facimus presentibus firmiter protestando, quod nos ex pleno consensu Winandi, fratris nostri, Gertrudis, uxoris mee scilicet Arnoldi iam dicti, ac omnium verorum heredum nostrorum vendidimus duo iugera agrorum iure hereditario ad nos devoluta, quorum unum situm est inter domum peregrinorum, que vulgi dicitur Helgenhus, et torrentem, que vulgariter Rurbeke appellatur, alterum vero in valle iuxta nemus, quod vulgus nuncupat Herborgerode, pro octo marcis et quatuor solidis bonorum denariorum nobis integraliter persolutis religiosis viris .. preposito et conventui ecclesie in Wedinchusen perpetuo possidenda. Constituimus igitur Thomam dictum ob dem Hove in firmum fideiussorem, qui una nobiscum, et .. nos dicti fratres compromisimus cum ipso manibus coniunctis et promittimus per presentes, quod prefatis .. religiosis in agris eisdem warandiam faciemus debitam et consuetam. In cuius rei firmum testimonium sigillum oppidi nostri presentibus est appensum, quod nos .. proconsules et .. consules singula et omnia premissa ut rite et rationabiliter facta approbantes, presentibus ad petitionem fratrum .. predictorum et .. fideiussoris eorundem nostrorum duximus apponendum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quinto, in Conversione sancti Pauli apostoli, presentibus Iohanne, plebano, Conrado, Volquino, cappellanis, sacerdotibus in Werle, Hermanno, sacerdote, cellerario, fratre Henemanno, converso in Wedinchusen, Henrico Kouolt, Iohanne Punir, proconsulibus, Henrico Prosekese, Henrico de Stenen, Hermanno Bars, Euerhardo Sterthof, Theoderico de Hûulinchoven, Gerhardo Carpentario, Degenhardo Segensnidere, Gozwino Egenbolt, Henrico Fabro, Henrico Suinintholt, consulibus.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Wedinghausen, Urk. Nr. 129, Siegel der Stadt Werl lose beiliegend (WS 71,5); Abschrift in Msc. VII 5737, Bl. 120v.

[1]) Der Aufnahme von armen Reisenden diente das Antoniushäuschen in Oberbergstraße (vergl. Mehler, Werl, S. 72), für die dortige Bezeichnung Heiligenhäuschen siehe Schoppmann (Flurnamen Soest II S. 158 und 159, Nr. 3 und Nr. 17); [2]) mit dem Bach „Rurbeke" könnte der Mühlbach in Oberbergstraße identisch sein; [3]) als Flurname nicht nachgewiesen.

2168

1325 Januar 31

Dietrich, Abt des Zisterzienserklosters Heisterbach, teilt den Burggrafen und Burgmannen zu Stromberg mit, den Klöstern seines Ordens seien von Päpsten Privilegien verliehen worden, wonach die Angehörigen der Klöster wie weltliche Personen die von ihren Vätern oder Vorfahren anfallenden Erbschaften in Besitz nehmen dürften[1].

Viris nobilibus dominis .. burgrauiis in Stroynberg eorumque castellanis ac ceteris, ad quos presentia pervenerint litere, .. frater Theodericus dictus abbas in Heysterbach ordinis Cysterciensis Coloniensis dyocesis salutem et cognoscere veritatem. Noverit vestra discretio, quod aput nos et in aliis diversis abbatiis seu monasteriis ordinis nostri habentur privilegia papalia, in quibus nobis a summis pontificibus liberaliter est indultum, quod queque persone utriusque sexus in nostro ordine professe omnem hereditatem, quam ex paterna vel progenitorum suorum successione in seculo tenere vel possidere valerent. Hanc quidem hereditatem in ordine posite requirere et assequi valeant pleno iure, tamquam si essent in seculo constitute. In cuius rei testimonium his literis testimonialibus sigillum nostrum duximus apponendum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quinto, in previgilia Purificationis virginis gloriose.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten, Urk. Nr. 97, Rest des Siegels (Bild: Abt, in der Linken ein Buch) abhängend; Regest: WUB VIII Nr. 1820.

[1]) Privileg des Papstes Johannes XXII. für die Zisterzienser von 1319 März 31 (Sauerland, Vat. Reg. VII Nr. 1087).

2169

1325 Februar 2

Lambert, Pfarrer in Datteln, bekundet, vor dem Altar seiner Kirche und vor Zeugen hätten die Kirchenvorsteher zu Datteln Lubbert Schulte zu Hofstedde[1] *und Hugo von Wentrup*[2] *eidlich versichert, daß die Hufe zu der Hove*[3] *der Pfarrei St. Amandus gehöre.*

Universis hoc presens scriptum visuris seu audituris ego Lambertus, plebanus ecclesie in Datlen, cupio fore notum publice protestando, quod constituti sunt coram altari sancti Amandi in Datlen et plurimorum fidedignorum presentia Lubbertus, scultetus de Hostede, et Hugo de Wenninctorpe, tunc temporis provisores ecclesie supradicte, suis iuramentis asservaverunt mansum dictum to der Houe, situm in Bekerapen cum universis suis attinentiis, prout situs est, sancto Amando attinere nec aliquis quidquam iuris in predictis bonis sibi poterit usurpare. Et hoc idem iuramentum a domino Iacobo, pastore quondam ecclesie de Datlen coram iudice[a] Rekelinchusen fuerat asservatum. Acta sunt hec presentibus hiis, Goswino dicto Vrydach de Datlen, Goswino de Mokelinchusen, Conrado de Wildouwe, Weszelo de Bachem, sculteto, et Hinrico, campanario ecclesie prefixe, et aliis quam pluribus fidedignis. In cuius rei testimonium et in certitudinem omnium premissorum presentibus sigillum meum est appensum. Datum sub anno Domini M°C°C°C° vicesimo quinto, ipso die Purificationis beate Marie virginis.

Ausf., Perg., Pfarr A St. Amandus Datteln, Siegel ab.

[a]) In der Vorlage „iudicem".
[1]) Zum Oberhof Hofstedde vergl. Burghardt, Vest. Lagerbuch, S. 312; [2]) Teil der Bauerschaft Meckinghoven (Burghardt, Vest. Lagerbuch S. 80; [3]) identisch mit Schulte Hubbert in der Bauerschaft Rapen (so A. Jansen, Die Gemeinde Datteln, WZ 39, 1881, S. 14), vergl. Burghardt, Vest. Lagerbuch S. 85.

2170

1325 Februar 6 Avignon

Papst Johannes XXII. überträgt dem Johannes von Letmathe (Letinete) ein Kanonikat mit Präbende an St. Andreas in Köln.

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 719, S. 341 (Reg. 78 Bl. 266v, Nr. 284).

2171

1325 Februar 10

Der Ritter Gerwin von Altena entläßt seine Ministerialin Engedrudis, die Frau des Nikolaus von Holthusen, und ihre Kinder, die sich in den Dienst des Klosters Oelinghausen begeben wollen, für 22 Schilling aus seiner Ministerialität.

Nos Gerwinus miles dictus de Althena notum facimus universis presencia visuris et audituris, quod, cum Engedrudis, uxor Nicolay de Holthusen, ac universi liberi eorum, videlicet Dethwardus, Henricus, Hermannus et Iohannes, filii, Lutgerdis, Yda, Gertrudis et Alheydis, filie ipsius, iure ministeriali libere fruentur, et si aliquid iuris in eis habuimus et habemus, cum consensu Engelberti, Lamberti[a] et Theoderici[b], natorum nostrorum, ac omnium heredum nostrorum renunciavimus et renunciamus in hiis scriptis, et hoc ab impetitione iuris ecclesiastici[c] aut civilis[d], quod nobis vel nostris heredibus iam dictis ad impetendum dictos homines aut ratione eorundem monasterium in Vlinchusen, cuius servituti subicere se intendunt, posset quomodolibet suffragari, et hoc acceptis a dictis hominibus XXII solidis dativorum denariorum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum, testes Rotgerus de Althena, Gotfridus et Rotgerus dicti Spirinc et Thelemannus de Albragtinchusen et alii plures fidedigni. Datum ipso die beate Scolastice virginis anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo quinto.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 253, Siegel des Ausstellers (schlecht erhalten, rund, Bild: Schild belegt mit drei (2:1) Blättern) abhängend; Druck: Westfälische Forschungen 2, 1939, S. 221; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 266.

a) In der Vorlage „Laberti"; b) in der Vorlage „Thoderici"; c) das „a" korrigiert; d) das erste „i" korrigiert.

2172

1325 Februar 15

Der Ritter Gerwin von Altena erklärt sich nach Empfang von drei Mark in seinem Zorn gegen Volmar von Brilo, der jetzt zu Wettmarsen[1] wohne, besänftigt. Dieser hatte seinen Eigenhörigen Gerhard von Bole[2] aufgehetzt, sich seinem Dienst zu entziehen.

Nos Gerwinus de Altena, miles, notum facimus universis, quod de consensu omnium heredum nostrorum acceptis a Volmaro moranti nunc in Wetmerslede tribus marcis bonorum denariorum omnem rancorem, quem ad eundem habuimus, ratione Gerhardi de Bole nec non uxoris et puerorum suorum nobis attinentium eo, quod dictos ad fugiendum nostrum servicium idem permovit, remisimus et renuntiamus in hiis scriptis, dantes eidem pacem et amicitiam inviolabilem sub protestatione sigilli nostri de premissis. Cuius rei testes sunt Heydenricus et Theodericus fratres de Albrachtinchusen. Datum anno Domini M° CCC° XXV°, in crastino Valentini martiris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 254, Siegel des Ausstellers (Bild: drei -2:1 – Blätter) abhängend, Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 267.

1) Östlich von Eisborn; 2) vom Beuler-Hof (?) bei Enkhausen.

2173

1325 Februar 25

Erzbischof Heinrich von Köln genehmigt dem Gerhard, Rektor der zur Pfarrkirche in Hüsten gehörenden Kapelle in Enkhausen[1], der von den Nonnen des Klosters St. Walburgis bei Soest zum Propst angenommen wurde, daß er für die folgenden vier Jahre von Enkhausen abwesend sein darf, sofern für den dortigen Gottesdienst gesorgt wird.

Henricus, Dei gratia sancte Coloniensis ecclesie archiepiscopus, sacri imperii per Ytaliam archicancellarius, Gerhardo, rectori cappelle in Egginchusen ecclesie parrochiali in Hustene subiecte sue dyocesis, salutem in Domino. Cum nostro interveniente consensu monasterii sanctimonialium sancte Walburgis prope muros Susatienses in prepositum motu proprio sis assumptus, ut ipsis sanctimonialibus per tuam industriam in spiritualibus et temporalibus provideatur, ne ex hiis graveris, ut premissorum intuitu a dicta cappella seu residentia eiusdem a data presentium ad quatuor annos continuos abesse valeas, dum tamen ipsi cappelle in exercitio divinorum et regimine eiusdem medio tempore iuxta statuta canonica provideatur et in hiis non fraudetur, te cum tenore presentium dispensamus, dantes tibi has nostras literas in testimonium super eo. Datum anno Domini millesimo CCC^{mo} vicesimo quinto, crastino dominice Invocavit.

Ausf., Perg., StAM, St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 82a, Rest des Sekretsiegels des Erzbischofs (vergl. Siegel der Eb. von Köln 20,1) abhängend; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219, Bl. 88v der 2. Zählung; Regest: REK IV Nr. 1521.

[1]) Südlich von Hüsten bei Hachen.

2174

1325 März 3 Soest

Der Ritter Gottschalk von Padberg, Amtmann des Stiftes Köln, die Burgmannen zu Rüthen, Hovestadt, Werl, Fürstenberg, Hallenberg, Alme, Aldenfels und Scharfenberg sowie die Städte Soest, Brilon, Marsberg, Rüthen, Geseke, Werl, Belecke, Warstein, Kallenhart, Attendorn Medebach, Winterberg und Hallenberg schließen mit Zustimmung des Erzbischofs und des Marschalls in Westfalen Roprecht von Virneburg ein Bündnis zur Sicherung des inneren Friedens.

In Godes namen amen. Wei Gotschalk van Padberch, ein ridddere unde ein ammetman des stichtes van Colne, unde wei gemeine borchman van Ruden, van der Houestatt, van Werle, van Vurstenbergh, van Hallenbergh, van Almen, van Oldenvils, van Scharpenbergh unde wei burgemeistere unnd rath unnd gemeine burgere van Soist, van Brilon, van dem Berghe, van Ruden, van Geiseke, van Werle, van Beidelike, van Wairstein, van der Kalhart, van Attenderre, van Medebecke, van Winterbergh, van Hallenberghe duit kundtlich allen den gheinen, de disse brive seyt ofthe horet lesen, dat wey mit willen unnd berade unses herre bischoff Henrikes van Collen unnde seines neven graven Robbrachtes van Virneborgh, des marschalis van Westephalen, uns to gadere verbunden unnde ghelovet hebbet umbe dat beste unde umme unrechte ghewaltt to verdriven unde die stratte unde de lude in demme stichte mit Godes helpe to bevreden unde to beschirmen in aller der wise, als hiir na beschriven is.

(1) To dem irsten so sall unse herre van Colne unde sein stichte, seine ammetleude, de statt van Suist, ein iuwelick borchman unde statt bi ihren alten rechte unde ihre alden wontheit bliven.

(2) Vortmehr so en sall niiemandt den anderen an verdighen mit roiven, mit brande ofthe mit anderen unrechter gewalt, sonder ein iuwelick man, de sall sein saken vurderen mit gerechte, ane datt ein iuwelic man duit mit seinen luden unde up seine gude. Wyr ock, datt enich man dyt verbreiike unde begraipe wurde, so

sall men den cleghere unvertoghet richten. Wayr ock, datt datt ein roiife ofthe in name unser eyme genamen wurde, datt sall men keren unde beschudden also verre, als man mach. Gesche aver des nit, so sall de gheyne, deyme de name genoymen is, also vort ein lantrecht vurderen over deyselven unrechten lude. Oyck so sule wy ein ghemein ingesegel hebben, unde sall helden io einen monat de raith Suist unde den andere monat de raithe van Brilon van unser alle weghenen, unde so weyme unrechte gewaltt wirdt gedayn, de sall vortvaren, also hyr vor geschreven is, unde sall den dat kundighen und clagen der statt, de datt ihnghesegel to der tyt hevet. So sall de selve statt van unser alle weghene altehandt breyve und boden senden deme selve man ofthe den selven luden und eyschen unde manen, dat men de name weder gheve unde dat unrecht weder do unde kome binnen verten thagen up ein leghelike statt unde neme dayr, dat ein recht is. Weyr aver, dat de selve man ofthe de selven luden das nicht doin en wulden, so sal man se vredlois kundigen unde halden in allen dissen vorgenoimeden schlotten.

(3) Vortmer so we up der strate ofthe in dem lande vor einen unrechten mann up ghehalden ofthe gefangen wirdt, den sal man vuren in datt neyste schlott unde sall datt altohandt kundighen al den anderen luden, dat de man dair gefangen si, unde kumet dat man bennen verten thagen, de clagen will, deme sall man doin recht gherichte.

(4) Vortmehr so hebbe wy herr Gotschalc, ein ammetman, unde wey gemeine borchman hyr to ghesat unde gekoren drey riddere, de statt van Soist, ses man von ihrme rathe und de andere stede dre man van er aller weghene. Disse twelef man sulen macht hebben in allen dinghen van unser aller weghene, unde wat si vindet umme datt beste unde dat se ghemeinliken over ein dreghet, dat sall manlic doin mit guden willen, also verre, als he kan ofthe macht. Weyre oyc, dat disse twelvenen ofthe immanne van en uppe den weghe, dayr se riden ofthe weren, van disser gheloevede weghe, des Godt nicht eyngheve, icht arges gesche, dat sollen uns altomale ane gayn unde sollen dar al to doin, alse disser loevede recht is.

(5) Vortmehr allet, dat er disser gheloevede to royve unde to brande kumen was, dat en sal nimant in disse loevede tyn ofthe brengen.

(6) Vortmehr die statt, die dat inghesegel hevet, de sall macht hebben, disse tweleve, di hyr to gesat sint, to verbodene unde taghe to leighene, wu dick unde up wilcke statt des noth is. Oyc so en sall men neynen vredelosen man ofthe stratten royvere in disse vorghenomede schlott vrede up sin vurwurde gheven.

(7) Vortmehr so ghesacht unde begunde disse gheloevede und dit verbunt des anderen sunnentaghes in der vasten, do men schryf van Godes geburt dusent dreyhundert unde vyfuntwintich iayr, unde sall stayn bit sante Michaelis tagh, de nu kume sall, unde dar na over ein ihar, unde alle disse vorgeschreyven reyde, de loebe wy in guden truwen ane al arghelist manlic deyne anderen steyde und vast to haldene, also verre, als wy konne unde moghen. Unde to eime orkunde unde to eyner vestenungh aller disser vorgeschrever dinc so hebbe wi ghemeinlick disse brive mit unsin ihnghesegel ihngesegelt. Disse brive, de sint gegheven und gemaket to Soist, du men schreiff van Godes gheburt unde up den selven tach, als hyr en binnen gheschreven is.

Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii III, Bl. 259; Abschrift im A von Bocholtz zu Alme; Abschrift Kindlingers um 1800, StAM, Msc. II 40, S. 657; Druck: Haeberlin, Analecta S. 289; SUB II Nr. 610; Fahne, UB Bocholtz I 1 , S. 102; Regest: REK IV Nr. 1523.

2175

1325 März 5 Avignon

Papst Johannes XXII. überträgt aufgrund der Fürsprache des Bischofs Godfried[1] zu Osnabrück dem Johannes von Nehem ein Kanonikat in St. Johann Osnabrück, obwohl er bereits ein Kanonikat in Meschede und die mit Seelsorge verbundene Kaplanei der Kapelle von St. Alt-Hugardis bei Hugardia[2] besitzt.

Iohannes XXII Iohanni de Nehem consideracione Godefridi, episcopi Osnaburgensis, pro eo supplicantis confert ecclesie S. Iohannis canonicatum, prebendam vero eidem reservat, non obstante, quod in ecclesia Mescedensi canonicatum et prebendam, capellaniam curatam capelle Veteris Hugardis site prope Hugardim Coloniensis et Leodiensis diocesium obtinet. Laudabile testimonium ... Datum Auinioni III nonas Marcii anno nono.

In e(cclesiis) m(emoratis) Guillelmo, electo Pennensi et Adriensi et cantori, et Degenhardo de Meschede, canonico ecclesie Osnaburgensis.

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg, I Nr. 732 (Nach Reg. 79 Bl. 40v Nr. 1326).

[1]) Gottfried Graf von Arnsberg, was die Fürsprache erklärt; [2]) Hoegarden bei Löwen (Provinz Brabant).

2176

1325 März 5 Avignon

Papst Johannes XXII. verleiht dem Gottschalk von Heringen ein Kanonikat in (St. Patrokli) Soest und sieht ihn für eine Präbende vor, obwohl er bereits in St. Aposteln und Mariengraden in Köln und im Stift in Bonn als Kanoniker aufgenommen ist bzw. eine Exspektanz für eine Präbende besitzt.

Iohannes XXII Godescalco de Heringen confert ecclesie Susatensis, Coloniensis diocesis, in qua quatuor minores, que pueriles dicuntur, et alie omnes maiores sive pinguiores existunt, canonicatum reservatque in eadem ecclesia prebendam, non obstante, quod in SS. Apostolorum, S. Marie ad gradus Coloniensium et in Bunnensi Coloniensis diocesis ecclesiis sub expectatione prebende in canonicum est receptus. Probitatis merita ... Datum Auinioni III nonas Marcii anno nono. In e(cclesiis) m(emoratis) abbati monasterii Tuiciensis et decano Bunnensis, Coloniensis ecclesie, ac magistro Iacobo de Mutina, canonico Cameracensis, capellano nostro.

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 737 (nach Reg. 78 Bl. 360v, Nr. 1048).

2177

1325 März 5 Avignon

Papst Johannes XXII. überträgt auf die Fürsprache der Bischöfe Ludwig von Münster und Godfried von Osnabrück dem Hermann genannt Vridagh ein Kanonikat mit Präbende in St. Andreas in Köln.

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 734 (Reg. 79 Bl. 41v, Nr. 1328).

2178

1325 März 9 Hamm

Dietrich von Volmerstein verkauft bzw. schenkt das Eigentumsrecht an dem Hof Rikbertinkhove[1] in der Bauerschaft Mottenheim im Kirchspiel Werne dem Kloster Cappenberg, nachdem Johannes Meiering, der den Hof bisher von ihm zu Lehen trug, diesen ihm aufgelassen hatte.

In nomine Domini amen. Theodericus de Volmesteyne universis, ad quos presentes litere pervenerint, salutem cum noticia veritatis. Quod nos pro nobis et pro heredibus nostris singulis et universis ad hoc debite requirendis titulo venditionis et mere dilectionis donamus religiosis et in Christo devotis preposito et conventui ecclesie in Kappenbergh Premonstratensis ordinis, Monasteriensis dyocesis proprietatem domus dicte Rykbertynkhove site in villa Mûttenhem parrochie Wernhen in perpetuum libereque possidendam. Cumque

Iohannes Meyerink dicta bona de manu nostra et parentum nostrorum olim tenuerat in pheodo, ipsam inpheodationem in manus nostras large resignavit. In cuius resignationis et donationis robur et testimonium evidens sigillum nostrum pro nobis, pro heredibus nostris et pro Iohanne predicto presentibus est appensum. Datum et actum in Hammone, presentibus Lamberto de Schedyngen, milite, Gerhardo dicto Knyppink, tunc officiato nostro, Rudolpho et Thiderico dictis Roggen, Lamberto de Wyldeshorst, Iohanne dicto Sprinken, Gerhardo dicto Groven, Rychardo Vohs de Berghe, famulis, cum pluribus viris ydoneis et fidedignis, anno dominice incarnationis millesimo trecentesimo vicesimo quinto, sabbato post Reminiscere.

Ausf., Perg., Schloß A Cappenberg, Urk. Nr. 215, Siegel des Ausstellers (stark beschädigt, WS 31,3) anhängend, mit Transfix von 1325 März 16; Druck: Krumbholtz, UB Volmerstein Nr. 318, S. 119; Regest: WUB VIII Nr. 1837.

[1]) Zur Ribberts Hove oder Ribberting vergl. Schwieters, östl. Lüdinghausen S. 44, Nr. 6.

2179

1325 März 13

Die Bürgermeister, Ratsherren und die Gemeinde der Stadt Werl verkaufen für 15 Mark dem Prämonstratenserinnenkloster Oelinghausen eine Rente von einer Mark aus dem Hause des Bertold genannt Steigerhake, einem Speicher und dem Hausplatz. Außerdem ist aus dem Haus ein Huhn zu entrichten.

Nos Theodericus de Holdinchoue et Iohannes dictus Thomas, proconsules, Henricus dictus Kauolt, Conradus dictus Notlike, Hermannus Wiszage, Hermannus Melkesterman, Goswinus Egenbolt iunior, Rutgerus dictus Passe, Hermannus dictus Bars, Hermannus dictus Tegge, Henricus dictus Svinintholt iunior, Arnoldus Knopeken ceterique consules in Werle[a] totaque universitas opidanorum ibidem publice recognoscimus in hiis scriptis et presentibus protestamur, quod nos .. rite, rationabiliter ac iuste vendicionis titulo vendidimus religiosis personis .. preposito et conventui monasterii in V̊linchusen Premonstratensis ordinis, Coloniensis dyocesis pensionem unius marce S℔sati legalis pro quindecim marcis nobis integre traditis et solutis ex domo Bertoldi dicti Steygerhake et ex granario et tota area sua in opido nostro sita libere et quiete iure hereditario perpetue possidendam. Cuius pensionis medietas in festo Pasche et altera medietas in festo Michaelis annis singulis persolvetur. Que quidem domus et area tota preter marcam iam dictam unum tantummodo solvet pullum. Et nos .. proconsules et .. consules predicti huiusmodi contractum de scitu, voluntate et ordinatione heredum et omnium, quorum interest, cum dictis .. preposito et conventu in Volinchusen facientes, eisdem debitam faciemus warandiam, prout ea de iure fuerit facienda. In cuius rei testimonium ac firmitatem sigillum nostrum presentibus literis est appensum. Datum et actum anno Domini M° CCC° X°X°V°, in crastino beati Gregorii pape.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 255, Siegel der Stadt Werl (WS 71,5) anhängend, Abschrift des 14. Jahrh. im Oelinghauser Kopiar (Altertumsverein Paderborn, Cod. 348) S. 132; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 268.

[a]) Über der Zeile mit anderer Tinte nachgetragen.

2180

1325 März 16 Bockum

Für das Eigentumsrecht an dem Hof zahlt der Kellner zu Cappenberg durch Rudolf Rogge dem Dietrich von Volmerstein fünf Mark in Bockum.

Pro proprietate dicti mansus Rickbertinckhove pagavit cellerarius Capenbergensis in Bochem quinque marcas Theoderico de Volmestene, quas numeravit Rudolfus Rogge. Pro quibus quinque marcis ademerat ecclesia dictam proprietatem. Solutioni interfuerunt Deboldus, plebanus in Bochem, Suederus, notarius, Ger-

hardus dictus Knippinc, Gerwinus de Rinkenrode et alii quam plures, sabbato Letare, synodo facta in Bochem anno Domini M° CCC° XXV.

Transfix an der Urkunde Schloß A Cappenberg Urk. Nr. 215, Siegel ab.

2181

1325 März 21

Dechant und Scholaster, Vizepropst, von (St. Patrokli) Soest beglaubigen die inserierte Urkunde von 1234 Mai 14.

Nos .. decan[us, .. sco]lasticus[a] et viceprepositus Susatiensis presentibus protestamur, nos vidisse sub sigillis monasterii in Scheyde Premonstratensis ordinis necnon ecclesie Sosatiensis ac .. prepositi monasterii sancte Walburgis extra muros ibidem literas tenorem infrascriptum de verbo ad verbum continentes:

folgt Text der Urkunde von 1234 Mai 14[1]

Datum et visum anno Domini M° CCC° vicesimo quinto, ipso die Benedicti abbatis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 82 I, Siegel ab; Abschrift des 18. Jahrh., Msc. I 219 Bl. 69.

[a]) Loch im Pergament.
[1]) WUB VII Nr. 425.

2182

1325 März 23

Der Offizial des Kölner Dompropsts und zuständigen Archidiakons teilt dem Pfarrer in Deifeld mit, Gottfried, Propst der Nonnen in Glindfeld und Pastor der Pfarrkirche zu Medebach, habe den Priester Gerard Symonis zu seinem ständigen Vikar an dieser Kirche bestellt. Der Offizial fordert den Deifelder Pfarrer auf, sich nach Medebach zu begeben und an drei Sonn- oder Festtagen alle diejenigen, die Ansprüche auf diese Vikarie zu haben meinten, zum Montag nach dem Sonntag Quasi modo[1] vor den Offizial zu laden.

.. Officialis prepositi in archidiaconatu Coloniensi dilectis in Christo plebano in Deyuelden salutem in Domino. Cum religiosus vir Godefridus, .. prepositus sanctimonialium in Glintuelde, pastor ecclesie parrochialis in Medebecke, nostri archidiaconatus discretum virum Gerardum Symonis, sacerdotem, in vicarium perpetuum ecclesie supradicte receperit et eundem Gerardum ad prefatam vicariam perpetuaverit, quantum in eo est, vices suas eidem integraliter committendo nobisque humiliter supplicaverit, prout ad nostrum officium pertineret, ut ipsi Gerardo de eadem vicaria providere et ad eandem admittere ac curam animarum et custodiam reliquiarum in animam ipsis committere dignaremur, nos nulli in iure suo deesse volentes et sic uni facere iusticiam, quod ius alterius non ledamus, vobis mandamus, quatenus ad dictam ecclesiam in Medebecke accedentes et ibidem tribus proclamationibus diebus dominicis seu festivis prehabitis citetis publice et peremptorie ad crastinum dominice Quasi modo hora prime omnes et singulos, qui sua dixerint vel crediderint interesse super dicta vicaria et qui se opponere voluerint dicto vicario ad docendum de iure et interesse suo, si quod habent in vicaria memorata, cum intimatione, quod, si non venirent, nos ad investituram et admissionem prefati sacerdotis procedemus, prout de iure fuerit procedendum. Reddite literas sigillatas. Datum sabbato post dominicam Letare anno Domini M° CCC° vicesimo quinto.

Per Ny. de Ar.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Glindfeld, Urk. Nr. 34, nur dürftiger Wachsrest des Siegels des Ausstellers abhängend, mit Transfix von 1325 April 9; Regest: Führer, Medebach Nr. 163, S. 33 (nicht zutreffend).

[1]) D.h. für den 15. April.

2183

1325 März 24

Die Soester Bürgerin Druda, Witwe des Johannes Kywe, verkauft für 44 Mark dem Knappen Alexander von Meninchusen[1] eine Kornrente von vier Malt aus ihrem Oberhof Röllingsen[2].

Ego Druda, relicta quondam Iohannis de Kiwe, opidana Susacensis, notum facio singulis et universis, quod de consensu omnium puerorum et heredum meorum per Radolfum dictum Mûnt, fratrem, procuratorem seu tutorem meum in hac parte, pro quadraginta quatuor marcis denariorum Susati usualium et bonorum michi traditis et solutis vendidi racionabiliter discreto viro Alexandro de Meninchusen, famulo, et suis legitimis successoribus et heredibus quatuor maltorum siliginis et ordei sub pari quantitate annuam et perpetuam pensionem ex curte mea in Rokinchusen et ex eius attinenciis quibuscunque singulis annis semper in festo beati Martini hyemalis persolvendam in annona comparente et presentandam in Sûsato in domum Alexandri memorati. Et huiusmodi contractu sic legitime consummato reconcessit dictus Alexander michi meisque heredibus talem graciam, quod infra tres annos cum data presencium litterarum currere incipientes in singulis illis annis semper infra unum mensem post dicti Martini festum, dummodo dicta pensio pro termino suo persoluta fuerit, possimus eandem pensionem reemere pro summa denariorum prenotata, reclamacione aliqua non obstante. Quod si non fecerimus, extunc de cetero accessum reempcionis non habebimus in hac parte, contractu prefato hereditario permansuro. Testes huius rei sunt: dominus Conradus de Meninchusen, miles, Radolfus de Vlerike, Heynemannus et Iohannes fratres dicti Gothen, Radolfus et Iohannes fratres dicti Mûnt et alii fidedigni. Actum anno Domini MCCCXX quinto, dominica, qua cantatur Iudica.

Chirograph, Fürstlich von Hatzfeldtsches Archiv in Köln-Merheim; Wiedergabe nach dem Druck: WZ 61 S. 62, Nr. 19.

[1]) Meiningsen; [2]) Röllingsen, 7 km südwestlich von Soest; trotz der Namensform „Rokinchusen" nicht, wie Doebner angibt „Rönkhausen", das zu entlegen ist und zu dem das Umfeld der Personen nicht paßt. In Rönkhausen gehörte der dortige Oberhof der Abtei Deutz.

2184

1325 März 30 Avignon

Papst Johannes XXII. trägt dem Bischof von Paderborn, dem Propst zu Meschede[1] und dem Erzpriester von Cornate in der Diözese Mailand auf, dafür zu sorgen, daß Albert, der Sohn des Loyf von Hervelde, dem er auf Fürsprache des Königs Johann von Böhmen ein Kanonikat mit Präbende in der Domkirche zu Osnabrück übertragen hat, in dieser Kirche bereits als Kanoniker aufgenommen wird.

Iohannes XXII episcopo Paderburnensi et preposito Meschedensis ac archipresbitero de Cornate Coloniensis et Mediolanensis diocesis ecclesiarum mandat, quatinus Albertum, natum quondam Loyf de Hervelde, cui papa consideratione Iohannis regis Boemie confert ecclesie Osnaburgensis canonicatum cum prebenda ad presens vacante vel proxime vacatura, in eadem ecclesia recipi faciant in canonicum. Illis libenter Apostolice sedis ... Datum Auioni III kalendas Aprilis anno nono.

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 759 (nach Reg. 78 Bl. 400, Nr. 1159), Riezler, Vaticanische Acten Nr. 463.

[1]) Zu dieser Zeit Wilhelm von Arnsberg, der aufgrund seiner verwandtschaftlichen Beziehungen zum Bischof von Osnabrück, Gottfried Graf von Arnsberg, ebenso wie der Paderborner Bischof, Edelherr Bernhard zur Lippe, besonders für die zugedachte Aufgabe geeignet war.

2185

1325 März 31

Dietrich von Mengede genannt Budde verkauft für vier Mark einen Morgen Landes beim alten Hof Rahde[1] mit dem Eigentumsrecht der Priorin und dem Konvent von St. Katharinen Dortmund.

Universis presentia visuris et audituris ego Theodericus de Mengede dictus Budde cupio fieri manifestum, quod de beneplacito et communi consensu omnium verorum heredum meorum, videlicet Gobelini, patris mei, Wilhelmi, et Gobelini, fratrum meorum et Gislen, uxoris mee, et Gobelini, filii mei, unum iuger agri situm iuxta veterem domum Rode, priorisse sancte Katerine, et conventui eius civitatis Tremoniensis vendidi dominium predicti agri pro quatuor marcis denariorum michi nunc integraliter solutorum ad usum perpetuum libere possidendum. Huius contractus testes affuerunt isti, videlicet dominus Ernestus miles dictus de Mengede, Iohannes de Mengede, Ernst et Gyselbertus de Bodelswinge, fratres, Gobelinus, Iohannes et Wilhelmus de Ouerhusen, fratres, Adam de Stenche, Arnoldus Lůgge, Gerhardus Page et alii quam plures. In cuius rei testimonium sigillum domini Ernesti militis supradicti duxi presentibus apponendum. Datum anno Domini M° CCC° XXV°, in die Palmarum.

Ausf., Perg., StAM, St. Katharinen Dortmund, Urk. Nr. 63, Siegel des Ernst von Mengede (stark beschädigt, Bild: Schild dreimal geteilt) abhängend; Druck: Dortmunder UB, Erg. Bd. Nr. 589, S. 261.

[1]) In Bövinghausen bei Castrop (nicht Radevormwald wie Dortmunder UB), vergl. Nr. 1971.

2186

1325 April 1 Avignon

Papst Johannes XXII. an Engelbert, den Sohn des + Grafen Engelbert von der Mark[1] und Kanoniker von St. Martin in Lüttich: Nachdem er bereits wegen der Mängel seiner illegitimen Geburt eine Dispens und daraufhin ein Kanonikat erhalten habe, gewährt er ihm nun auf seine Bitte, da er von den jetzigen Einkünften sich nicht standesgemäß unterhalten könne, eine Dispens zur Erlangung einer weiteren Präbende oder Dignität.

[Iohannes XXII.] Engelberto, nato quondam Engelberti comitis de Marcha, canonico ecclesie S. Martini Leodiensis:

Tua et tuorum sincera devocio.... Porrecte siquidem nobis peticionis tue series continebat, quod olim tecum super defectu natalium, quem pateris de soluto genitus et soluta, ut ea non obstante, posses ad omnes ordines promoveri et ecclesiasticum officium obtinere, etiamsi curam animarum haberet, fuit auctoritate Apostolica dispensatum, quodque tu in postmodum canonicatum et prebendam in ecclesia S. Martini Leodiensi tunc vacantes extitisti canonice assecutus. Quare nobis humiliter supplicasti, ut, cum de dictis canonicatu et prebenda nequeas iuxta tui status decentiam sustineri, provideri tibi super adeptione ac retentione aliquorum beneficiorum ecclesiasticorum, ex quorum proventibus sustentacionem percipere valeas congruentem, de Apostolica sedis clementia eiusque liberalitate solita dignaremus. Nos igitur ... tecum, ut canonicatum et prebendam ac dignitatem vel personatum seu officium, etiam si fuerit in ecclesia cathedrali, dummodo tibi alias canonice conferatur seu legitime assumaris ad illa, libere accipere et licite retinere valeas ... dispensamus. Datum Auinione kalendis Aprilis, anno nono.

Wiedergabe nach Sauerland, Vat. Reg. I Nr. 775, S. 362 (Nach Reg. 79, Bl. 421 Nr. 242).

[1]) Sein Vater müßte der allerdings bereits im Jahre 1277 verstorbene Graf Engelbert von der Mark sein, der Großvater des zur Zeit regierenden Grafen.

2187

1325 April 7–13

Vor Dietrich, Propst des Stifts in Lippstadt, Heinrich, Kämmerer und Pfarrer von St. Nikolai, und Johannes genannt Wrede, Richter in Lippstadt, verkauft Hermann genannt Harman, Glöckner der Stiftskirche, den beiden Schwestern Ludgard, Thesaurarin, und Gertrud von Lembike, Nonne des Stifts, eine Rente von zwei Schillingen aus dem von ihm bewohnten Haus und der Hausstätte in Lippstadt.

Universis presentes literas visuris vel etiam audituris nos Theodericus, prepositus monasterii Lyppensis, Henricus, camerarius, plebanus sancti Nycolai ibidem, et Iohannes dictus Wrede, tunc temporis iudex in Lyppia, presentium tenore recognoscimus et protestamur publice, quod constitutus coram nobis Hermannus dictus Harman, campanarius ecclesie claustralis in Lyppia, cum consensu pleno et voluntate bona Gertrudis, uxoris sue legitime, Hermanni et Dedradis ac aliorum heredum suorum omnium recognovit, se rite et rationabiliter vendidisse Lutgardi, thesaurarie, ac Gertrudi, sororibus de Lembike[a], monialiabus in Lyppia, redditus duorum solidorum denariorum Lyppie legalium et bonorum pro pecunia numerata, tradita et soluta ex domo sua et area, quam ad presens inhabitat, cum omni iure, prout situata est singulis annis quovis festo Michaelis hereditarie et perpetue possidendos et tollendos, ita sane, quod predictus venditor aut sui heredes alios tam bonos redditus ex domo alia et area eque certa vel meliore, cum voluntate tamen et favore predictarum ementium, cum facultas suppetit, poterunt comparare. Quos quidem redditus dicte sorores de Lembike vel una earum seu cuius interest loco dictorum reddituum percipient et tollent. Ceterum persona cuiuscumque conditionis, cui prefate sorores de Lembike, postquam decesserint, prefatos redditus duorum solidorum cum litera presenti commiserint, tradiderint et assignaverint, tollet et percipiet redditus eosdem eodem iure et titulo, quo iam dicte sorores de Lembike, dum vixerant, sustulerunt. Comparabitque cum eisdem duobus solidis tres candelas cereas unius libre quamlibet. Primam candelam domino Ihesu Christo super asinum sedenti, secundam gloriose virgini Marie, que incendetur, dum Salve regina per conventum decantatur, tertiam sancto Iohanni Ewangeliste et beato Augustino episcopo. Hee tres candele cum dictis redditibus singulis annis temporibus perpetuis debent per personam, cui dicti redditus committentur, ut predictum est, fideliter procurari. In quorum omnium testimonium sigilla nostra ad instantes preces partium utrobique presentibus sunt appensa. Actum presentibus Alberto dicto Vlegen, capellano perpetuo apud claustrum, Theoderico, rectore altaris beate Katherine in ecclesia claustrali, sacerdotibus, Bodone Bodekinc, Arnoldo de Cleyhe, Arnoldo apud Claustrum et Hermanno dicto Pliten aliisque pluribus fide dignis. Datum in ebdomada paschali anno Domini M° CCC° vicesimo quinto.

Ausf., Perg., StAM, Stift Lippstadt, Urk. Nr. 62, Siegel des Propstes Dietrich (Bild: Maria mit dem Kinde, von dem darunter befindlichen Propst verehrt), des Kämmerers (Bild: Heiliger: St. Nikolaus) und des Richters (Bild: Hausmarke) abhängend.

[a]) In der Vorlage an dieser Stelle „Lembile", sonst aber „Lembike".

2188

1325 April 9

Hermann, Pfarrer in Deifeld, meldet die Ausführung des Auftrags (betreffs der Pfarrkirche in Medebach).

Honorabili viro ac honesto domino .. officiali prepositi et archidiaconi Coloniensis Her(mannus), plebanus in Dyuelden, reverenciam in omnibus et honorem. Mandatum vestrum michi directam, cui cedula presens est transfixa, secundum omnem sui formam sum reverenter et fideliter executus. Acta sunt anno Domini M° CCC° vicesimo quinto, feria tertia infra octavas Pasche.

Transfix an der Urkunde von 1325 März 23, StAM, Kloster Glindfeld, Urk. Nr. 34, nur Siegelrest abhängend.

2189

1325 April 15

Dechant Ludolf und das Kapitel (von St. Patrokli) in Soest treffen Festlegungen aufgrund der längeren Vakanz verschiedener Obedienzien und Ämter nach dem Tode des Dechants Radolph und anderer Kanoniker: Der Thesaurar Winand und der Kanoniker Detmar Maken sollen den Zehnten zu Stockum[1] gemeinsam innehaben, und zwar ersterer zu zwei Dritteln, letzterer zu einem Drittel. Nach dem Tode eines der beiden fällt sein Anteil an das Kapitel. Nach dem Tode von beiden wird das Kapitel über die Vergabe der Obedienz erneut verfügen. Der Dechant Ludolph und der Cantor Gerhard sollen die Fischteiche, die Mühle, die Kotten, Gärten und das, was der Dechant Radolph in Nötten[2] gehabt hat, gemeinsam besitzen. Nach dem Tode eines von beiden, soll der Überlebende die Einkünfte allein genießen. Wenn beide verstorben sind, fallen die Güter für immer an das Dekanat. Der Scholaster Hildeger und der Kanoniker Werner von Lunen sollen die Obedienz Büecke[3], die Kanoniker Godfried von Bilstein und Johannes Snap gemeinsam die Obedienz Scheidingen[4] sowie Konrad von Hustene und Wichman von Lunen gemeinsam die Obedienz Bergede[5] innehaben.

In nomine Domini amen. Universis presentes literas visuris et audituris Ludolphus, decanus, totumque capitulum ecclesie Sosatiensis salutem et cognoscere veritatem. Universitati vestre notum facimus, quod, cum in nostra ecclesia ad presens obedientie seu officia infrascripta ex morte bone memorie domini Radolphi, quondam decani nostri, et aliorum concanonicorum nostrorum diutius vacavissent, nos ad disponendum provide de eisdem vocatis ad hoc certa die capitulari nostris concanonicis absentibus ac aliis singulis et universis, qui voluerunt, potuerunt et debuerunt dispositioni huiusmodi interesse, utilitate ecclesie nostre in hac parte ponderata et pensata, modo, quo subsequitur, de predictis obedientiis et officiis duximus ordinandum et presentibus ordinamus, primo videlicet quod Wynandus, thesaurarius ecclesie nostre, et Dethmarus dictus Maken, noster concanonicus, decimam in Stochem cum suis attinentiis simul optinebunt, ita tamen, quod thesaurarius duabus partibus fructuum ex eadem decima provenientium[a] et Dethmarus tertia parte earundem perfruentur. Quandocumque autem alterum ipsorum mori temporaliter contigerit, pars decedentis cedet ecclesie nostre et nobis et non superstiti. Ipsis quoque ambobus mortuis decima totaliter ad ecclesiam nostram redibit et tunc disponetur de eadem decima secundum quod privilegium sonat, quod super ea antiquitus est conscriptum. Item ordinamus, quod dominus Ludolphus, decanus, et Gerhardus, cantor, piscinas, molendinum, casas et ortos ac omnia illa, que dominus Radolphus, decanus predictus, in Nȏten habuit, similiter optinebunt, ita quod, quandocumque unum ex eis mori contigerit, is nichilominus, qui superstes vita manserit, ea solus ad tempora vite sue optinebit. Ambobus quoque ipsis mortuis piscine et alia omnia pretaxata in Nȏten deinceps in perpetuum ad decanatum ecclesie nostre pertinebunt. Quam primum etiam ecclesie nostre et nobis aliqua obedientia vacaverit, pro qua predicti .. decanus et cantor petere voluerint, quo ad consequendum illam nos .. capitulum preces eorum gratiose tenebimur exaudire et illam iterum sic simul optinebunt, quod, quandocumque unum ex eis mortem subire contigerit, quod superstes ea solus vite sue temporibus erit fruiturus. Item ordinamus, quod Hildegerus, scolasticus, et Wernerus de Lunen simul obedientiam in Bûdeken, Godefridus de Bylsten et Iohannes dictus Snap simul obedientiam in Scedinghen, Conradus de Hûstene et Wichmannus de Lûnen simul obedientiam in Berbedde optinebunt sub eadem conditione, quod, quandocumque alterum ipsorum mori contigerit, quod is, qui vita superstes manserit, obedientia, in qua residet, solus vite sue temporibus perfruetur. Et in huius dispositionis et ordinationis testimonium sigillum maius ecclesie nostre duximus presentibus apponendum. Dispositum, ordinatum et datum anno Domini M° CCC° vicesimo quinto, XVII° kalendas Maii.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Urk. Nr. 114, Siegel ab.

[a]) In der Vorlage „provenientiam".

[1]) Östlich von Körbecke an der Möhne (aufgrund der Lage der anderen Obödienzen, insbesondere der von Bergede, wohl nicht die Wüstung Stockum in Geseke); [2]) spätere Wüstung vor dem Nöttentor westlich von Soest; [3]) 6 km südlich von Soest; [4]) 5 1/2 km nördlich von Werl; [5]) 6 km südöstlich von Soest.

2190

1325 April 17

Engelbert Graf von der Mark überläßt der Äbtssin des Stifts Essen seinen Ministerialen Johannes Schulte von Ising und erhält dafür im Tausch den Ministerialen Johannes genannt Overvelt.

Nos Engelbertus comes de Marka universis presentes litteras visuris vel audituris salutem cum cognicione veritatis. Notum facimus tenore presencium publice protestantes, quod nos usi consilio .. ministerialium et fidelium nostrorum Iohannem schulthetum de Ysekinch nobis iure ministerialitatis seu fidelitatis attinentem a iure ministerialitatis, quo nobis astrictus esse dinoscitur, absolvimus et absolutum dimittimus in hiis scriptis, assignantes eundem Iohannem .. venerabili domine .. abbatisse ecclesie Asindensis ad idem ius, quo nobis, ut premissum est, tenebatur, recipientes a dicta domina .. abbatissa Iohannem dictum Ouervelt, sibi et .. ecclesie sue iure antedicto attinentem tytulo legitime permutationis predicte seu concambii pro eodem, verum cum nobis de equalitate permutationis predicte plena facta sit fides. In cuius permutationis testimonium sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini millesimo tricentesimo vigesimo quinto, feria quarta post dominicam, qua cantatur Quasi modo geniti.

Ausf., Perg., HStAD, Stift Essen, Urk. Nr. 315; Sekretsiegel des Grafen (gut erhalten) anhängend; Abschrift Kindlingers um 1800; StAM, Msc. II 117 S. 189.

2191

1325 April 17 Haus Mark

Der Jungherr Dietrich von Volmerstein schenkt im Sinne seiner Eltern der Kapelle zu Hinderking[1] bzw. dem dortigen jeweiligen Kaplan 15 Morgen Ackerlandes bei Katrop[2], wofür seine Memorie und die seiner Eltern gehalten werden soll.

In nomine Domini amen. Hominum prudentum interesse dinoscitur, ut, quecunque digna memoria gesserint, auctoritate muniant litterarum, quo magis rata permaneant, que pie et salubriter sunt peracta. Quapropter tam presentibus quam futuris innotescat, quod nos Theodericus domicellus de Volmuntstene pium desiderium parentum nostrorum, quo cappellam nostram in Henriking amplectabantur, studio, quo possumus, adimplere cupientes, de pleno consensu tutorum seu curatorum nostrorum, Theoderici videlicet dicti de Vorst et Lamberti de Schedingen, militum, donavimus et assignavimus cappelle nostre in Henriking quindecim iugera agrorum apud Caterbeke sita, que Hermannus dictus Bekerman et Alheydis, eius uxor, de nostro et parentum nostrorum consensu retroactis temporibus coluerunt, perpetuo possidenda, ut proinde parentum nostrorum et nostra omnibus futuris et singulis annis memoria salubriter peragatur, dantes has nostras patentes litteras predicte cappelle nostre ac cappellano, qui pro tempore eidem prefuit, nostri sigilli et predictorum tutorum seu curatorum nostrorum necnon Henrici borggravii in Stromberg, sororii nostri, sigillorum munimine roboratas. Et nos Theodericus de Vorst, Lambertus de Schedingen, tutores seu curatores Theoderici domicelli de Volmuntstene et Henricus borggravius in Stromberg, quia premisse dotationi ac donationi interfuimus eidemque ad honorem Domini ac gloriose matris sue consensimus, presentem cartulam sigillis nostris ad preces Theoderici domicelli de Volmuntstene duximus roborandas. Actum et datum in castro Marke coram viris prescriptis et subscriptis, videlicet Suedero, notario nostro, Gerhardo Knypping, Gerwino de Rynkenrode, Rudolfo dicto Rogge, Theoderico Rogge et aliis quam pluribus fidedignis, anno Domini M° CCC° XXV°, feria IIII[a] post octavas Pasche, quintodecimo kalendas Mai.

Abschrift Kindlingers vor 1800, StAM, Msc. II 29, S. 113 der 2. Zählung, mit Siegelzeichnungen Kindlingers; Druck: Krumbholtz, UB Volmerstein Nr. 319, S.120, Regest: WUB VIII Nr. 1847.

[1]) Im nördlichen Teil der Soester Feldmark (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I Nr. 106, S. 306); [2]) etwa 4 km nördlich von Soest.

2192

1325 April 24

Vor dem Rat der Stadt Hamm entläßt Mechtild von Dasbeke, die Witwe des Gerhard von Uentrop, für fünf Mark Walburgis und ihren Sohn Johannes aus der Eigenhörigkeit.

Universis presencia visuris seu audituris nos Detmarus, proconsul, retro Teatrum ac alii consules opidi Hammensis tunc temporis, scilicet Richardus Vos, Wennemarus de Galen, Thidericus de Heringhe, Hartlevus de Horst, Thidericus de Novo Ponte, Hermannus Wedeghe, Hinricus Lorinch, Everhardus Vitenchof, Thidericus Herinch, Iohannes Sprincklo, Meynhardus de Elekinctorpe recognoscimus et tenore presencium protestamur, quod constituta in nostra presencia domina Meythildis de Dasbeke, relicta quondam Gerhardi de Unctorpe, et veri heredes sui recognoverunt, scilicet Gotscalcus, Hermannus et Arnoldus, Thidericus, Rudolphus, Iohannes et Meythildis, filia eius, quod vendiderunt et libere resignaverunt Walburgim et filium eius Iohannem pro quinque marcis denariorum legalium ab omni vigore servitutis, ut nullus predictorum heredum in omne evum dictam Walburgim seu filium eius valeant impetere servitute et sua penitus liceat perfrui libertate. Et etiam adiectum est, quod soror predictorum fratrum, que ad annos maturos non pervenit, pro qua tres fratres seniores, scilicet Gotscalcus, Hermannus et Arnoldus promiserunt, id idem, quod supra dictum est, faciendum. In cuius rei testimonium nos proconsul et alii consules supradicti opidi Hammensis sigillum nostre civitatis duximus presentibus apponendum. Datum anno Domini MCCCXXV°, in crastino beati Georgii martiris.

Ausf., Perg., Fürstlich Hatzfeldtsches Archiv zu Köln-Merheim, Siegel der Stadt Hamm (zerbrochen) abhängend; Wiedergabe nach Druck in WZ 61, S. 63, Nr. 20.

2193

1325 Mai 1

Propst Wilhelm sowie Dechant und Kapitel des Stifts Meschede kündigen der Priorin und dem Konvent des Klosters in Waltringhausen die Aushändigung der Urkunde über die Übertragung des Patronatsrechts über die Kirche in Mellrich an[1].

Venerabili domine priorisse totique conventui monasterii in Walterinchusen Wilhelmus Dei gratia prepositus, decanus et capitulum ecclesie Meschedensis salutem in Domino. Noveritis, quod super ecclesia in Meldreke et iure patronatus eiusdem, prout hoc nostri interest et ad nos pertinere dinoscitur, in monasterium vestrum et vos perpetuo transferendos nostras patentes literas sub sigillis nostris vobis dabimus secundum formam et articulos et infra tempus, prout super hoc Wilhelmus dictus Prinz et Wilhelmus de Bynolt, nostri concanonici, quibus in hac parte vices nostras omnimodo committimus vobiscum duxerint concordandum, obligantes nos ad hoc bona fide per presentes. Datum sub sigillo nostro predicte ecclesie nostre ad causas anno Domini M CCC vicesimo quinto, ipso die beatorum Philippi et Jacobi apostolorum.

Abschrift des 18. Jahrh., StAM, Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest) Bl. 54 der 2. Zählung.

[1]) Vergl. Urkunde von 1325 Mai 17.

2194

13[25][1] Mai 3

Vor Dietrich Junker von Volmerstein und dem Knappen Johannes von Herborne verzichtet Godfried, der Sohn des Andreas Snap, auf die Güter Balking zu Berwicke[2] *und auf die Güter, die nach dem Tode des Johannes*

genannt Snap, Kanoniker von St. Patrokli Soest, an seinen Vater und seinen Oheim väterlicherseits Gottfried gefallen waren und die diese an den Kanoniker von St. Patrokli Soest Johannes von Lippia verkauft hatten.

Nos Theodericus domicellus de Volmetsteyne et Iohannes de Hereborne, famulus, presentibus protestamur, quod in nostra constitutus presentia Godefridus, natus et heres Andree dicti Snap, famuli, renuntiavit et renuntiasse se recognovit publice bonis dictis Balkink in Berewik sitis necnon parti eorundem bonorum, que ex morte domini Iohannis dicti Snap, canonici Sosatiensis bone memorie, ad prefatum patrem suum et Godefridum, eius fratrem, ipsius renuntiantis patruum, alias fuerant devoluta. Asseruitque idem Godefridus in venditionem domino Iohanni de Lyppia, canonico Sosatiensi, per patrem et patruum suum de dictis bonis seu parte bonorum factam in omni modo et forma, sicut ipsi pater et patruus consenserunt, se liberaliter consensisse et in perpetuum consentire. In cuius rei testimonium nos Theodericus et Iohannes [predicti ad][a] preces dicti Godefridi renuntiantis nostra sigilla duximus presentibus apponenda. Datum anno Domini M° CCC° [...][b] in Inventione sancti Stephani.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Urk. Nr. 91, Siegel des von Volmerstein (am Rand abgebrochen) und das von Herborne (WS 201,15) abhängend.

[a–b]) Pergament abgerissen.

[1]) Das Pergament an der Stelle der Jahresangabe abgerissen. Nach der Schrift ist die Urkunde in das erste Viertel des 14. Jahrhunderts einzuordnen. Vor dem 15. April 1325 kann die Urkunde jedoch nicht angesetzt werden, da zu diesem Zeitpunkt der Soester Kanoniker Johannes Snap noch als lebend erwähnt wird; [2]) etwa 7,5 km nordwestlich von Soest.

2195

1325 Mai 9

Gerhard, Kaplan des Grafen von Virneburg und Pfarrer der Pfarrkirche St. Petri in Geseke, erklärt sich mit der Gründung einer in seiner Pfarrei gelegenen Kapelle und der Anlage eines Friedhofs im Dorf Islohe einverstanden. Zur Anerkennung der Rechte der Mutterkirche sind zu Weihnachten jeweils 12 Pfennige an den Pfarrer von St. Petri zu entrichten. An den Hochfesten haben die Einwohner des Dorfs den Gottesdienst der Mutterkirche zu besuchen. Die erste Seelenmesse für Verstorbene des Dorfes steht dem Pfarrer zu. Wird nur eine Messe gefeiert, werden die anfallenden Opfergaben zwischen dem Inhaber der Kapelle und dem Pfarrer geteilt.

In nomine Domini amen. Omnibus in perpetuum, ad quos presentes littere pervenerint, ego Gerhardus, cappellanus nobilis viri domini .. comitis de Virnenburg, plebanus ecclesie beati Petri Gesikensis, Coloniensis dyocesis, notum esse cupio et tenore presentium publice recognosco me ob ampliationem divinorum et salvationem animarum ad fundandum sive construendum cappellam et cymiterium in Yeslo infra limites parrochie mee, videlicet ecclesie predicte, meum consensum firmum ac perfectum prestitisse, hiis adiectis, quod eadem cappella perpetuo michi et cuilibet plebano eisdem ecclesie, qui pro tempore fuerit, singulis annis in festo Nativitatis Domini duodecim denarios Gesike legales dabit in recognitionem, quod ipsa cappella ex dicta ecclesia sit fundata. Preterea quicumque in villa Yeslo pretacta decesserit, ibidem sepelietur et cuicumque ibidem defunctorum plures misse, quam una celebrande fuerint, illarum missarum prima erit plebani predicte ecclesie sancti Petri et hanc idem plebanus celebrabit vel celebrari procurabit. Si autem alicui ibidem defunctorum una tantum missa celebrabitur, extunc dimidietas oblationum illius misse erit dicto plebano et dimidietas rectori cappelle prenarrate. Ceterum inhabitatores dicte ville in quatuor summis festis, videlicet in festo Nativitatis Domini, in festo Pasche, in festo Pentecostes et in festo dedicationis singulis annis ecclesiam sancti Petri predictam, eiusdem cappelle matricem, prout decet, visitabunt et ibidem recipient ecclesiastica sacramenta. In quorum testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Acta sunt hec in dote ecclesie mee predicte, presentibus discreto viro Conrado de Zoltkoten, sacerdote, gerente vices meas in ecclesia sepedicta, Wilhardo dicto de Euere, Hermanno dicto de Lon et Henrico dicto de Hauer de famulis ac Petro

Pistore, oppidano in Gesike, et Iohanne dicto de Curru, clerico, et aliis quam pluribus viris fidedignis. Datum feria quinta post dominicam Cantate anno Domini M° CCC° vicesimo quinto.

Ausf., Perg., Pfarr A Geseke, Siegel ab.

2196

132[5–27][a] Mai 13

Die Ratsherren der Stadt Reval teilen (den Ratsherren der Stadt Soest) mit, Sifrid Eggarding und seine Frau Margarete hätten vor ihnen ihren Sohn Konrad, Ratsherr zu Reval, zu ihrem Sachwalter bestellt. Er solle den an sie gefallenen Nachlaß der verstorbenen Alheidis, der Schwester der Margareta, in Besitz nehmen. Die Revaler Ratsherren bitten die zu Soest, dem Konrad dabei behilflich zu sein.

Omnibus presens scriptum cernentibus consules civitatis Reualie in omnium Salvatore salutem. Constituti in nostra presentia discretus vir Sifridus Eggardinc cum sua uxore dicta Margaryta et filiis suis, videlicet Hermanno et Lodewico constituentes presentium ostentatorem Conradum filium Eggardinck in suum legitimum procuratorem ad extorquendum et levandum bona, que per mortem sororis domine Margarete, Alheydis videlicet, ad ipsam dominam Margaretam, matrem prescripti Conradi, socii nostri consulatus, nunc iure hereditario devoluta, et quidquid prefatus Conradus in hiis operatur, ratum et firmum manebit tamquam pater et mater essent presentes. Quare petimus instantia, qua possumus ampliori, quatenus ipsum nostri amore dignemini promovere, ut sibi dicta bona presententur. Quod parati erimus deservire in casu simili vel maiori. In testimonium premissorum sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° XXV[...] Iohannis ante Portam Latinam.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk. A Nr. 2242, Siegel ab, starke Moderschäden; Druck: Haeberlin, Analecta S. 282, Nr. 18 (mit Datum 1320); Soester Zeitschrift 42/43, 1927, S. 82; Livländer UB II S. 123, Nr. 673; Regest: Dösseler, Toversichtsbriefe S. 31, Nr. 2.

[a]) Hinter der Zahl V ein Loch, so daß auch VI oder VII stehen könnte.

2197

1325 Mai 15

Vor dem Rat der Stadt Wiedenbrück erklären die Brüder Borchard und Conrad von Klotingen, sie hätten den Streit mit dem Zisterzienserinnenkloster Welver beigelegt und wollten dieses nicht mehr bedrängen.

Omnibus presentia visuris seu audituris nos .. iudex ac consules opidi Wydenburgensis cupimus fore notum tenore presentium firmiter protestantes, quod Borchardus et Conradus fratres dicti de Clothynghe nostram accesserunt presentiam recognoscentes coram nobis omnem discordiam inter eos versatam parte ex una et claustrum in Weluere ordinis Cysterciensis ex altera fore penitus compositam et cedatam, ita videlicet, quod ipsi aut omnes propter eos facere vel dimittere volentes[a] prefatum claustrum ammodo non presumant molestare, sed potius ipsum, si poterunt, conantur promovere, presentibus honorabilibus viris Iohanne, thesaurario ecclesie Wydenbergensis, Ottone de Odeslo, Francone Frysone, castellanis in Redekenberg, Hinrico Munsterman, tunc temporis iudice Wydenburgensi, Wylbrando Banthe, Frederico Herbordi, proconsulibus, Gobelino de Welderke, Frederico Wycher, Gerhardo de Beueren et Iohanne Frambalch, consulibus ibidem, Iohanne Crede seniore et aliis quam pluribus fidedignis. In huius testimonium nos consules iam premissi ab utraque parte specialiter exorati sigillum nostri opidi presentibus duximus apponendum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quinto, in vigilia Ascensionis eiusdem.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver, Urk. Nr. 176, Siegel der Stadt Wiedenbrück (WS 74,5) abhängend.

[a]) In der Vorlage „volentibus".

2198

1325 Mai 17

Propst Wilhelm, Dechant und Kapitel des Stifts Meschede schenken auf Bitten des Kölner Erzbischofs Heinrich das Patronatsrecht und die Kirche in Mellrich[1] und die dazugehörende Kapelle in Uelde[2] dem Kloster Annenborn[3].

In nomine sancte et individue trinitatis amen. Universis Christi fidelibus, ad quos presentes litere pervenerint, nos Wilhelmus, Dei gratia prepositus, .. decanus et .. capitulum ecclesie Meschedensis Coloniensis dyocesis salutem et eternam in Domino caritatem. Cum ea, que liberaliter et rationabiliter aguntur in tempore, presertim inter ecclesias, perutile sit memoriter scriptis commendari, ne lapsi temporis vetustate depereant et oblivione labili evanescant. Proinde notum esse cupimus tam presentibus quam futuris, quod nos certa die capitulari ad hoc statuta vocatisque evocandis unanimi consensu ad laudem Dei patris omnipotentis ac veneracionem beate et gloriose virginis Marie, matris eius, necnon ob devotas preces reverendi patris ac domini nostri domini Henrici, Coloniensis archiepiscopi, nobis pro hoc affectuose supplicantis ius patronatus parrochialis ecclesie in Meldrike ipsamque ecclesiam cum capella in V̊lde, eius appenditio, ac aliis iuribus et pertinentiis suis universis, prout hoc nostri interesse et ad nos pertinere dinoscitur, contulimus et donavimus donatione perfecta inter vivos monasterio in Annenborne, .. preposito, .. priorisse et conventui ad pauperum sanctimonialium inibi Deo deservientium sublevationem ac sustentationem et ut divinus cultus ibidem hiis diebus devotione fidelium ceptus firmiter subsistat ac auctore Domino ulterius salubria recipiat incrementa, ipsamque ecclesiam cum iure patronatus ac aliis iuribus et pertinentiis suis quibuscumque in prefatos .. prepositum, .. priorissam et conventum ac monasterium transtulimus imperpetuum et transferimus per presentes. Ut autem hec perpetuo rata permaneant atque firma, has literas nostras super hiis conscriptas sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari, rogantes devote venerabiles viros dominos .. decanum et capitulum ecclesie Sûsatiensis necnon prudentes viros et honestos .. proconsules ac .. consules ibidem, ut ipsi nobiscum sigilla sua presentibus apponant in testimonium premissorum. Et nos .. decanus et .. capitulum nostrum, nos vero .. proconsules et .. consules Sûsatienses predicti opidi nostri sigilla ad petitionem predictorum .. prepositi, .. decani et capituli Meschedensis presentibus in testimonium duximus apponenda. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quinto, in crastiono Ascensionis eiusdem.

Ausf., Perg., StAM, Stift Meschede, Urk. Nr. 56, Siegel an rotgefärbten Seidenfäden des Mescheder Propstes Wilhelm (von Arnsberg; WS 135,8), Siegel 2 und 3 ab, 4. nur Wachsrest und 5. Siegel der Stadt Soest (WS 76,1) mit Rücksiegel (WS 89,3) anhängend; Rückvermerk (17. Jahrh.): Nota bene, daß Kloster Anneborn hatt zu Walteringhaußen gestanden, Kirspells Melriche, daselbst annoch capella S. Annae stehet und annoch heutigen tageß ein Born ist, S. Annenborn heischet, von dannen daß kloster fur und endlich in Soest fundiert, S. Walburgis kloster heischent, so a Reverendissimo reichlich fundiert ...; *beiliegend Abschrift des 17. Jahrh., beglaubigt durch* Bernard Lipholtz, Notarius curie archidiocanalis Susatiensis*; Abschrift in Msc. I 216a, S. 189; Abschrift des 18. Jahrh. in Msc. I 219 (Kopiar des Klosters St. Walburgis Soest) Bl. 18v der 2. Zählung; Druck: Wigands Archiv VII, S. 38; SUB II Nr. 611; Regest: REK IV Nr. 1542; Wolf, Meschede Nr. 56, S. 38.*

[1]) Südwestlich von Anröchte; [2]) südöstlich von Mellrich; [3]) Kirchspiel Mellrich bzw. heute Gemeinde Anröchte; vergl. Urkunde von 1351 Juli 21 (Wolf, Meschede Nr. 78).

2199

1325 Mai 25

Abt Florinus von Liesborn und Propst Bernhard von Cappel bestätigen, sie hätten die von 40 Erzbischöfen bzw. Bischöfen gewährten Ablaßbriefe gesehen. Sie seien in besonderem Maße für den Bau der Konventsgebäude in Lippstadt gewährt worden. Um die Ablaßbriefe nicht in Verlust geraten zu lassen, hätten sie diese zusammmengefaßt. Insbesondere beträfen die Ablässe die Nichteinhaltung von Gelübden, vergessene Sünden sowie Lieblosigkeiten gegenüber den Eltern[1].

Nos Florinus, Dei gratia abbas monasterii Leysbernensis, et Bernhardus, prepositus monasterii monialium in Cappele, tenore presentium recognoscimus protestantes nos literas indulgentias continentes a quadraginta archiepiscopis et episcopis ad utilitatem et structuram monasterii et conventus monialium in Lippia datas et concessas, vidisse et de verbo ad verbum perlegisse. Sed cum huiusmodi litere per loca diversa nec duci nec deportari possint, ne per negligentiam[a] perdantur vel sigilla earum frangantur, indulgentias ipsas in unam summam collegimus et connumeravimus, videlicet in tredecim annos et viginti quatuor karenas, quadringentos dies et quadraginta dies, que omnibus et singulis manum ad structuram dicti monasterii porrigentibus misericorditer relaxantur. Et ad hoc vota fracta, si ad ea redierint, peccata oblita, offense patrum et matrum sine iniectione manuum, iuramenta temeraria absque tactu reliquiarum et ewangeliorum similiter relaxantur. In quorum testimonium sigilla nostra presentibus sunt appensa. Datum anno Domini M° CCC° XXV°, in vigilia Penthecostes.

Ausf., Perg., StAM, Stift Lippstadt, Urk. Nr. 63, Siegel ab; Regest: Lipp. Regesten II Nr. 700; WUB VIII Nr. 1861.

[a]) In der Vorlage „neglientiam".
[1]) Die Originale nicht nachweisbar.

2200

1325 Mai 27 Lemgo

Vor dem Edelherrn Simon zur Lippe und dem Ritter Albero genannt Post verzichtet der Knappe Arnold genannt Balke, der Sohn des Heinrich Balke, auf alle Rechtsansprüche auf die von seinem Vater an den Soester Kanoniker Johannes de Lippia verkauften Güter zu Berwicke[1].

Nos Symon vir nobilis dominus de Lyppia et Albero dictus Post, miles, universis presentes literas visuris et audituris notum facimus publice protestando, quod in nostra constitutus presentia Arnoldus dictus Balke, filius Henrici Balken, famulus recognovit se penitus nullum ius habere, habuisse in bonis situatis in villa Berewic et in attinentiis eorundem, que vir discretus dominus Iohannes de Lippia, canonicus ecclesie Susatiensis, ibidem emit et sua pecunia iusto emptionis titulo legitime comparavit. Renuntiavitque idem Arnoldus coram nobis omni impetitioni habite et habende in ipsis bonis et eorum attinentiis, promittens firmiter, quod nunquam ipsi domino Iohanni aut alicui eorundem bonorum possessori aliquam super eis movebit questionem. Petivit quoque nos, ut in huius recognitionis, renuntiationis et promissi testimonium nos nostra sigilla presentibus apponere dignaremur. Nos igitur precibus suis inclinati in evidentiam et firmitatem omnium premissorum nostra sigilla duximus presentibus apponenda. Et ego Arnoldus sub eisdem sigillis protestor premissa omnia vera esse. Actum in Lemgogensi opido in domo Hermanni dicti Hukere, civis ibidem, astante Wetscelo, notario, crastino die Penthecostes. Datum anno Domini M° CCC^mo^ vicesimo quinto, die predicto, videlicet VI° kalendas Iunii.

Ausf., Perg., StAM, St. Patrokli Soest, Urk. Nr. 115, Siegel des Edelherrn (zur Hälfte abgebrochen) anhängend, das zweite Siegel ab.

[1]) Etwa 7,5 km nordwestlich von Soest.

2201

1325 Juni 5

Edelherr Gottfried von Rüdenberg bekundet, Propst, Priorin und Konvent des Klosters St. Walburgis bei Soest hätten einen Hausplatz, zu dem zwölf Morgen Ackerlandes gehörten, in Recklingsen[1]*, gelegen in seiner Freigrafschaft, für einen gewissen Zins besessen. Da dem Kloster der Besitz dieser Güter zu den bestehenden Bedingungen nicht nützlich schien, befreit der Edelherr diese vor seinem Freigericht, dem Anton von Klotingen präsidiert, von den bisherigen Bindungen. Stattdessen unterstellt er sein bisheriges Eigengut, den Hof Schweflerhaus zu Einecke*[2]*, seinem Bann.*

Universis presentes literas visuris et audituris nos Godefridus nobilis de Rûdenbergh notum facimus imperpetuum, quod, cum olim honorabiles persone .. prepositus, .. priorissa et conventus monasterii sancte Walburgis ac ipsum monasterium quandam aream, cui attinebant duodecim iugera agrorum in villa Rykelinchusen, que banno nostro dicto vryegrascap subiacebant, habito super hoc consensu progenitorum nostrorum sub certa pensione annuatim nobis solvenda secundum privilegia super hoc confecta pluribus retroactis temporibus tenuissent, ipsi tandem .. prepositus, .. priorissa et conventus hoc perpendentes, quod utilis eis non esset eorundem aree et agrorum possessio, nisi meliori conditione firmaretur, habito igitur super eo Gertrudis, uxoris nostre, Godefridi et Alheydis, puerorum nostrorum, ac omnium heredum consilio et assensu nos coram libera nostra sede Antonio de Clotinghen, vrygravio nostro, sedi iudiciali presidente convocatisque ibidem liberis hominibus nostre cometie libere ac aliis testibus fidedignis dictata et prolata ab eisdem hominibus liberis sententia iusta et perfecta, nos aream et agros in Rykelinchusen predictos prefatis .. preposito, .. priorisse et conventui ac monasterio suo libertamus, immo ipsa eis ab omni exactione et censu libera facimus et assignamus per presentes, reddentes in vero concambio pro eisdem in bannum nostrum predictum loco et vice eorundem domum nostram propriam dictam Sveflereshus in Endike sitam cum suis pertinentiis, sicut agri et area in Rykelinchusen banno nostro asstricta erant, sic virtute huiusmodi concambii domus nostra in Endike iam dicta, que nostra fuit propria, cum suis pertinentiis banno nostro asstricta deinceps in perpetuum permanebit. Dictique .. prepositus, .. priorissa et conventus ac monasterium sancte Walburgis aream et agros predictos sine nostra et heredum nostrorum contradictione, impetitione aut impedimento quolibet perpetuis temporis libera possidebunt. Nos quoque renuntiamus cum nostris heredibus omni iuri, quod nobis in dictis area et agris competebat et quoquo modo competere poterit in futurum. Et in huius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentes literas dicto monasterio et personis suis tradidimus nostro sigillo necnon sigillo Erenfridi de Bredenole, militis, nostri consanguinei, consignatas. Actum et datum feria quarta post octavas Penthecostes anno Domini M° CCC^mo vicesimo quinto, presentibus Frederico de Berghlere et Friderico dicto Sundach, famulis, Hildegero de Heruorde iuniori, Bertoldo de Herborne iuniori, Thyderico dicto Vrone, Conrado de Hammone, Iohanne, coco domini prepositi monasterii sancte Walburgis predicti, quos omnes tamquam viros a nobis infeodatos admittimus, ut, si necesse fuerit, de premissis possint perhibere testimonium veritatis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 83, Siegel des Godfried von Rüdenberg (WS 27,8) und des Erenfried von Bredenole (Schildform, anderes Typar als WS 194,8, Bild: gespaltenes Feld) anhängend; Abschrift des 18. Jahrh., Msc. I 219 (Kopiar von St. Walburgis Soest) Bl. 46 der 2. Zählung.

[1]) 10 km nordwestlich von Soest; [2]) 7,5 km westlich von Soest.

2202

1325 Juni 23

Edelherr Simon zur Lippe verspricht für sich und seine Erben dem Bischof Ludwig von Münster und dessen Nachfolgern Hilfe gegen ihre Feinde. Ausgenommen sind seine Verwandten, der Graf Engelbert von der Mark, der Graf Johann von Bentheim und die Herren von Steinfurt, der Ältere und der Jüngere. Datum Juni 23 (in vigilia Nativitatis beati Iohannis Baptiste).

Abschrift des 14. Jahrh., in StAM, Msc. I 1 (großes Kopiar des Domkapitels Münster) S. 138, Nr. 58; Regest: WUB VIII Nr. 1869.

2203

1325 Juni 24

Engelbert Graf von der Mark überläßt der Äbtissin Margarete und dem Konvent des Zisterzienserinnenklosters Kentrop das Eigentumsrecht an dem Hof in Geithe[1] und an einer dabeiliegenden Hufe, auf die er einst Anspruch erhoben hatte und die das Kloster von Berta, der Witwe des Widekind von Rudinchusen ge-

kauft hat. Zum Ersatz erhält der Graf vom Kloster das Eigentumsrecht an dem Oberhof in Guissen[2], den das Kloster von Gottfried, dem Sohn des + Ritters Lambert von Hoevel, erworben hat.

Nos Engelbertus comes de Marka tenore presentium recognoscentes scire cupimus universos, quod, cum Berta, relicta quondam Widekindi de R[e]dinchusen, domum suam in Ghytene infra parrochiam in Marka sitam cum libero manso adiacente, qui olim nomine nostro fuerat inpetitus, et cum lignis attinentibus ac aliis suis pertinentiis quibuscumque de nostro scitu et consensu adhibito pro certa quantitate pecunie sibi numerata, tradita et soluta dilectis in Christo domine Margarete, abbatisse, et .. conventui sanctimonialium cenobii in Keynctorpe iuxta Hammonem ordinis Cysterciensis rite ac legitime vendidisset, nos de plenario consensu et beneplacito Meycheldis, uxoris nostre, Adolphi, primogeniti nostri, Engelberti, Euerhardi, Ermegardis, Richarde, Katerine, Margarete, heredum nostrorum, ius proprietatis, quod eghendom vulgariter dicitur, seu quodcumque ius aliud, quod nobis aut nostris heredibus in dictis domo et manso ac suis universis attinentiis conpetebat, dicte .. abbatisse et .. conventui contulimus et conferimus libere et integre possidendum ac eidem iuri in perpetuum renunciamus pro nobis et nostris heredibus in hiis scriptis, recipientes nichilominus in reconpensam pro eodem iure proprietatis ab eisdem abbatissa et conventu consimile ius super curiam in Ghvsnen, quod dicta abbatissa et conventus a Gotfrido, filio quondam Lamberti de Houele, militis, sibi iuste emptionis titulo pro certa summa pecunie compararunt. In horum omnium firmitatem et testimonium evidens premissorum nostrum sigillum presentibus duximus apponendum. Datum in festo Nativitatis beati Iohannis Baptiste, anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Kentrop, Urk. Nr. 37, Siegel ab; Abschrift in Kentrop, Akten Nr. 495, Bl. 3; Abschrift Kindlingers um 1800 Msc. II 41, S. 4.

[1]) Bauerschaft in Uentrop östlich von Hamm; [2]) Bauerschaft südlich von Ahlen.

2204

1325 Juni 24 Hengsen

Adolph von Oye verkauft mit Zustimmung seiner Schwestern Gertrud und Hildegundis sowie seines Verwandten Dietrich von Emede genannt Kebbo für 49 Mark seine von Johannes bebauten Güter mit dem Eigentumsrecht zu Hengsen[1] bei (Holz)wickede an die Priorin und den Konvent des Benediktinerinnenklosters Elsey.

Universis presens scriptum visuris et audituris ego Adolphus de Oya notum facio publice protestando, quod de consensu et bona voluntate Gertrudis, Hildegundis, sororum mearum, et Theoderici de Emede dicti Kebbo, mei consanguinei, meorum verorum coheredum in hac parte, vendidi bona mea in villa Heygninchusen sita, que Iohannes inhabitat, et meram proprietatem bonorum eorundem venerabilibus dominabus .. priorisse et .. conventui monasterii in Elze ordinis Benedicti cum omnibus suis iuribus et attinentiis, videlicet pascuis, pratis, silvis, nemoribus, cespitibus, aquis, terris cultis et incultis et cum uno agro iacente aput villam Wyckede in seminatione unam mensuram siliginis capiente ad ipsa bona pertinentibus pro quadraginta novem marcis denariorum Tremoniensium et Suzatensibus denariis mihi numeratis et integraliter persolutis hereditarie et perpetue possidenda, renuncians etiam una cum Gertrude et Hildegunde, sororibus meis, et Theoderico de Emede dicto Kebbo, meo consanguineo, meis veris coheredibus in bonis supradictis, coram honesto viro Hermanno de Wyckede in curia ipsius Hermanni in villa Heygninchusen sita omni iuri, si quod in ipsis bonis habeo vel visus sum hactenus habuisse, et warandiam dictorum bonorum, sicut moris est, eisdem dominabus .. priorisse et .. conventui faciam et omnem impeticionem, si qua eis infra annum et diem mota fuerit, deponam, prout et ubi de iure fuerit faciendum. Ut autem hec omnia et singula superius prenominata firma et inviolata permaneant, presens scriptum cum sigillo strennuorum virorum et honestorum, videlicet domini Theoderici de Foresto, militis, Hermanni de Wyckede, Henrici dicti V[u]s, officiati domini .. comitis de Marka in dominio Volm[u]tsteyne, et Theoderici de Asebeke, officiati curcium in Suelme et Hagyn, tradidi firmiter communitum prefatis dominabus .. priorisse et .. conventui in testimonium super eo. Et nos Theodericus de Foresto, miles,

Hermannus de Wyckede, Henricus dictus Vûs, officiatus in dominio Volmûtsteyne, et Theodericus de Asebeke, officiatus curcium in Suelme et Hagyn, ad instanciam Adolphi de Oya et Gertrudis, Hildegundis, sororum suarum, et Theoderici de Emede dicti Kebbo, ipsius consanguinei, suorum verorum coheredum in bonis supradictis, sigilla nostra duximus presentibus apponenda in testimonium premissorum. Et nos Gertrudis, Hildegundis, sorores predicti Adolphi, et Theodericus de Emete dictus Kebbo, eius consanguineus, sui veri coheredes in bonis supradictis, sub sigillis .. predictorum omnia et singula superius prenominata vera esse recognoscimus, et nos dicta bona cum omnibus suis iuribus et attinenciis, quemadmodum superius continetur, voluntarie manumisisse et resignasse iure debito et consueto. Actum et datum in curia Hermanni de Wyckede in villa Heygninchusen sita anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto, die Nativitatis beati Iohannis Baptiste, hiis vero presentibus, viris honestis dominis Bertoldo, plebano in Syburg, et Gerhardo, plebano in Opherike, Hermanno de Wickede, Henrico de Opherike, Theoderico de Asebeke, officiato curcium in Suelme et Hagyn, Hermanno dicto Kukinc, Hermanno dicto Pape, Adolpho de Luningeslo, Hermanno sculteto de Eymbûrst, Gobelino dicto Quant, Euerhardo, filio quondam custodis in Hagyn, et aliis quam pluribus fidedignis.

Ausf., Perg., Fürstlich Bentheim-Tecklenburgisches A zu Rheda, Limburger Urkunden Nr. 27, Siegel des Ritters Dietrich von Vaerste (Bild: mehrfache Ständerung), des Hermann von Wickede (Bild: Schild geteilt, oben Lilie) und des Heinrich genannt Voß (Bild: Schild mehrfach schräggeteilt) anhängend, das 4. Siegel ab.

[1]) Südlich von Holzwickede.

2205

1325 Juni 28

Der Knappe Heinrich genannt von Meyerich, der Sohn Gerlachs, verkauft für fünf Mark der Elisabeth, Witwe des Winemar von Ekenscheid 2 1/2 Morgen Saatlandes, gelegen zwischen der Kortemühle[1] und Meyerich[2].

Universis Christi fidelibus hanc literam visuris et audituris ego Hynricus famulus dictus de Mederike, filius Gerlaci, tenore presentium protestor, quod cum consensu Elizabet, uxoris mee legitime, et primogeniti mei Gerlaci et omnium heredum et coheredum meorum vendidi duo iugera agrorum sationalium cum dimidio iuxta Winthus, sita inter Kothemulen[a] et Mederike, honeste matrone Elizabet, relicte Winemari de Ekenscheyde pie memorie defuncti, et suis veris heredibus et coheredibus pro quinque marcis denariorum legalium iure hereditario tenenda et possidenda. Ut autem hec venditio et emptio rata et firma permaneat, ego Lambertus miles dictus de Scedinche rogatu Hynrici predicti huius venditionis proprietatem dedi et sigillo meo feci hanc literam communiri. Testes horum sunt Godefridus de Rôdenbarg, Wilhelmus de Ekenscheyde, Iohannes dictus Grumme, Conradus de Clotinche, famuli, Conradus dictus Grubo et Hynricus dictus Albus, conversi. Datum anno Domini M° CCC° XX° V°, in vigilia sanctorum apostolorum Petri et Pauli.

Ausf., Perg., StAM, Soest-Köln, Urk. Nr. 17, Siegel des Lambert von Scheidingen (Bild: dreireihig geschachter Rechtsbalken wie WS 204,15 und 205,21) anhängend; Rückvermerk (18. Jahrh.); ... zwischen Kortemühle und Mederick.

[a]) Der Anfangsbuchstabe eher als „B" zu lesen.
[1]) Westlich von Welver am Salzbach; zur Namensform Korte/Kote vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I S. 46, Nr. 44; [2]) 12 km nordwestlich von Soest bzw. südlich von Welver.

2206

1325 Juli 1 Westminster

König Eduard II. verleiht dem deutschen Kaufmann Hildebrand Sudermann[1] auf Lebenszeit die Vorrechte des Indigenats.

desgl. dem Ludekin de Longe.

Wiedergabe nach Kunze, Hanseakten aus England Nr. 82 und Nr. 83 (Public Record Office, London Pat. R. 18 Edw. II, p m 5. Pauli); Dortmunder UB 2,2 S. 450; Hans. UB II Nr. 422, Anm. 1.

[1]) Zur Herkunft der Kaufleute aus Dortmund vergl. Kunze, Hanseakten S. 57, Anm. 3; vergl. auch 1324 April 19 (Kunze Nr. 75 und Nr. 79)

2207

1325 Juli 13 Elbing

Die Ratsherren zu Elbing bitten die Ratsherren zu Soest, ihrem Mitbürger Nikolaus genannt Bogener und seiner Verwandten, der Witwe Elisabeth Lymburch, beim Empfang des von ihren Vorfahren in Soest zugefallenen Erbes behilflich zu sein. Als Sachwalter habe Nikolaus seine Verwandten Hermann genannt Medebech und Johannes genannt Gote bestellt.

Honorabilibus viris amicis in Christo, dilectis dominis consulibus in Sosato universitas consulum in Elbingo salutem ad quevis beneplacita obsequii et honoris. Veniens ad nostram presentiam noster dilectus socius ac conburgensis Nycolaus dictus Bogenerus coram nobis exposuit, quod ad ipsum et ad suam cognatam Elyzabet relictam Lymburch quedam bona apud vos ex iusta devolutione essent devoluta ratione suorum antecessorum. Super eo ipse Nycolaus suos cognatos Hermannum dictum Medebech ac Iohannem dictum Gota suos legitimos procuratores coram nobis elegit et constituit faciendi ac dimittendi. Quid in eo predicti procuratores ac sui fidelissimi consanguinei fecerint seu ordinaverint, irrevocabiliter observaturum una cum sua cognata Elyzabet coram nobis promisit, habentes ad nos respectum nullam ab eo secundariam fieri actionem, quia ab ipso Nycolao cautionem habebimus sufficientem et etiam pro sua cognata cautionem coram nobis fecit. Quapropter vestras honestates fideliter duximus exorandas, ut vestras bonas voluntates ac promocionem ipsis in eo exibere dignemini et ad ea, que ad ipsos iuste sunt devoluta, nostrarum precium ob respectum, quod volumus facere recompensam. Datum in Elbingo anno Domini M° C°C°C° vicesimo quinto, in die beate Margarete virginis gloriose.

Ausf., Perg., Stadt A Soest, Urk. A Nr. 1774, Siegel der Stadt Elbing (Umschrift: SIGILLUM BVRGENSIUM IN ELVIGGE*; Bild: auf Wellen ein von rechts nach links fahrendes Schiff, am Heck Steuermann als Halbfigur, rechts vom Mast ein gleicharmiges Kreuz) anhängend; Druck: Dösseler, Toversichtsbriefe für Soest, S. 255; Regest: desgl. S. 31 Nr. 1; Hans. UB. III S. 434; Preuß. UB II S. 349.*

2208

1325 Juli 17

Vor Bertold von Hamm, weltlichem Richter zu Soest, verkauft der Soester Bürger Andreas genannt Twemutte für 13 Mark und sechs Schillinge den Soester Bürgern Johann und Jakob genannt Hot eine Kornrente von zwei Malt und dem Henemann von Edelinchusen für sieben Mark eine Kornrente von einem Malt aus seinen Gütern zu Dingborgelo[1]. Wenn die Renten nach drei Jahren nicht abgelöst sind, verbleiben sie für immer bei den Käufern und der Knappe Wessel von Erwitte wird die Käufer damit belehnen.

Nos Bertoldus de Hammone, iudex secularis in Susato, notum facimus universis presentes literas visuris et audituris, quod in nostra et testium infrascriptorum presentia constitutus Andreas dictus Twemutte, opidanus Sosatiensis, de consensu Theoderici et Andree, filiorum et coheredum suorum, necnon de consensu Wesceli de Eruethe, famuli, qui etiam in nostra comparuit presentia, vendidit legitime et perfecte Iohanni et Iacobo dictis Hot, opidanis Sosatiensibus, ac veris eorum heredibus pro tredecim marcis et sex solidis denariorum in Sosato usualium duorum maltorum siliginis et ordei equepartim[a] redditus, ac Henemanno de Edelinchusen

suisque veris heredibus pro[b] septem marcis unius malti annone redditus ex bonis suis in Dingborgelo sitis et eorum pertinentiis annis singulis in festo beati Michaelis archangeli recipiendos et tollendos, ita sane et sub tali conditione, quod ipsi Iohannes, Iacobus et Henemannus ac heredes eorum in festo Michaelis, quod erit anno Domini M° CCC° vicesimo sexto dictos redditus primo recipient et tollent, et tunc deinceps duobus annis subsequentibus quolibet festo Michaelis, sic quod tribus annis ipsis redditibus utantur, et si dictis tribus annis elapsis solutis redditibus ultimi anni prefatus Andreas dictos redditus a prefatis emptoribus per se vel per heredes suos non reemerit, extunc dicta emptio seu contractus perpetuus permanebit et ipsi emptores redditibus predictis iure hereditario perfruentur, Wescelus quoque predictus eos ipsis redditibus infeodabit more debito et consueto. Si autem eos pro dicta pecunie summa extunc reemerint, hoc facere poterunt sine reclamatione emptorum predictorum. Post dictos vero tres annos nulla dictis Andree et suis heredibus facultas conpetet eosdem redditus reemendi. Et in huius rei testimonium sigillum nostrum ad petitionem partium predictarum presentibus est appensum. Datum et actum anno anno Domini M° CCC° vicesimo quinto, in die beati Alexii. Testes sunt Iohannes de Honsele, Hermannus de Werle, Lefhardus de Attenderne, Iohannes Weghemunt, Henemannus de Lyppia, Thylmannus de Wattenscede et Gerhardus dictus Brunegercht ac alii fidedigni.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen, Urk. Nr. 159, Siegel des Richters lose beiliegend (WS 199,23) (ursprünglich) abhängend; Abschrift in Msc. VII 5724, Bl. 43v.

[b]) Wort auf Rasur; [b]) von „pro" bis „redditus" auf Rasur.
[1]) Wüstung in bzw. bei Schmerlecke, vergl. Urkunden von 1306 April 20 (WUB XI Nr. 462) und 1327 April.

2209

1325 Juli 22

Vor den Bürgermeistern und den Ratsherren der Stadt Werl verpachten die Priorin und der Konvent des Klosters Paradies dem Konrad genannt Kuney für einen Zins von sechs Schillingen die Hälfte eines Salzhauses in Werl.

Omnibus presens scriptum visuris seu audituris nos proconsules et consules opidi Werlensis notum esse volumus firmiter et publice protestamur, quod constituta coram nobis priorissa et conventus sancti monasterii in Paradyso locaverunt seu exposuerunt Conrado dicto Kuney nec non suis veris heredibus mediam suam salinam sitam apud nos. De qua singulis annis perpetuis temporibus eisdem[a] sex solidorum redditus legalium denariorum, tres die sancte Margarete et tres in die sancti Nicholai dare tenebuntur, ea tamen interposita conditione, si predictus Conradus aut heredes sui dictam pensionem solvere non valuerint vel quocumque casu neglexerint, bona sua intrare poterunt secundum debitum iuris et quitquit infortunii aut dampni acciderit, in nullo sibi tenebuntur respondere, recipientes tamen annis singulis perpetuis annuam pensionem. In cuius rei testimonium et firmitatem sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° XXV°, in die sancte Marie Magdalene.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VII 6107 (Kopiar des Klosters Paradies), S. 62.

[a]) Verbessert aus „eosdem" durch Streichung des „o" und Einsetzen des „i" über der Zeile.

2210

1325 Juli 22

Die Burg Volmarstein wird den Märkern übergeben und geschleift[1].

In bello Coloniensi 22. Iulii deditur castrum Volmunstinum ad curam Marcanis et solo aequatur. Erat tunc Rupertus Virneburgius marscalcus Westfaliae.

Notiz des 17. Jahrhunderts in den chronikalischen Aufzeichnungen Overhams, StA Wolfenbüttel, Msc. VI Bl. 257v.11

[1]) Vergl. die Urkunde 1324 Mai 21–Juli 25.

2211

1325 Juli 22 Moldesunde

Ritter Iwan genannt Rof, Vogt des Königs von Norwegen in Bohus, bekundet, daß Heinrich Luchow den Gottfried Moden in Notwehr getötet und dafür die gesetzliche Buße erlegt habe. Im Prozeß traten als Zeugen auf Iohannes Copman, Ratsherr in Riga, Godfried von Unna (Vnna), *Ratsherr in Reval* (Reuele) *und Bertold Krukenbergh, die deswegen mit dem Aussteller siegeln. Datum Moldesunde M° CCC° XXV°, in die beate Marie Magdalene.*

Wiedergabe nach Lübecker UB 2,1 Nr. 464, S. 407; Regest: Hans UB II Nr. 432, Livländisches UB III Nr. 713 b.

2212

1325 Juli 25

Die Ratsherren und die Gemeinde zu Attendorn erklären, Abt Gottfried und der Konvent des Klosters Grafschaft hätten ihnen die Rechte und Einkünfte aus dem von den Schulten bewohnten Oberhof in Attendorn überlassen. Als Gegenleistung wollen die Bürger einen Mann stellen, der in ihrem Namen von Abt und Konvent wegen der Güter belehnt werden soll. Dieser hat dem Kloster zweimal im Jahr eine Beherbergung zu gewähren, und zwar vom Abend an mit sechs Pferden. Wird dieses Recht in einem Jahr nicht in Anspruch genommen, so kann es nicht nachgefordert werden. Die Belehnte muß dem Kloster jährlich vier Mark entrichten. Das Patronatsrecht über die Kirche behält sich das Kloster vor. Bei einer Neubelehnung ist als herwede *dem Kloster eine Mark zu entrichten.*

Universis audituris presentia seu visuris nos .. consules ac universitas in Attenderne salutem et cognoscere veritatem. Noveritis, quod propter collationem favorabilem, quem nobis fecerunt honorabilis vir dominus Godefridus abbas totusque conventus ecclesie in Grasscaph in iuribus et obventionibus, que ipsi tenuerunt hactenus in curte, quam incolunt .. dicti Scultheti, coopidani nostri, nos ipsis repensam condignam reddere cupientes repromittimus et recognoscimus nos teneri ad iura et consuetudines infrascriptas, videlicet quod presentabimus eisdem domino abbati et conventui virum ex nobis idoneum impheodandum loco nostri per ipsos ad bona prenarrata. In cuius hospitio recipient et habebunt annuatim duas procurationes, de vespere tamen solummodo cum sex caballis. Quas si neglexerint anno elapso, requirere non debebunt. Ceterum pensionem quatuor marcarum in Attenderne legalium, quam hactenus tenuerunt in ipsa curte, recipient commode ab impheodato ipsorum bonorum, duas videlicet in festo beati Martini et duas in festo beati Petri ad cathedram, prout alias plenius continetur, iure etiam patronatus ecclesie in Attenderne ecclesie Grasscaph in suo vigore nichilominus per omnia reservato. Mortuo vero impheodato bonorum predictorum successor eiusdem impheodandus a novo dabit pro iure, quod dicitur herwede, unam marcam denariorum Attenderne dativorum. Acta sunt hec presentibus viris religiosis Iohanne de Lippia, priore, Bernhardo, thesaurario, Ludolfo, cellerario, Allexandro de Heldene, Arnoldo Gograuii, Theoderico de Snellenbergh, monachis, honestis viris Theoderico de Heldene, Theoderico et Francone de Snellenbergh, Herbordo de Heldene et Herbordo de Heyen, militibus, Arnoldo Gograuio, Adolpho et Heydenrico de Ewych, Goswino de Snellenbergh, famulis, Hermanno dicto Beczop et Iohanne dicto Greue, oppidanis in Smalenborgh, et pluribus aliis fidedignis. Et ad maiorem premissorum certitudinem sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum in die beati Iacobi apostoli, anno Domini M° CCC° vicesimo quinto.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Grafschaft, Urk. Nr. 39a, Siegel ab; Rückvermerk (14. Jahrh.): de iure monasterii nostri in Attendarne*; Abschrift des 17. Jahrh., durch Overham: StA Wolfenbüttel Bd. VII Bl. 103 mit Notiz:* ratificantur haec anno 1538 feria sexta post Martini, loco 4 marcarum obligant, se solucturos bis in anno 28 schillingos Attendornenses*; Druck: SUB II Nr. 613; Regest: Wolf, Grafschaft Nr. 49, S. 22.*

2213

1325 Juli 26

Der Knappe Gottfried von Hoevel verkauft für 20 Mark der Äbtissin und dem Konvent des Zisterzienserinnenklosters Kentrop das Eigentumsrecht an dem Hof zu Geithe[1]. Da der Hof Lehen des Grafen von der Mark ist, trägt er diesem zum Ersatz den von der Bertradis genannt von dem Stade erworbenen Hof Richters zu Guissen auf[2].

Universis, ad quos presentes litere pervenerint, Godefridus de Hûuele, famulus, cupio notum esse conprotestando, quod de consilio et scitu pleno Hermanni, Iohannis, Godefridi, Bernhardi, Lamberti, Evstacii, Gerhardi, fratrum meorum, et amicorum, receptis per me viginti marcis denariorum legalium ab in Christo religiosis abbatissa et conventu sanctimonialium in Keynktorpe iuxta Markam ordinis Cysterciensis transtuli quoque et tradidi eisdem proprietatem domus dicte Ghetene, qua mihi et heredibus meis hactenus competebat, inperpetuum possidere et habere, in omni renuntiando eiusdem proprietatis[a], qua mihi et parentibus meis seu heredibus meis hactenus subici tenebatur. Item cum dictorum bonorum proprietatem de manu nobilis viri domini mei domini comitis de Marka tenui in pheodo absoluto et mei parentes tenuerunt[b] ab antiquo, eidem domino meo proprietatem domus in Gusnen dicte Rychtershûs do et transfero in recompensam proprietatis domus in Ghetene supradicte, quam dicti abbatissa et conventus a Bertrade dicte van den Stade et ab heredibus suis sibi titulo venditionis rite compararunt. Ad cuius rei robur et testimonium evidens sigillum meum una cum sigillis dilectorum meorum Gerhardi de Witthene et Iohannis dicti Kloht, militum, pro me, pro fratribus meis predictis et pro Ghysla, sorore mea, ac pro heredibus meis presentibus sunt appensa. Et nos Gerhardus de Witthene et Iohannes dictus Kloht, milites predicti, ad preces Godefridi et fratrum suorum ac Ghysle predictorum, cum nobis premissa de facto vera esse constiterint, sigilla nostra hiis apposuimus in ratihabitionem omnium premissorum. Etiam et nos fratres de Hûuele predicti et Ghysla predicta omnia acta Godefridi, fratris nostri predicti, in premissis rata et firma esse concedimus et testamur sigillo suo et aliis hiis annexis. Datum presentibus cum premissis Hermanno et Euerhardo, sacerdotibus, Conrado de Herborne et Hermanno de Dalehûsen, militibus, cum pluribus viris ydoneis et fidedignis anno Domini M° C°C°C° X°X° quinto, in crastino beati Iacobi apostoli. Deo gratias.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Kentrop, Urk. Nr. 38, Siegel des von Hoevel (rund, Bild: dreimal geteilter Schild), des Gerhard von Witten (WS 201,2) und des Johann Clodt (rund, Bild: Schild belegt mit zwei Adlerflügen) abhängend (alle drei Siegel gut erhalten); dabei liegend Abschrift des 15. Jahrh. auf Papier; Abschrift in Kentrop, Akten Nr. 495 S. 4; Abschrift Kindlingers von 1800 in Msc. II 49, S. 1.

[a]) In der Vorlage „proprietis"; [b]) das zweite „u" korrigiert.

[1]) Östlich von Hamm, vergl. Urkunde von 1325 Juni 24; [2]) im Kirchspiel Dolberg, ein Hof Richter dort im 17. Jahrhundert in der Bauerschaft Gemmerich, vergl. Urkunde von 1325 August 11.

2214

1325 Juli 31 bei Blintrop

Dechant, Kapitel und Gottschalk genannt von Scherve, Kämmerer des Stifts St. Severin in Köln, übertragen auf Bitten ihrer Wachszinsigen Cunegundis, der Witwe des Widekind von Volberhusen, und ihrer Kinder die Güter zu Volkringhausen[1] in der Pfarrei Balve ihrem Sohn Johannes zu Wachszinsigenrecht.

In nomine Domini amen. Universis presens scriptum visuris et audituris Iohannes, Dei gratia decanus, totumque capitulum et Godeschalcus dictus de Scherve, camerarius nunc pro tempore existens ecclesie sancti Seuerini Coloniensis, eternam Domino caritatem cum noticia veritatis. Noveritis, quod, cum Cûnegûndis, relicta quondam Wydekindi dicti de Volberhusen, Coloniensis dyocesis, cum tota sua parentela ad nos et ecclesiam nostram predictam et officium camerarie eiusdem ecclesie pertineat et attineat pleno iure, et eadem Cunegundis ipsa bona de Volberhusen sita in parochia de Balve dicte dyocesis teneat ab ipsa ecclesia nostra, habeat et possideat hereditarie a camerario ipsius ecclesie perpetuo iure cerocensuali, ita videlicet quod ipsa Cunegundis solvit et sui liberi solvent perpetuo et hereditarie singulis annis camerario eiusdem ecclesie pro tempore existente[a] in festo beati Petri ad vincula quatuor solidos Susatiensium denariorum predictorum et duodecim denarios dicte monete pro iure cerocensuali et concessionis bonorum dictorum ac duos denarios denariorum predictorum ad altare sancti Seuerini pro iure capitali. Quare nobis dicta Cunegundis humiliter supplicavit et devote, ut dicta bona de Volberhusen ob honorem Dei precipue et virginis Marie, eius genetricis gloriose, ac beate Seuerini, patroni nostri, Iohanni, filio suo, porrigere et concedere dignaremus. Unde nos Godeschalcus dictus de Scherve, canonicus et camerarius ecclesie sancti Seuerini predicte, ipsa bona de Volberhusen prefato Iohanni de voluntate et consensu expresso dominorum .. decani et capituli predictorum ratione officii nostri, prout ad proprium officium pertinent, concessimus et concedimus per presentes, salvis per omnia omnibus iuribus et oneribus nobis nostrisque successoribus et ecclesie nostre predicte, que de eisdem bonis solvi et fieri sunt consueta de antiquo. In cuius rei testimonium et perpetuum roboris firmitatem presentem litteram nos .. camerarius predictus sigillo nostro presentibus appenso prefato Iohanni tradidimus communitam. Datum apud Blidenrendorpe in vigilia beati Petri ad vincula anno Domini millesimo trecentesimo vicesimo quinto.

Ausf., Perg., Pfarr A St. Severin in Köln, Siegel des Ausstellers (Bild: Schild mit zwei Pfählen, belegt mit zwei Lanzen) anhängend; Abschrift des 15. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, St. Severin, Rep. und Hs. Nr. 1, Bl. 233v; Druck: Urkunden St. Severin Köln, Nr. 53, S. 85.

[a]) Eigentlich als Dativ „existenti".
[1]) Etwa vier km nördlich von Balve.

2215

1325 August 5

Aleyd, die Witwe des Ritters Johannes von dem Göckinghove, verkauft der Äbtissin und dem Konvent des Klosters Gevelsberg für 46 Mark als Eigengut das Gut zur Brüggen[1] mit der Fischerei in der Ennepe von Brüggen bis zum Gut Milspe und einem Recht in der Mark.

In Godes namen amen. Allen den ginen, die disen gigenwordigen breyf seyn ove horen lesen, ich Aleyd, husvrowe wilene heren Iohannes van me Gockinchoue, eyns ridderis, deme God genedich si, dû kundich inde betûge gemeynliche, dat ich mit willen inde vorhenchnisse .. heren Iohannis eynis heren[a] thu Syberch, mins sûns, inde Margareten, wilene husvroe was Meynrichis, mins sûns, deme God genedich si, inde Iohannis, Wescels, Hinrichis inde Sophien, irre kindere, miner enechlinge, inde mit willen Sophien, Gerburge, Mecghilde, Rikessen inde Lisen, miner dochtere, inde al der rechten erven hebbet vercoft erfliche vor eyn dorslacht eygen dat gut thu der Brugghen alinche, also als it gelegen is an torve, inde an twige, an watere inde an weide, an v[ischerye][b] van der Brugghen bit an dat gud thuo der Milsepe in der Enepe op inde nider, lanc in breyt inde eynen vûrbud inde holtey inde recht in der marke, gelych eyme iûwelichen markenoten, buten deme recht, dat dat gûd thû der Brugghen hevet in de marke, inde vort mit aller slachte nuot inde rechte, dat dar thû gehord, den geistlichen luden der ebbedissen inde deme gemeynen convente thûme Gyuelberghe umbe ses inde vyrtich march penninghe, dey uns betalt sin umbe dat selve gûd, inde wy alinchliche hebbet intfangen, inde hebbet en dat selve gûd opgelaten inde upgedregen vor des vrien stûls gerichte, dar sey id van uns hebbet intfangen, also als it recht is inde gewonlich. Op dat dise coyp stede inde vast eweliche blive inde besta, so hebbe wy vorgenûmeden erven des vorgenûmeden gudis disen gigenwordigen breyf gegiven den vorgespro-

chenen geistlichen luden, der ebbedissen inde deme convente thûme Giuelberge inde hebbet gebeden unsen heren, den edelen greven .. Engelberte van der Marke, dat he disen gigenwordigen breyf wolde besigelen mit sime ingesigele thû thuge inde thuo urkunde der stucke, dey hir in sint gescriven. Inde wi greve .. Engelbert van der Marke hebbet umbe bede der vorgenûmeder erven des vorgenûmeden gudes unse ingesigel gehangen an dusen gigenwordigen breyf thû ûrkunde inde thû thuge al der stucke in vollenkûmeliche stedicheyt inde sicherheyt des vorgenûmeden coypis, dey dise breyf heldet inde betuget. Dit is gescheyt vor den vrien stûle, dar Goswin van Ellinchusen dat gerichte sat, dat was over inde ane gegenwordich .. her Constantin de decan van Swelme, her Roland Boyge, eyn ridder, kelner thû Rode, Goschal de Vmberadene, Brûn van Aleydehusen, Euerhard van Yskinwerke, Wilhem Knyp, Lûdewich van der Holte, Tyleman van der Brugghen, Euerhard van der Kunincgisbûrgh, schypenen, Tyleman, wilene rechter thuo Swelme, Thele van den Wigere, Goswin Kebbe, Wasmuod dey Soppere inde andere gude lude. Dise breyf is gegeven inde gescriven na Godis gebûrd dusent iar dryhundert in dem vyfintwintegesteme iare, des manendages nest sente Peters dage ad vincula.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Gevelsberg, Urk. Nr. 34, Siegel ab, Rückvermerk (14. Jahrh.): nederste Brugge*; Abschrift des 16. Jahrh., Msc. VII 6106, Nr. 12, Bl. 6v; Druck: UB Mallinckrodt I Nr. 7.*

[a]) Wort über der Zeile nachgetragen; [b]) in der Vorlage hochgestellt.
[1]) Gemeinde Mylinghausen bzw. Dorf Milspe, heute Stadt Ennepetal.

2216

1325 August 11 Hamm

Bertradis, die Witwe des Widekind genannt von den Staden, verkauft als Eigengut für 220 Mark der Äbtissin und dem Konvent des Zisterzienserinnenklosters Kentrop ihren Hof, eine frei Hufe und zwei Kotten mit den dazugehörenden Leuten in Geithe[1].

In nomine Domini amen. Universis, ad quos presentes litere pervenerint, Bertradis, relicta quondam Wedekyndi dicti van den Stade, Wedekyndus, Euerhardus, Hermannus, Gobelynus et Henricus, nati eius legitimi, volumus esse notum protestantes, quod nos communi et bona deliberatione nostra et amicorum nostrorum prehabita rite vendidimus et vendimus per presentes in Christo religiosis abbatisse et conventui sanctimonialium in Keynktorpe iuxta Markam ordinis Cysterciensis bona nostra dicta to der Ghetene, videlicet domum, mansum liberum, duas casas ibidem coniacentes, cum colonis commorantibus in eisdem in omni forma, prout dicta bona sita sunt agris cultis et incultis, pratis, pascuis, aquis, nemoribus et rubetis ac cum eorundem pertinentiis universis nomine proprietatis et pro bonis propriis hereditarie et perpetue possidenda, tenenda et habenda pro ducentis et viginti marcis denariorum legalium nobis et amicis nostris plene persolutis, renuntiantes dicta bona cum omnibus suis appenditiis in manus abbatisse et conventus predictorum, qualibet impetitione ecclesiastica vel civili non obstante, statuentes etiam dictis abbatisse et conventui fideiussores amicos nostros, videlicet Gerhardum de Wyttthene, Iohannem dictum Kloht, Conradum de Herborne et Hermannum de Dalehûsen, milites, Iohannem de Nehem et Conradum dictum Vûlenspit, famulos, qui pro nobis et pro nostris heredibus unita manu et fide data promiserunt pro warandia dicte venditionis annum et diem, ut consuetudo warandye requirit temporalis, ita sane, ut, si aliqualis defectus dicte venditionis iure contentus[a] dictis abbatisse et conventui medio tempore interruerit per quoscumque, Deus quod avertat, quod dicti nostri fideiussores statim, cum proinde moniti fuerint ab abbatissa vel conventu supradictis vel a nuntiis eorundem, opidum Hammonem introibunt more bonorum fideiussorum unanimiter non recessuri, donec talis defectus per nos vel per heredes nostros omnimode compleatur. In cuius rei robur et testimonium petivimus sigilla[b] virorum honestorum Gerhardi de Wytthene, Iohannis dicti Kloht et Conradi de Herborne, militum predictorum, cum sigillo Th. dicti Harmen, officiati tunc temporis domini nostri comitis de Marka, in cuius presentia premissa resignatio sic est acta, apponi et fecimus premissa communiri. Et nos Gerhardus de Wytthene, Iohannes Kloht et Conradus de Herborne, milites, Th. dictus Harme, cum premissa omnia nobis vere fore facta constiterint, ad preces vendentium et ementium predictorum sigilla nostra in testimonium omnium premissorum fecimus hiis apponi. Datum presentibus predictis cum Dethmaro Diuite, Hermanno et Euer-

hardo[c], sacerdotibus, Th. de Heryngen, Goscalco et Engelberto de Hesnen, Gerhardo dicto Knyppink, Hartleuo de Horst, Iohanne dicto Sprynken, Rychardo dicto Vohs, Rychardo et Fretherico de Bergha, fratribus, Wenemaro de Galen, Themone dicto Sprynken, Iohanne de Northolte, famulis, et aliis fide dignis, anno Domini millesimo trecentesimo vigesimo quinto in Hammone, crastino Laurentii martiris gloriosi.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Kentrop, Urk. Nr. 39, Siegel des Gerhard von Witten (wie die übrigen Siegel gut erhalten, WS 201,2), des Konrad von Herborne (rund, Bild: dreimal schrägrechts geteilt), des Johannes Clodt (rund, Bild: im Schild zwei Adlerflüge) und des Dietrich Harmen (stark beschädigt, Bild: 2:1 springende Marder) anhängend; Abschrift in Kentrop, Akten Nr. 495, S. 4; Abschrift Kindlingers vor 1800 in Msc. II 49, S. 74.

[a]) In der Vorlage „contentis"; [b]) über dem „a" ein überflüssiger Kürzungsstrich; [c]) Rasur, in der Vorlage „Euech(ardo)".
[1]) Östlich von Hamm, vergl. die Urkunde von 1325 Juli 26.

2217

1325 August 11

Der Knappe Erenfried genannt Quatterlant überläßt dem Kloster Oelinghausen seinen Eigenhörigen Nicolaus von Holthusen und erhält dafür im Tausch neben zehn Mark Heinrich von Bredenbeken.

Ego Herenfridus dictus Quatterlanth, famulus, notum facio universis tenore presencium publice protestando, quod de consensu et voluntate expressa Herenfridi, filii mei, ad infrascripta singula specialiter requisiti et consentientis et de consensu omnium heredum meorum assignavi et tradidi religiosis personis .. preposito et conventui monasterii in Vlinchusen Premonstratensis ordinis, Coloniensis dyocesis Nicolaum de Holthusen, mancipium meum, titulo permutationis seu concambii iure servili perpetue possidendum per eosdem, recipiendo pro eodem Henricum de Bredenbeken, qui mancipium dicti monasterii exstitit, et cum hoc decem marcas legales numerate pecunie michi et meis heredibus predictis integraliter persolute. Quibus idem concambium pacificatum extitit et equatum, renuntiavi quoque et in hiis scriptis scriptis renuntio omni iuris suffragio una cum Herenfrido, filio meo predicto, quod michi vel meis heredibus predictis ad repetendum seu impetendum dictum Nicholaum posset in futurum quomodolibet suffragari, non obstante, si idem Nicholaus ad solutionem dicte pecunie manus prebuit adiutrices, promittens eisdem .. preposito et conventui de eodem iustam et debitam facere warandiam, obligando pro me etiam Conradum de Wichlo, Conradum dictum Kegelere et Heydenricum dictum Prins, famulos, qui defectus quoslibet in dicta warandia emergentes disbrigabunt. Quod ut ratum permaneat nec per quemquam valeat infirmari, sigillum meum presentibus est appensum. Sub cuius appensione nos fideiussores iamdicti ad premissa volumus districtius obligari. Huius rei testes sunt Conradus de Meninchusen et Henricus de Binole, milites, Conradus de Wichlo, Heydenricus dictus Prins predicti, Iohannes dictus Stelinch, Gerwinus de Andope dictus Luscus, Conradus de Binole, frater Dethmarus, camerarius, et frater Thomas, fratres conversi in Vlinchusen. Datum anno Domini M° CCC° XXV°, in crastino beati Laurentii martiris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 256, Siegel des Ausstellers (gut erhalten, WS 200,4) anhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 269.

2218

1325 August 13

Der Knappe Gottfried genannt Quatterlant billigt den von seinem Vater Erenfried vorgenommenen Tausch von Eigenhörigen bzw. die Überlassung des Eigenhörigen Nicolaus von Holthusen an das Kloster Oelinghausen und den Empfang des Heinrich von Bredenbeke. Er erhält dafür vom Oelinghauser Propst eine Mark.

Ego Godefridus dictus Quatterlanth, famulus, notum facio universis tenore presentium publice protestando, quod Herenfridus dictus Quatterlanth, pater meus, tradidit et assignavit titulo permutationis et comcambii religiosis[a] personis .. preposito et .. conventui monasterii in V̊linchusen Premonsstratensis ordinis, Coloniensis dyocesis, Nicolaum de Holthusen iure servili perpetue possidendum, Henricum de Bredenbeken recipiens pro eodem. Et quia idem concambium rite et rationabiliter est peractum, ego de consensu .. uxoris mee et voluntate expressa omnium heredum iam dictum concambium approbo et ratifico in hiis scriptis, non obstante, quod dictorum heredum meorum nomina in hac litera per singula non sunt scripta, renuntiando plane et expresse omni iuris beneficio ecclesiastici vel civilis, quod mihi vel meis heredibus iam dictis ad retractandum dictum concambium vel ad impetendum seu repetendum eundem Nicolaum posset in futurum quomodolibet suffragari. Pro quo recepi a .. preposito dicti monasterii in V̊linchusen unam marcam. Huius rei testes sunt dominus Theodericus, sacerdos de Mendene, Gerhardus et Gerwinus, sacerdotes, capellani in V̊linchusen, et quia sigillo carui proprio, sigillum Goswini de Rodenberg petivi presentibus apponi. Et ego idem Goswinus ad preces Godefridi predicti sigillum meum decrevi presentibus literis apponendum. Datum anno Domini M° CCC° XXV° in die Ypoliti martiris et sociorum eius.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Oelinghausen, Urk. Nr. 257, Siegel des von Rodenberg (gut erhalten, Bild: Turnierkragen mit 5 Lätzen) anhängend; Regest: Wolf, Oelinghausen Nr. 270.

[a]) In der Vorlage „religisis".

2219

1325 August 18 Paderborn

Bischof Bernhard von Paderborn überläßt dem Grafen Wilhelm von Arnsberg seinen Ministerialen Gerlach von Mathmecke[1] und erhält dafür im Tausch den Menger von Grayffheim.

Nos Bernhardus Dei gracia Paderburnensis ecclesie episcopus universis presencia visuris seu audituris notum facimus et publice protestamur, quod Gerlacum de Matenbeke, nostrum et ecclesie nostre ministerialem, manumisimus et a iure ministerialitatis, quo nobis et ecclesie nostre predicte astrictus fuerat, absolvimus et presentibus literis nostris manumittimus in manus viri nobilis Wilhelmi comitis de Arnsberg, nepotis mei, et suorum heredum, recipientes ab eodem et heredibus suis Mengerum de Grayffheim[a], ministerialem suum, quem nobis et ecclesie nostre sepedicte pro se et heredibus suis nomine iusti cambii similiter manumisit. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Paderburn anno Domini M CCC^mo vicesimo quinto, XV kalendas mensis Septembris.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 A (Kopiar der Grafen von Arnsberg), Bl. 25; desgl. Abschrift des 15. Jahrh., Msc. VI 109 B, Bl. 40

[a]) In B: „Graffhem".
[1]) Bei Wenholthausen.

2220

1325 August 18

Wilhelm Graf von Arnsberg überläßt seinen Ministerialen Menger von Graffen dem Bischof Bernhard von Paderborn und erhält dafür dessen bisherigen Ministerialen Gerlach von Matenbike.

Nos Wilhelmus comes de Arnsbergh notum facimus presentes literas visuris seu audituris, quod nos Mengerum de Graffen, ministerialem nostrum, manumisimus a iure ministerialitatis, quo nobis astrictus fuit, et absolvimus et presentibus nostris literis manumittimus in manus reverendi in Christo patris domini ac consanguinei nostri, domini Bernardi, Paderburnensis ecclesie episcopi, et ecclesie sue iam dicte, recipientes ab eo

et ipsa ecclesia sua nomine concambii Gerlacum de Matenbyke, ministerialem suum ac ecclesie sue, quem nobis de consensu sui capituli prelibati manumisit harum nostrarum testimonio literarum. Datum sub sigillo nostro maiori presentibus appenso anno Domini M° CCCXXV^to^, XV kalendas Septembris.

Abschrift des 15. Jahrh., Kopiar im A von Brencken zu Erpernburg, Nr. 121, Bl. 97v; Druck: WUB IX Nr. 2637; Regest: INA Büren, S. 133, Nr. 87.

2221

1325 August 20

Die Brüder Hermann und Lubert genannt von Avenstrot erklären die Zwietracht mit dem Kloster Welver, die von Johannes Heselere ihren Ausgang genommen hatte, für beigelegt.

Omnibus presentia visuris seu audituris nos Hermannus et Lubertus fratres dicti de Auenstrot cupimus fore notum presentibus firmiter protestantes, omnem discordiam, que inter nos et claustrum sanctimonialium in Weluere vertebatur, a Iohannes Heselere exortam esse penitus ob amorem Dei primitus et propter prefati claustri amicorum interventum sopitam et cedatam. Quod Iohannes Rothcheri et Gerhardus de Beueren placitarunt. Quod sigillo mei Hermanni, quo ad presens ambo utimur, scripto appenso duximus confirmandum. Datum anno Domini M° CCC° XXV°, ipso die Bernhardi confessoris.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver, Urk. Nr. 179, Siegel ab; Rückvermerk (17. Jahrh.) cessat.

2222

1325 August 23

Engelbert Graf von der Mark verkauft mit Zustimmung seiner Frau Metteken, seines Bruders Konrad, Dompropsts zu Münster, und seiner Söhne Adolf, Engelbert und Everd für 300 Mark die Freigrafschaft Vadrup[1] den Rittern Heinrich, Everd und Heinrich Korff sowie Otten Korff, Domherrn zu Münster, wobei das Recht zur Belehnung mit der Freigrafschaft den Grafen von der Mark vorbehalten bleibt.

Wi greve Engelbracht van der Marke, eyn edele man, allen, de dessen bref set ofte horet, dot kundich unde bekennet, dat wi mit ganzen willen und vulbort unser vroen Metteken und unser broder Conrades, domprovest to Munstere, und unser sone Alves, Engelbrachtes und Everdes und aller unser rechten anerven hebbet verkoft und vorkopet in dessen breven de vrien grafscop to Vardorpe heren Hinrike Korve und heren Everde und heren Hinrike, de riddere sint, und heren Otten, domheren to Munstere und eren rechten erven, it si wives name oder mannes, enen rechten steden vasten kop vorkoft hebbet vor dre hundert marc munsterslaghener penninghe, de se uns betalet hebbet to unsen willen, de vrien grafscop toe Vardorpe, wer se belegen si in gude, in vrien, in hoven, in husen, in koten, in torve, in twighe, in holte, in velde, in watere und in wede und in aller nut, alse se unse olderen und wi wante uppe desse tit beseten hadden und de vriengreven to settene und de stole besitten und richten, alse unse recht was, und mit den vrien gůden und mit den vrien, umm mit den vrienstole to done und latene, alse en man mit sinen gude mach, mit solik undersceyt, dat her Korf ofte, welike de grafscop hevet, sal man wesen der grafscop van der Marke. Vortmer bekenne wi, dat wi ofte, we greve to der Marke is, se belenen solen, it si wives name oder mannes name, dat van en komt, sunder eren scaden ofte hinder. Vort bekenne wi vorgenomde greve Engelbracht und her Conrad van der Marke und unse sone Alf, Engelbracht und Evert, dat wi bi gůden truwen gesekeret hebbet und sekeret in dessen breve den vorgenomden ridderen und eren rechten erven der vrien grafscop und des vrien gůdes, alse it hir genomet is, solen recht warent wesen, war se es bedorven ofte wanne se des behovet. Tom lesten, uppe dat desse kop vast, seker und stede blive, so hebbe wi greve Engelbracht und vor Metteke und her Conrat, domprovest to Munstere, und her Alf vor uns unde vor Engelbrachte und vor Everde, de mit uns vorgenomet sin, dessen ridderen, hern Hinrike Korve, hern Everde und hern Hinrike unde eren erven desse breve ghegheven, besegelet mit unsen ingeseghelen. Und wi Engelbracht und Evert bekennet und bethůget under desen ver ingeseghelen unses vader,

uns mûder, unses vedderen und unses broder, dat alle de dinc van worde to worde, de an dessen breve gescreven sint, mit unsen willen und unser vulbort gescen unde vullenbracht unde vullenkomen sint. Unde dit ghesca na der bort unses Heren dûsent iar drehundert iar in den viventwintegesten iare in sonte Bartolomeweses avende.

Ausf., Perg., A von Ketteler zu Harkotten III A Nr. 1a, Reitersiegel des Grafen von der Mark (WS 11,1) mit Rücksiegel (WS 16,4) sowie des Dompropstes (WS 33,6) und des Adolf von der Mark (WS 33,9) anhängend, das 2. (der Ehefrau) bis auf Wachsrest ab; Abschrift des 18. Jahrh. mit hochdeutscher Übersetzung, dort Vandorpe, *in der Übersetzung fälschlich mit Warendorf wiedergegeben: StAM, Reichshofrat 2 Bd. 8 Bl. 204, Anlage 95; Abschrift Kindlingers um 1800: StAM, Msc. II 25, Bl. 65 (38); Druck: Kindlingers Beiträge, III S. 343, Nr. 129; WUB VIII Nr. 1879; Regest: INA, Kreis Warendorf, S. 57, Nr. 7 (Harkotten I).*

[1]) Bauerschaft im Kirchspiel Westbevern.

2223

1325 August 31

Die Kinder des + Soester Bürgers Wichman von Hervorde verzichten auch im Namen ihrer Mutter auf alle Ansprüche auf den Oberhof zu Hemminghausen[1], den ihr Vater zusammen mit seiner Schwester Dedradis, die ins Kloster eingetreten ist, dem Kloster St. Walburgis bei Soest geschenkt hat.

Nos Hildegerus, Iohannes, Ecbertus, Arnoldus, Volquinus, Walburgis et Helemburgis, heredes Wichmanni de Heruorde, opidani Sûsatiensis bone memorie, nomine nostro et nomine .. matris nostre recognoscimus, quod curtis in Hemmekinchusen data fuit conventui sancte Walburgis a patre nostro Wichmanno predicto cum sorore nostra Dedrade locata in cenobio sancte Walburgis perpetuo possidenda. Cuius donationem ratione elemosine factam unanimiter approbamus et recedimus ab omni iure, si quod habere videbamur in bonis predictis, dantes super hoc paginam sub sigillis nostris, qui sigilla habemus, firmiter roboratas. Et nos, qui sigilla non habemus, sigillis nostrorum fratrum contenti sumus. Actum et datum anno Domini M° CCC° vicesimo quinto, sabbato post Decollationem beati Iohannis Baptiste.

Ausf., Perg., StAM, Kloster St. Walburgis Soest, Urk. Nr. 84, Siegel des Hildeger und Johann von Herford (Bild: jeweils Hausmarken) und des Ecbert von Herford (WS 197,15) anhängend; Abschrift des 18. Jahrh., Msc. I 219 (Kopiar von St. Walburgis) Bl. 23v der 2. Zählung und S. 13 der 1. Zählung.

[1]) Wüstung südlich von Benninghausen bzw. zwischen Benninghausen und Ünninghausen (vergl. Schelhasse, Benninghausen S. 100, vergl. auch die Namensbildung bei Benninghausen: Benekinchusen).

2224

1325 September 3

Bischof Gottfried von Osnabrück überläßt dem Grafen von Arnsberg, seinem Bruder, die Ministerialen Gottfried und Adolf, die Söhne des Gottfried genannt Spyrinck, und erhält dafür im Tausch die Ministerialen Otto und Konrad, die Söhne des Otto von Edeslo, des Burgmanns zu Reckenberg.

Nos Godefridus, Dei gratia Osnaburgensis ecclesie episcopus, presentia visuris ac etiam audituris notum facimus publice protestantes, quod Godfridum et Adolphum, filios Godfridi dicti Spyrinck, quondam ecclesie nostre ministeriales, dedimus nobili viro domino comiti de Arnsberg, predilecto fratri nostro, in ministeriales, recipientes Ottonem et Conradum, filios Ottonis de Edeslo, castrensis nostri in Redekenberg, pari permutationis titulo pro eisdem. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus literis duximus apponendum. Datum anno Domini M CCC vicesimo quinto, feria tertia ante Nativitatem beate virginis Marie.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 A (Kopiar der Grafen von Arnsberg), Bl. 26; Abschrift des 15. Jahrh., Msc. VI 109 B, Bl. 41v.

2225

1325 September 9

Der Knappe Gerhard von Mellrich versetzt für vier Mark seinen zu Dingborgelo[1] wohnenden Eigenhörigen Gerwin, dessen Frau und die Kinder an die Äbtissin und den Konvent zu Benninghausen. Nach dem Tode seiner Schwiegermutter, der Witwe des Heinrich Wrede, darf er seine Eigenhörigen wieder einlösen.

Ego Gerhardus de Meldrike, famulus, universis presentes literas visuris et audituris notum facio et protestor, quod religiosis personis domine .. abbatisse et conventui monasterii in Benekinchusen Cisterciensis ordinis obligavi et obligo homines meos in conditione servili pertinentes, videlicet Gerwinum morantem in Dingborgelo, .. uxorem et pueros suos de consensu Frederici, fratris mei, et omnium meorum coheredum in quatuor marcis denariorum usualium in Sosato, promittentes firmiter per presentes, quod ego et mei heredes ipsos homines, quamdiu domina mea, .. relicta Henrici quondam dicti Wrede, vixerit, a dictis domina .. abbatissa et conventu non redimemus. Sed post ipsius mortem, si voluerimus, habebimus facultatem ipsos pro dictis quatuor marcis redimendi. Ego etiam et mei heredes, quamdiu dicta obligatio duraverit, non poterimus in dictos homines peticionem aut exactionem aliquam exercere. Et in huius rei testimonium presentes literas dictis .. abbatisse et conventui dedi meo proprio sigillo et sigillo fratris mei predicti sigillatas, quod ego Fredericus profiteor esse verum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quinto, crastino Nativitatis beate Marie.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen, Urk. Nr. 160, Siegel des Gerhard von Mellrich (Bild: Wappenschild belegt mit einem Schrägrechtsbbalken) und seines Bruders Friedrich von Mellrich (WS 204,7) abhängend; Rückvermerk (17. Jahrh.): auff Timanshoff zu Schmerlicke sprechend; K. Horn.

[1]) Wüstung in Schmerlecke.

2226

1325 September 9

Der Knappe Gerhard von Mellrich überträgt dem Kloster Benninghausen, das seine Töchter Elisabeth und Cunegundis als Nonnen aufgenommen hat, 72 Mark. Für diese Summe versetzt er dem Kloster seine Güter zu Dingborgelo[1], aus denen an den Kämmerer (von St. Patrokli) Soest ein Kornzins zu entrichten ist. Dessen Bezahlung übernimmt Gerhard. Die beiden Töchter sollen auf Lebenszeit vom Kloster jährlich zwei Malt Korn zur Verbesserung ihres Lebensunterhalts und für Kleidung erhalten.

Universis Christi fidelibus presentes literas visuris et audituris ego Gerhardus de Meldrike, famulus, notum facio publice protestando, quod religiosis dominabus .. abbatisse et conventui monasterii Benekinchusen Cysterciensis ordinis pro eo, quia ipse karitative et sine ulla conditione duas filias meas, videlicet Elyzabet et Cunegundim pro monialibus in suum consortium receperunt, contuli liberaliter pro elemosina sive sacrificio, ut in dicto monasterio domino Ihesu Christo famulentur, septuaginta duas marcas usuales in Sosato. Pro hac igitur pecunia obligo eisdem domine .. abbatisse, conventui et monasterio suo de consensu Frederici, fratris mei, et omnium coheredum meorum necnon de consensu domini .. camerarii ecclesie Sosatiensis, cuius interest de bonis infrascriptis, bona mea in villa Dincborgelo cum universis eorum pertinentiis, de quibus annuatim domino .. camerario solvitur unum maltum avene et unum modius siliginis pro pensione, ut ipse .. abbatissa et conventus eadem bona in sua possessione teneant et fructus ex eis provenientes totaliter[a] percipiant, solventes dictam pensionem prefato .. camerario, donec ego et mei heredes eis solverimus integre et complete septuaginta duas marcas prelibatas. Et quod nichilominus ipse .. abbatissa et conventus teneantur annuatim prefatis filiabus meis pro emendatione victus et vestitus earum duo malta annone triplicis, videlicet siliginis, ordei et avene, de ipsis bonis, quamdiu vixerint, teneantur ministrare. Quandocumque autem me et meos heredes ea redimere contigerit pro septuaginta duabus marcis prenarratis, extunc dicte domina .. abbatissa et conventus aut suum monasterium non tenebuntur ad dicte pensionis et duorum maltorem annone dationem, sed ego et mei heredes tenebimur ea dare. Et in huius rei testimonium presentes literas meo proprio sigillo et sigillis

domini Hunoldi de Plettenbracht, militis, ac Frederici, fratris mei predicti, feci communiri, quod nos Hunoldus et Fredericus recognoscimus esse verum. Actum et datum anno Domini M° CCC° vicesimo quinto, crastino Nativitatis beate Marie. Testes huius rei sunt dominus Hunoldus et Fredericus predicti, Theodericus de Honrode et Conradus de Brochusen, milites, Iohannes de Odenberg et Hermannus Dobbere, famuli, ac alii fidedigni.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Benninghausen, Urk. Nr. 161; Siegel des Gerhard von Mellrich (stark beschädigt), des Hunold von Plettenberg (Bild: gespaltener Schild) und des Friedrich von Mellrich (WS 204,7) anhängend.

[a]) Korrigiert.
[1]) Wüstung in Schmerlecke.

2227

1325 September 10

Vor dem Freigrafen des Gerichts Recklinghausen und dem Freistuhl zu Börste[1] verkauft Gerhard von Anrapen dem Kloster Flaesheim den Kamp Kukukeswinkel mit dem dazugehörenden Eigentumsrecht in der Bauerschaft Ost-Leven[2] in der Pfarrei Datteln.

Nos Hugo de Gardope, miles, vrigravius infra metes iudicii in Rekelinchusen, notum facimus universis tam presentibus quam futuris presentibus publice protestantes, quod Gerhardus de Anrapen et Alheydis, eius uxor legitima, insuper Wenemarus, Anselmus, Iohannes, Constancia, Elizabeth et Katherina, iam dictorum coniugum tam filii quam filie, cum heredibus eorundem prope villam Borste in via in libera sede nobis ibidem sedentibus coram nobis constituti recognoscentes, se concorditer et unanimiter vendidisse rite et iusto venditionis titulo .. magistre et .. conventui in Vlarshem Coloniensis diocesis campum situm to Ostleuene in parrochia Datlen et proprietatem ipsius, sicut situs est ibidem in cespitibus, frondibus et piscaturis ac attinentiis suis universis, qui campus vulgo vocatur Kukukeswinkel, iure hereditario perpetue possidendum. Quem quidem campum et proprietatem ipsius cum omnibus attinenciis suis Gerhardus et Alheydis antedicti cum filiis et filiabus eorum predictis animo benivolo coniunctis manibus resignantes effestucaverunt coram nobis, emptricibus antedictis promittentes similiter coniunctis manibus predicte .. magistre et .. conventui ipsius in Vlarshem plenam et iustam warandiam facere, prout iuris est in terra, et renuntiaverunt omni iuri coram nobis, quod ipsis in sepedicto campo et proprietate sua competebat. Acta sunt hec presentibus Antonio, filio nostro, et Gerhardo de Borste, Arnold Runken, Rotgero de Polshem et Volquino de Bachem, liberis scabinis, Gerhardo de Dorsten et Gerhardo den Leiere, opidanis in Rekelinchusen, et quam pluribus aliis fidedignis ad hoc vocatis et rogatis in testimonium premissorum. In cuius rei testimonium et perpetuam firmitatem presentem literam super premissis confectam ad preces tam ementium quam vendentium nostro sigillo fecimus roborari. Datum anno Domini M° CCC° XXV°, feria tertia proxima post Nativitatem beate virginis Marie.

Ausf., Perg., Vest. A Recklinghausen, Herzoglich von Arenbergisches A Urk. III 85 (Flaesheim), Siegel ab.

[1]) Bauerschaft bei Recklinghausen; [2]) Gemeinde Ahsen.

2228

1325 September 15

Die Ritter Engelbert von Herborne, Alexander genannt Volenspit, Lambert von Scheidingen und Konrad von Herborne sowie die Pfarrangehörigen der Pfarrei Welver einigen sich in der Auseinandersetzung mit der Äbtissin und dem Konvent des Zisterzienserinnenklosters Welver: Letztere werden einmalig das Dach der Pfarrkirche mit Steinen (Schiefer) decken und den Friedhof einfrieden lassen. Außerdem werden sie einmalig für die Anschaffung der Glocken sorgen und diese an der Seite der Kirche an dem Ort anbringen lassen, den

der Pfarrer in Hamm und Wilhelm von Nehem dafür vorgesehen haben. Dabei werden die Pfarrangehörigen Hilfe leisten, wobei das Kloster die Kosten trägt. Die Pfarrangehörigen werden für die weitere Bedachung der Kirche, für die Instandhaltung der Gebäude und die Beleuchtung und die anderen Dinge sorgen, wie es in anderen Pfarrkirchen üblich ist.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Engelbertus de Herbǒrne, Alexander dictus Volenspit, Lambertus de Scedingen, Conradus de Herbǒrne, milites, necnon cuncti parrochiani et omnes, qui erfgenoten sunt et dicuntur parrochie de Welueren, salutem cum notitia veritatis. Noveritis, quod, cum quedam materia dissensionis verteretur inter nos ex una et dominam .. abbatissam et .. conventum de Weluere ordinis Cysterciensis, Coloniensis dyocesis, parte ex altera super eo, quod nos diximus, quod nobis tenerentur fundere et reparare campanas nostras parrochiales et alia iura ecclesie nostre parrochialis preservare, et ipsis econtra affirmantibus et dicentibus, quod ad hoc minime tenerentur, cum hoc communis consuetudo aliarum parrochialium ecclesiarum non exigeret neque postularet, tandem per modum arbitrii et amicabilis compositionis per nostros amicos hinc inde exstitit ordinatum, quod dicte .. abbatissa et .. conventus facient contegi petris tantummodo una vice dictam ecclesiam parrochialem et cimiterium facient circumsepiri similiter tantummodo una vice et facient locari campanas ad latus sanctuarii, quando requisite fuerint per nos ad illum locum, qui per dominum Wilhelmum, plebanum in Hammone, et Iohannem de Nehem ad hoc est et fuit deputatus, et ad dictam locationem campanarum nos parrochiani iuvabimus nostris laboribus et dicte .. abbatissa et .. conventus exponent expensas circa locationem faciendas. Et istis premissis consummatis et peractis renuntiavimus et renuntiamus in hiis scriptis omni impetitioni et actioni, si quas contra memoratas .. abbatissam et .. conventum habuimus de omnibus premissis usque ad presens tempus vel habere possemus in futurum, fraude et dole penitus exclusis. Et nos parrochiani parrochie de Welueren supradicti promittimus per presentes bona fide, quod postquam suprascripta per dominam abbatissam et .. conventum[a] fuerint completa et consummata, faciemus ecclesiam supradictam ulterius tegi et preservabimus edificia et luminaria ipsius ecclesie parrochialis ac alia iura, sicut in aliis ecclesiis parrochialibus est usitatum et consuetum. In cuius rei testimonium sigilla nostra, videlicet Engelberti de Herbǒrne, Alexandri dicti Volenspit, Lamberti de Scedingen et Conradi de Herbǒrne predictorum sunt appensa. Et testes huius facti sunt dominus Wilhelmus, plebanus in Hammone, Richardus de Hesen, miles, Iohannes dictus Cloit, miles, Godefridus dictus Volenspit, miles, Iohannes de Nehem, Andreas Snap, Lupertus Cloit, famuli, ac alii quam plures fidedigni. Datum et actum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} XXV°, in crastino Exaltationis sancte crucis.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver, Urk. Nr. 177; Siegel des Engelbert von Herborn (stark beschädigt, WS 203,3), Alexander Volenspit (in Schildform, Bild: nach rechts aufgerichtetes Füllen), des Lambert von Scheidingen (Schildform; Bild: dreireihig geschachter Schrägrechtsbalken) und des Konrad von Herborn (rund, Bild: dreimal schrägrechts geteilter Schild) anhängend.

[a]) In der Vorlage „convennentum".

2229

1325 September 27

Der Ritter Wenemar von Grimberg verkauft der Äbtissin und dem Konvent des Klosters Fröndenberg die Rechardes-Hufe in Bösperde[1].

Universis presentes literas visuris et audituris notum esse cupio publice protestando, quod ego Wenemarus miles dictus de Glintberge de bona voluntate et consensu uxoris mee legitime et omnium heredum meorum et coheredum Theoderici, Hermanni, Wenemari, Rabodonis, Adolphi, Iohannis, Lise et Iutte vendidi et resignavi domine .. abbatisse et .. conventui in Vrůndeberg quendam mansum dictum Rechardes houe, situm in villa Borspede, pro quadam summa pecunie michi et heredibus meis ab eisdem numerate et integraliter persolute sine mea et omnium heredum meorum impetitione iugiter possidendum. Uta autem hec venditio a

me rite et rationabiliter facta rata permaneat et commissa, presentem paginam proprio sigillo meo roboravi. Datum anno Domini M° CCC° XXV°, ipso die beatorum martirum Cosme et Damiani.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Fröndenberg, Urk. Nr. 115, Siegel ab.

[1]) Nordwestlich von Menden.

2230

1325 September 29

Mechtild Frau von Dinslaken verzichtet gegenüber ihren Schwägern Dietrich Grafen von Kleve und Jan von Kleve, Herr von Linn und Domdechant zu Köln, und gegenüber der Grafschaft Kleve auf alle rückständigen Forderungen und begnügt sich mit der Leibzucht und der Morgengabe, die ihr ihr + Ehemann, Graf Otto von Kleve, ausgesetzt hat. Insbesondere verzichtet sie auf die Güter und Gerichte mit den Leuten zu Bottrop, Osterfeld[1], den Hof zu Dorsten und zu Vagedink[2], die Güter Eppinghoven[3] und das Gericht zu Gahlen mit Ausnahme des Schultheißen und seiner Angehörigen sowie des Holzgerichts. Schließlich verzichtet sie auch auf das Gericht zu Hamborn und die Güter auf der anderen Seite des Dinslakener Waldes, da diese von jeher zur Grafschaft Kleve gehörten. Die Amtsleute und das Gesinde Mechtilts sollen sich auf dem Haus Dinlaken gegenüber dem Grafen von Kleve friedlich verhalten.

Wy Meghtelt vrouwe van Dynslaken doen cont allen luden, dye desen brief sient ende horent lesen mit bekennis der waerheit, dat wy mit onsen vrien wille ende wylkore ende witliker wetenheit ende oyc mit rade ende mit wetenheit onser vrynde sin verzonet ende averdraghen mit enen hoghen edelen man, heren Dyderic greve van Cleue, ende her Ian van Cleue, heer van Linne, domdeken tot Kollen, ghebrodere, onsen lyeven boelen, clencliken ende tho mael, also dat wy hebben verteghen op om ende op dye graescap van Cleue van allen achterstedinger gulden ende van allen vorderinghen ende scolt ende scade ende van allen stucken, dye wy tot om ende der graescap van Cleue the cronen ende the vorderen hadden, ende soelen ons laten ghenogen an der lyftucht ende morghengave ende gode, als een hoghe edel man, greve Otto van Cleue, dem Got ghenedich si, ons ghemaket hadde, in alsulker manyren dogh, als dye brieve halden ende spreken, dye daerup nu ghemaket ende ghescreven sint, dar wy ende dye vorghenuemde greve van Cleue ende her Ian, syn broder, myt verzoent sin ende averdraghen. Ende als wy langher en syn, so sal dye lyftucht ende morgengave, daer wy nun inne besitten, op den greve van Cleue ende sine recht erven vallen. Vort meir so soele wy deme vorghenanten greve onse brieve van onser alder lyftucht weder antwerden ende gheven sonder arghelist ende op wylke brieve wy vertyen clencliken ende themael, wat ons daeran the staden of the hulpen comen mochte.

Vortmeir so sal dye greve, onse boele, dese gode ende gherichte halden ende hebben tot sinen urber end not: et ghericht the Bozdorp ende the Osteruelt mit sinen luden, ende dyen hof the Dursten mit sinen rechte, den hof the Vaghedinc mit deme, dat daer toe behoert, den Ebbinchof ende dat gericht the Galen mit sinen luden, mer beheltnis ons den scolteit, syn wyf, syne kindere ende dat holtgericht des vornoemden hofs. Vortmeyr so sal dye greve oyc hebben dat ghericht the Hamburne mit sinen luden ende mit allen anderen goeden ende gherichten, dye op ander side des walds beleghen sint des landes van Dinslaken, als dye van aldes tho der graescap van Cleue hebben behoert, alle arghelist utghesat.

Vortmeir so en sole wy gene amptlude oft ghesinde halden op deme huis the Dinslaken, dye daer af oft op riden, oft wanen mit ons, sy en soelen sekeren ende sveren deme greven van Cleue ende sinen erven, dat si ghene arghelist noch ghene quaytheit keren nogh doen tot deme huis tho Dinslaken ende der borch, ende alle arghelist utghesceden in desen vorscreven stucken. Ene tot enen orkunde ende enen ghetuge so hebbe wy onse ingheseghel mit ingheseghelen der borchlude van Dynslaken, her Arnoltz van Braghbeke, Euerarts van Goterswych, Henrich van den Berge, Thonis van Holt, Ghyen Hagens, Gherat Hagens, Bernts van der Natten, Wolters Stecken, Henrich van Ulenbroich, ende Henrich Kirskorues an desen brief ghehangen ende doen hangen, dye hir an ende hier over hebben ghewest. Ghegheven ist dese brief int iaer ons heren dusent driehondert vifentwintich, op sente Michaels daghe.

Ausf., Perg., HStAD, Kleve-Mark, Urk. 168, Moderschäden, Siegel (neu angehängt, alle gut erhalten) 1. des Heinrich Kersecorve, 2. wegen fehlender Umschrift nicht identifiziert, 3. Gerhard Hagen, 4. Bernhard von der Natten und 5. Wolter Stecke; dabei liegend Abschrift des 14. Jahrh., mit Moderschäden und Löchern: Abschrift des 14. Jahrh.: Hs A III 2 Bl. 68–68v; Abschrift des 15. Jahrh.: Hs. A III 3Bl. 58v-59r; Druck: Lacomblet UB III Nr. 207; Regest: Schleidgen, Kleve-Mark, Urkunden Nr. 178, S. 101.

[1]) Oberhausen-Osterfeld; [2]) Voegt zu Scherlebeck in der Bauerschaft Bockholt bei Recklinghausen (Burghardt, Vestisches Lagerbuch, S. 155 sowie Oediger, Ilgen, Petry, Quellen, Grafschaft Kleve II, Nr. 412,26, S. 208 und I Nr. 413,10, S. 276); [3]) zu Walsum.

2231

1325 September 29

Der Ritter Gottfried genannt Volenspit verkauft für 130 Mark dem Zisterzienserinnenkloster Welver seinen Oberhof Westerhof im Dorf Hündlingsen[1] in der Pfarrei Dinker.

Universis presentes literas visuris et audituris nos Godefridus dictus de Volenspit, miles, Hermannus et Oitburgis, uxor eius legitima, et Godefridus, filii Godefridi militis predicti, salutem cum noticia veritatis. Antiquorum decrevit provisio nec modernorum displicebit ingenio res gestas in occursum futuri scandali et calumpnie liberali memorie commendare. Noverit igitur tam presens etas quam futura posteritas, quod nos nostra et omnium heredum nostrorum utilitate pensata de consensu omnium heredum nostrorum necnon de voluntate et consensu Theoderici dicti Volenspit, filii quondam Theoderici, fratris et germani mei Godefridi, militis predicti, vendidimus et vendimus per presentes vero emptionis et venditionis titulo religiosis personis domine .. abbatisse et .. conventui monasterii de Welueren ordinis Cysterciensis, Coloniensis dyocesis, curtem nostram dictam Westerhaue in villa Hundelinchusen in parrochia de Dinkere sitam cum omnibus suis attinenciis, videlicet agris, pratis, pascuis, silvis, nemoribus, sespitibus, aquis et proventibus, quocumque nomine censeantur vel in quibuscumque rebus consistant, pro centum et triginta marcis Susaciensium denariorum bonorum, legalium et dativorum nobis numeratis, traditis, assignatis ac integraliter persolutis. Quam pecuniam recognoscimus nos convertisse in nostram et omnium heredum nostrorum utilitatem evidentem. Que quidem bona sive curtem dictis domine .. abbatisse et .. conventui superportavimus et superportamus per presentes. Quam etiam supportationem fecimus et recognoscimus nos fecisse in loco debito et consueto una cum Theoderico, filio[a] Theoderici quondam germani mei Godefridi, militis predicti, ac Elizabet, filia mea, et omnibus nostris veris heredibus coram Antonio, libero comite, cum debita et consueta sollempnitate, omni iure et actione, que ad hoc necessaria sunt et fuerunt, et banno imperiali pro parte ipsius .. abbatisse et .. conventus facto super curiam et bona predicta, nobis omnibus presentibus et unanimiter consensientibus istud factum esse et fuisse profitemur in hiis scriptis, et nichil iuris nobis reservavimus neque nobis et posteris nostris reservamus in futurum, sed transferimus et transfundimus in memoratas .. abbatissam et .. conventum omne ius et dominium tam directum quam utile et proprietatem ac iurisdictiones, quod vel quas in prefatis curte et bonis actenus habuimus et nobis conpetiit vel conpetere poterat in futurum, facientes prenominatis .. abbatisse et .. conventui refutacionem et pactum de non impetendo ipsos amplius de curia et bonis sepedictis arte, ingenio sive causa vel modum inveniemus vel attemptabimus, qualiter vel quomodo in predictis curia et bonis quomodolibet inpediantur. Sed perpetuo pacifice et quiete habeant, teneant et possideant, prout nostri progenitores et nos hactenus tenuisse invenimur et possedisse. Et ut ipsis magis cautum existat, renuntiamus ex certa scientia pro nobis et omnibus nostris heredibus in hiis scriptis omni exceptioni doli, fori, condicioni actionis in factum ac beneficii restitutionis in integrum ac literis impetratis et impetrandis vel nobis ex quibuscumque dominis datis, concessis vel indultis. Et ne possimus dicere nos deceptos fore vel circumventos, renuntiamus et aliis omnibus suffragiis tam iuris canonici quam civilis, per que contra premissa aut aliquot premissorum venire possemus quomodolibet in futurum. In cuius rei testimonium et robur firmitatis sigilla nostra, videlicet Godefridi et Hermanni predictorum una cum sigillis strennuorum militum Hermanni de Plettenbrecht, sororii nostri, et Alexandri Volenspit, cognati nostri, quos ad hoc rogavimus, presentibus sunt

appensa. Et nos Hermannus de Plettenbrecht et Alexander Volenspit, milites predicti, ad peticionem predictorum Godefridi Volenspit, militis, et filiorum suorum ac omnium heredum sigilla nostra pro testimonio premissorum et veritatis apposuimus huic scripto. Datum et actum anno Domini M^{mo} CCC^{mo} XXV, in festo beati Michaelis archangeli. Testes huius rei sunt Godefridus de Rôdenberge, Andreas Snapp, Iohannes, filius Alexandri dicti Volenspit predicti, Iohannes, filius Rûdolphi Volenspit, Theodericus Sprenge, Henricus de Attendarne, Godefridus de Mescede, Timo Wste, Conradus Cule, Rutgerus de Asbeke, Wilhelmus de Ekensceit, Hermannus de Sanlencheim, Otto de Appelderbeke et alii quam plures fidedigni.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Welver, Urk. Nr. 178; Siegel 1. des Godfried genannt Volenspit (rund, gut erhalten, Bild: nach rechts aufgerichtetes Füllen), 2. ab, 3. des Hermann von Plettenberg (Bild: gespaltener Schild) und 4. des Alexander Volenspit (Bild wie 1) anhängend.

[a]) In der Vorlage „filii".

[1]) Hündlingsen, Bauerschaft im nordwestlichen Teile der Gemeinde Nateln (10 km nordwestlich von Soest) im Kirchspiel Dinker (vergl. Schoppmann, Flurnamen Soest I, S. 71 Nr. 45).

2232

1325 Oktober 5

Der Ritter Friedrich von Padberg und seine Söhne Friedrich und Johannes bekunden, sie seien Burgmannen des Grafen Wilhelm von Arnsberg und des Junggrafen Gottfried geworden und hätten dafür ein Burglehen von acht Mark aus der Maibede des Grafen erhalten.

Universis presentes litteras visuris seu audituris nos Fredericus miles de Patberg, Fredericus et Iohannes, eius filii, notum facimus et presentibus nostris litteris puplice protestamur [quod][a] nos ac heredes nostri pro tempore existentes effecti sumus perpetui et hereditarii castellani nobilis viri domini Wylhelmi comitis de Arnsberg, domicelli Godefridi, primogeniti sui, et heredum eorum verorum pro tempore existentium ad assistendum et serviendum eis veluti castellani suis dominis de iure tenentur assistere et servire, exceptis domino nostro domino archiepiscopo Coloniensis ecclesie nec non fratre suo Godescalco, milite. In reconpensa vero huius recepimus ab eis redditus octo marcarum ex petitione eorum vernali percipiendos ac tollendos singulis annis infra quindenam ante et quindenam post festum beate Walburgis pro castellobio seu feodo nostro castrensi, quod vulgariter borglen dicitur, quousque nobis persolverint sexaginta marcas denariorum in Sûsato usualium et bonorum. Quo facto illas sexaginta marcas convertere debemus in redditus octo marcarum in bonis utilibus seu assignare eis eos in bonis nostris propriis et tenere eos de manibus eorum pro castellobio sive castrensi feodo iure hereditario perpetue possidendos. In cuius rei testimonium sigillum meum, scilicet Frederici, militis predicti, pro me et Frederico ac Iohanne, filiis meis predictis, et successoribus meis duxi presentibus appendendum, quo nos Fredericus ac Iohannes, filii sui prefati, per omnia contentamur. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quinto, sabbato proximo post festum Mychahelis.

Ausf., Perg., HStAD, Kurköln, Urk. Nr. 284, Siegel ab.

[a]) An dieser Stelle Pergament abgerissen.

2233

1325 Oktober 22

Hermann gen. Slyg gibt Alheidis die Schultin von Lemeslucht frei, für die er im Tausch vom Kloster Cappenberg Christina, die Frau des Willibrand von Benninc, erhalten hat.

Universis presentia visuris et audituris Hermannus dictus Slyg salutem et rei geste cognoscere veritatem. Universitati vestre cupio fore notum, quod ego Hermannus iam dictus et uxor mea Engheldrudis cum consensu filiorum nostrorum et filiarum nostrarum, videlicet Hermanni, Conradi, Iohannis, Rûtgheri, Gode-

fridi, Gertrudis, Engheldrudis, Cristine ac omnium coheredum nostrorum resignavimus et resignamus omne ius, quod habemus et habuimus in Alheyda villica de Lemeslucht, que permutata fuit contra Cristinam, uxorem Willibrandi de Benninc domini .. prepositi et conventus in Capenberg intuitu et amore. In cuius rei testimonium sigillum meum duxi apponendum. Datum anno Domini M° CCC° XXV°, in crastino Undecim milium virginum.

Ausf., Perg., Schloß A Cappenberg, Urk. Nr. 217, Siegel des Sly (gut erhalten) anhängend (vergl. WS 166, 12: Hermann von Hamern gen. Slyg).

2234

1325 Oktober 25

Arnold von Hattingen verkauft mit Zustimmung des Grafen Engelbert von der Mark und der Markengenossen des Holthausener[1] und Welper[2] Busches dem Pastor Johann zu Hattingen die Waldnutzung des zum Eymanshof in der Oye zu Welper gelegenen Busches.

Allen und jenen, welche diesen brief werden sehen und hören, tue ich, Arnold von Hattnegghen, freundlich kund und zu wissen, daß ich mit consent und bewilligung meiner beiden söhne Hinrich und Arnolds wie auch meiner erben, denen daran gelegen ist, nachdem der wohlgeborene mann, herr Engelbert graf von der Mark, sämtliche beerbten des Holthuser und Welper busches und alle diejenigen, welche es angeht, darin consentieret und es genehm gehalten, erblich ja auf immer und ewig verkauft habe dem herrn Johann, pastor der kirchen zu Hattnegghen, zu stets währenden und erblichen nutzungen obgedachter kirche und des Pfarrgutes[a] zu Hattingen vor eine gewisse summa geldes, die mir völlig und bar gezahlet worden, die abhauung derer gehöltze, welche man gemeiniglich nennet eine hove, die wegführung samt allen und jenen nutzungen, welche in der mark oder Holthusen und Welper busch [liegen], gehören zu dem obgenannten in der Oye zu Welper belegenen Eymanns hof. Ich übergebe hiemit und übertrage ihm vorberührtermaßen zum Hattnegghenschen Pfarrgut alle gerechtigkeit, die gehöltze abzuhauen, zu verbrennen und wegzuführen mit eben derselben vollständigkeit und nutzung, wie sie vor alten zeiten zu lassen und zukommen schien dem vorbesagten hofe in der Oye oder ins künftige wird zukommen können. Dahero habe ich zur renuncirung und resignirung hierauf, so durch mich und die meinigen behörigermaßen geschehen, gegenwärtigen brief dem obgedachten herrn Johann und der vorgemeldeten kirche zu Hattnegghen mit meinem eigenen siegel pitschaft ausgefertigt. Zur confirmation und zeugnis derer verabhandelten sachen habe ich zugleich mit dem obgedachten herrn Johann den wohlgeborenen herrn Engelbert obengedachten grafen von der Mark gebeten, daß er sein siegel dem gegenwärtigen beizufügen würdigt, welches obengedachter Engelbert graf von der Mark auf beiderseitiges ersuchen denen gegenwärtigen beizufügen gewürdigt hat zum zeugnis vorerwehnter dinge. Es sind diese sachen verabhandelt, als zugegen waren Albertus, cappelan zu Blanckenstein, Volquinus von Sprockhunte, zeitlicher richter in Hattnegghen, Henrich von Linden, Hermann von Winckel und viele andere glaubwürdige. Gegeben im jahre des Herrn tausend dreihundert fünfundzwantzig, am 6 ferie nach dem fest des seligen Severini.

Abschrift des 19. Jahrh., (nicht buchstabengetreu) bzw. Übersetzung, Stadt A Hattingen, Druck: Urkunden der Hattinger Archive, I 1954, S. 7 Nr. 3.

[a]) Bei Freisewinkel „zum geschenk", was eine fehlerhafte Wiedergabe von „dotis" sein dürfte.
[1]) Südöstlich von Hattingen; [2]) nordöstlich von Hattingen.

2235

1325 Oktober 26

Hermann genannt Jopertin, Pfarrangehöriger in Wiesdorf[1], erklärt, er habe von der Äbtissin des Zisterzienserinnenklosters Gevelsberg auf 18 Jahre drei Morgen Ackerlandes beim Oberhof Manefort[2] für eine Pacht von vier Simmer[3] Roggen, die an den Hof des Klosters Büchelt[4] zu liefern sind, empfangen.

Universis presens scriptum visuris et audituris .. Hermannus dictus Iopertin, parrochianus in Wistubbe, salutem cum notitia veritatis. Noveritis, quod ad usus meos acceptavi et per presentes in pensione accipio a .. venerabili domina domina .. abbtissa monasterii in Geuelberg ordinis Cisterciensis tres iurnales terre arabilis iuxta curtim, que Dermanvort dicitur, sitos ad decem et octo annos proximos instantes forma seu condicione tali, quod quolibet festo beati Remigii confessoris de tribus iurnalibus supradictis quatuor sumberina siliginis eidem domine .. abbatisse vel suo conventui ad suam curtim dictam zen Buggil meis laboribus et expensis libere presentabo. Quod, si in solutione annue pensionis predictorum quatuor sumberinorum siliginis termino predicto negligens aut remissus, quod absit, invent[tus fuero, extunc][a] predicti tres iurnales ad predictam dominam .. abbatissam et ad suum monasterium libere et solute devolventur, contradict[ione mea vel][b] heredum qualibet non obstante. In cuius rei testimonium sigillum .. Godefridi, pastoris in Westubbe ad petitionem mea[m presentibus est][c] appensum. Et ego Godefridus, pastor predictus, ad petitionem predicti .. Hermanni sigillum meum presentibus duxi [apponendum][d]. Datum anno Domini M° C°C°C° vicesimo quinto, sabbato post festum Undecim milium virginum.

Ausf., Perg., Pfarr A Gevelsberg, Siegel ab.

[a–d]) An den Rändern Teile des Pergaments abgerissen.

[1]) Bei der Stadt Opladen; [2]) desgl., vergl. Bruno Zierenberg, Geschichte des Büchelter Hofes zu Wiesdorf am Rhein, 1925, S. 6, Anm. 16; [3]) der vierte Teil eines Scheffels; [4]) siehe Zierenberg, Büchelter Hof.

2236

1325 Oktober 28

Engelbert Graf von der Mark und sein Sohn Adolf überlassen dem Grafen Dietrich von Limburg die Dienstpflichtigen des Oberhofs in Hederbeke[1] und empfangen dafür den Oberhof Colvinchof.

Item der hoff toe Hederbecke.

Nos Engelbertus comes de Marcka et Adolphus, noster primogenitus, volumus esse notum universis presentia visuris et audituris, quod ministerialitatem curtis in Hederbeke, que ad nos dinoscitur pertinere, damus nobili viro Theoderico comiti de Lymborch ac ipsius filio Everhardo, recipientes ab eisdem in recompensum curiam dictam Colvinchoe, sicut aliam manumisimus. In cuius rei testimonium sigillum nostrum duximus apponendum. Datum ipso die Symonis et Iude apostolorum, anno Domini M° CCC° XXV°.

Eintragung im Limburger Lehnskopiar (Bl. 47), A des Fürsten zu Bentheim-Tecklenburg zu Rheda; Regest: Limburg-Styrum II 1, Nr. 272, S. 147.

[1]) Vergl. den im Jahre 1300 genannten Burgmann zu Strünkede Anton von Hedebecke und den von von ihm benannten Hof Heterhart im Kirchspiel Hagen.

2237

1325 November 2

Wigand[1], wahrer Pastor in Bremen, erklärt, er habe vor einiger Zeit für vier Mark für Elisabeth von Vorstenberg und Gertrud von Grantveghe, Nonnen in Himmelpforten, vom Knappen Konrad genannt Hunninchusen ein Hausgrundstück, genannt auf deutsch en kolstede, *zu der drei Morgen Ackerlandes gehörten, gekauft[2]. Die beiden Nonnen sollen auf Lebenszeit die Einkünfte aus dem Besitz genießen. Nach ihrem Tode fallen diese an den Konvent, der dafür ihr Jahresgedenken zu halten hat.*

Universis presentes litteras visuris et audituris ego Wigandus, verus pastor ecclesie in Bremen, notum facio pubplice protestando, quod, cum aliquo transacto tempore pro quatuor marcis denariorum in Sosato usualium, videlicet Elizabet de Vorstenberg et Gertrudi de Grantveghe, monialibus in Porta Celi, pertinentibus comparaverim[a] seu emerim a Conrado dicto Hȳnninchusen, famulo, et suis heredibus, de consensu fra-

tris sui Henrici omniumque heredum suorum, videlicet uxoris sue Mabilie filiarumque suarum Iutte et Sophie, quandam aream, vulgariter dictam kolstede, sitam in villa Bremen cum tribus iugeribus terre arabilis ad ipsam aream pertinentibus, perpetuis temporibus possidendam, prout hoc littere super huiusmodi contractu confecte sigillo prefati Henrici sigillato plenius protestantur, ita quod Elizabet et Gertrudis, prefate moniales in dicto monasterio, ipsa area et suis appenditiis, tam in institutione quam destitutione temporibus vite sue in omni fructu et emolumento perfruantur et quod, dum ipse due moniales diem extremum clauserint, dicta area conventui cedat, ut de fructibus inde provenientibus ipsarum memoria perpetua in dicto monasterio habeatur. In cuius rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum anno Domini M° CCC° vicesimo quinto, crastino Omnium sanctorum. Huic facto aderant Euerhardus de Curia, tunc temporis iudex in Neyhem, Albertus Dufvelhovet, Arnoldus, villicus in Ouernenze, dictus Billikenvet et alii quam plures fide digni.

Ausf., Perg., StAM, Kloster Himmelpforten, Urk. Nr. 95, Siegel des Pfarrers (Bild: gekrönte Frauenfigur, in der Linken ein Schwert, begleitet von Wappenschilden, links Einhorn, rechts Rad; Legende: WIGANDUS DE HAEKE PLEBAN ...

[a]) Die Silbe „ra" über der Zeile nachgetragen.
[1]) Offenbar Wigand von Hagnen; [2]) vergl. die Urkunde von 1321 Mai 27.

2238

1325 November 4

Heinrich von Ahusen, Richter der Ministerialen von St. Petri im Distrikt von Recklinghausen, überläßt mit Zustimmung der übrigen Ministerialen den Ministerialen Ritter Heinrich genannt Bylen dem Grafen Wilhelm von Arnsberg und erhält dafür im Tausch den Knappen Albert von Hillen.

Nos Henricus de Ahusen, iudex ministerialium beati Petri ecclesie Coloniensis in districtu Rekelinchusen commorantium, notum facimus universis, quod de sano consilio ministerialium beati Petri infrascriptorum damus et relinquimus nobili viro domino Wilhelmo comiti de Arnsberg strennuum virum Henricum militem dictum de Bylen, ministerialem beati Petri pro tempore existentem de consensu et plena voluntate eiusdem Henrici, militis, in ius ministerialium predicti comitis perpetuo permanendum, recipientes pro eodem Albertum de Hillen, famulum, in ministerialem beati Petri pari concambio sive permutatione similiter possidendum. In cuius rei testimonium ac perpetuam firmitatem sigillum commune predictorum ministerialium beati Petri nos Henricus de Ahusen, iudex antedictus, apposuimus huic scripto. Acta sunt hec presentibus honestis viris, videlicet Arnoldo de Dungelen, milite, et[a] Sybodone fratribus de Bruggenoe, Hermanno de Sconenbeke, Rutgero de Alta Domo, Gerhardo de Durstene et Lamberto Antiquo Decano, ministerialibus ecclesie memorate. Datum anno Domini M CCC^mo^ vicesimo quinto, feria secunda post Omnium sanctorum.

Abschrift des 14. Jahrh., StAM, Msc. VI 109 A (Kopiar der Grafen von Arnsberg) Bl. 25v, Abschrift des 15. Jahrh., Msc. VI 109 B, Bl. 40v; Abschrift des 17. Jahrh., Hist. A der Stadt Köln, Farragines Gelenii VII Bl. 51; Abschrift Kindlingers um 1800 StAM, Msc. II S. 148.

[a]) In der Vorlage „de".

2239

1325 November 11

Der Ritter Hermann genannt von der Mühlen überläßt als Vogt der Pfarrkirche in Helden die Wachszinsigen dieser Kirche Heidenreich genannt Breymscheyt, seine Frau Christina von Buchem und ihre Kinder mit Ausnahme der Tochter Alheyd der Pfarrkirche in Oedingen und erhält dafür im Tausch vom Ritter Dietrich

Rump als dem Vogt der Pfarrkirche in Oedingen die Wachszinsigen Tilman von Matenbeke, dessen Frau Grete und ihre Kinder.

